VINCENTII MARINERII VALENTINI

OPERA OMNIA,

POETICA ET ORATORIA
in IX. libros diuisa:

Quorum indicem indicat sequens pagina.

TVRNONI,
Apud LVDOVICVM PILLHET.

M. DC. XXXIII.

INDEX LIBRORVM QVI hoc Opere continentur.

Vincentij Marinerij Valentini

SOTERIA

PRO

PHILIPPO QVARTO,
Hiſpaniarum & Indiarum Rege Catholico, Invictiſſimo, Potentiſſimo, Auguſto.

VINCENTII MARINERII VALENTINI PRÆFATIO.

REGIA magnifico surgit molimine virtus
    Et firmo calcat terrea claustra pede.
Securus vitæ lethi premit aspera tela
    Hispanus Princeps ætheris actus ope.
Hunc cæli aspiciunt oculis stellantibus omnem
    Ceu Regum sobolem, quem sine fine colunt.
Huic & diuino sua dona dedere favore
    Divini cui addunt jura beata poli.
Nec poterat tantum nisi vis cælestis adire
    Principis eventum, quem simul astra petunt
Quidquid mortale est mutarunt pharmaca cœli
    Et diræ mortis decidit omne malum.
Effecere virum sacris Heroa triumphis
    Dum mortis vincit Martis & arma trucis
Extulit in cœlos sua maxima corda Philippus
    In cœlos nimium nam sua corda vehit.
Evolat egregius, gestis petit æthera magnis
    Cui jam divino est munere tuta salus.
Iam nil mortis habet validi causa impia morbi
    Quem pressit vitæ firma vigore manus.
Cantibus exultant Hispanica jugera lætis
    Lætitiæ quoniam cantibus aura sonat.
Regis cuncta ferunt supremum vocibus omen
    Quo magni splendent auspice sceptra soli.

Hujus at eximia est in rebus gloria magnis
Fortunæ est illi nam quoque magna via.
Non potuit vinci mortali clade Philippus
Ad magnum facinus quem sibi vita vocat
Iam mundi aspirat nimium felicia in antra
Ejus nam semper robora cuncta timent.
Fertur in eximios Martis virtute triumphos.
Est quidquid præstat nam simul eximium.
Hunc canit aßiduo proles divina Melanthus
Phœbæo quoniam poßidet ore decus.
A Musis laudatur enim celebrantibus ipse
Tantum nam didicit tollere Musa virum.
Si quem fama tonat, multo & vehit ipsa boatu
Hic unus famæ guttura solus habet.
Insonuit gestis, armisq; Philippus avitis,
Sed nunc consiliis personat ipse suis.
Non facilis cuivis substat fortuna supremo
Huic autem facilis semper ubique subest.
Hunc & supremum felicem atque efficit unum
Quem modo lætitiæ tollit in astra tuba.
Non est cui potius fortunæ pareat aura
Quàm Regi Austriaco paruit ipsa nimis.
Iußit namque illi sub vitæ legibus altæ
Et vitæ sacris legibus ipse viget.
Nam cùm telluri primus sæpè imperet omni
Huic soli proprium præbuit obsequium.
Noluit, (at potuit) tandem sua dona negare
Huic. qui donari cuncta jubere potest.
Quare cùm voluit donorum munere fungi
Adfuit huic felix proxima tota salus
Hinc est huic tanto fortuna subacta favore
Ejus nam solus dicitur hic soboles.

Nil

Nil illi vetuit, pleno dedit omnia cornu
    Pleno cui magnas ubere donat opes.
Astitit huic præsens, nec tandem defuit unquam
    Cui nihil ex proprio pectore grande negat
Est, est Austriacus gestis supremus opimis
    Nam propriis manibus cuncta suprema gerit.
Est sine lite potens, vincit sine lite potentes
    Palmarum ad numen lis sibi nulla subest.
Palmis resplendet cœli & victricibus armis
    Nam cœli facilis stat sibi lucis honor.
Spondet enim virtute sua magna edere gesta
    Illi nam semper jam sacra jura favent.
Quidquid suscipiet regni redolebit honorem
    Nam regnis propria est ejus ubique manus.
Est nihil in tanto demissum Principe tandem
    Quæ tanto decoris pervolat alta gradu.
Hinc persuasus adest mundus gestare Philippum
    Numinis immensi grandia jura sinu.
Hæc si felici splendent nunc dona trophæo
    Felicem referunt. qui sibi tanta parat.
Est etenim felix terra qui temperat arces
    Atque regit nervis sceptra suprema suis
Si quæ prosperior dabitur fortuna vel unquam
    Huic dabitur, quoniam stat sibi prosperitas.
Et si quæ virtus vel grandis habebitur orbe
    Hujus præcipuè grandia corda reget.
Ecce est immensum quod tanto pectore condit
    In tanto quoniam pectore mundus inest.
Clauditur hoc semper vel felix machina mundi
    Nec vacuus tanto est angulus ullus adhuc.
Imbibit hic Martis felicibus omnia labris
    Robora, quæ summo vistere fusa coquit

In quo flammante fervet victoria pastu
    Cui dat glorificum candida fama cibum
His escis alitur divini fama Philippi
    Quas coquit egregij sanguinis igne calor.
His etiam casus semper saturatur in altos
    Et proprios lædit nausea nulla sinus
Immensum ut facinus divino pectore claudit
    Robusta exequitur semper in orbe manu.
Robur enim jam dira potest depellere bella
    Maxima namq; suum pondera robur habet.
Ingentes meditatur enim dum mente triumphos
    Uno illos poterit mensq; manusq; gradu.
Iam variis celebrata viret victoria gestis
    Quam proprio Hispanus vult sibi jure sequi
Dumq; salus firmata manet, manet inclyta virtus
    Egregio pariter sæpe locata loco
Stat virtute salus: perstat virtusq; salute
    Hæq; uno faciles undique rege vigent.
Pæonia hic vitæ sensit medicamina dono
    Armaq; terrifica mortis acerba fugat.
Non at Circæis sibi potus ebibit herbis
    Sed cœli sumpsit pocula sacra labris
Exsurgit firmusq; viget, subit ardua magnus
    Nam nullus cogit jam sua membra dolor.
Ut regina salus cunctorum ut quæ orbe vagantur
    Sic sano regnat nunc quoque Rege salus.
Sandonaliades nostri cape muneris auram
    Et Regi solitá dulcius offer ope
Hæc tibi sacramus, sacramus & ipsa Philippo
    Cui similis felix ipse Philippus ades.
Stant tibi regnorum splendentia culmina avita
    Dum colunt gestis grandibus Aula tuos

Inte

In te implendescunt clarissima lumina regni
Cui ceu sydus ades, cui jubar omne refers
His in lætitiis, noscat tua gaudia carmen
Cui variis donis solus Apollo pates
Tu nam nostra moves nimium resonantia plectra
Nec lira namque tuo pollice nostra sonat
Fausta refer. nam fausta potes tu sæpe referre
Perstat dum Regi nunc quoque fausta salus.
Ejus enim, pariterq; tuo sub nomine mundus
Quæ non deficient gaudia summa ferent.

VINCENTII MARINERII VALENTINI

SOTERIA

Pro PHILIPPO QVARTO Hispaniarum & Indiarum Rege Catholico, Invictissimo, Potentissimo, Augusto.

TEMPORA *læta quidem ridenti lumine Phœbi*
Sparsa micant, sacliq; ferunt primordia magni
Mæroris jam cessat onus miserabile duri

Et vitæ jam grata salus medicamine subſtat
Tuta ſacro, ſummiaq; viget Chironis ut arte
Atque Machaonio ſummo quoque jure parata
Iam Regum Rex ipſe patet fortisq;, potensq;
Lætus ubique nimis, lætantur cuncta per orbem
Gaudia diffuſo diſtendunt ſeſe omnia cœlo
Delitiisq; ſimul rident vaga compita terræ
Cumq; Italo, & Gallo lætatur Iberus ubique
Et nil terra vidit quod riſu haud gaudeat omni.
India & effundit jam oblectamenta ſalutis
Pullulat atque novo tellus quoque germine vita
Oceaniq; ſcatent læto vada ſpumea vultu.
Frangitur ut fluctus vitæ ſonat ictibus actus
Et niveis rident quoque Nereos atria ſpumis
Claſsibus obtectus gaudet Neptunus amœnis
Phocarum & gregibus, liquidis natat ipſe choræis
Turba maris ſtrepitat, conchisq; ſonantibus aſtat
Et dorſo quoque ſcindit aquas Delphinus amico
Littora concuſſo virum dant ore Philippum
Numenq; Auſtriacum undarum dant murmure magnum
Et quaſi verbiſono referunt hunc ſæpe ſuſurro
Gaudiaq; auſpicibus ſurgunt viventia ſtellis
Nunc age Muſa fave, Parnaſsia tecta relinque
Ipſa veni velox, dum præſtat Apollinis alis.
Immenſo terras hilares peragrare volatu.
Defer Apollineum clara teſtudine plectrum
Et niveo quate, Diva, fides modo pectine dulces
Inſonet ut ſtrepitus dulcedo pollice eburno
Et tua ſplendeſcant noſtro ſub carmine vota
Sentiat orbis item divini encomia cantus.
Quo nunc tuta ſalus celebratur Regia ſummo
Nam ſummum Regem ſummum eſt quod in æthera tollit

Aſſueſcant-

Assuescantq; tuis Vatum modo vocibus ora
Alta referre sono. Regalia tollere gesta
Instruere atque choris laudes saltantibus ipsos
In te sola patet tanti nunc gloria facti
Et tu sola quidem nostris es versibus author.
Quam colimus, votoq; oramus ubique benigno
Ut vel subjicias quæ in Pindi vertice guttas
Pegasei fontis sacrum dant rore liquorem
Atque rigant membris somni spectacula fusis
Et faciunt frondente coma mentem inde virere
Ut quæ ridentes Sophiæ simul ebibit undas
Phœbæosq; etiam latices sub pectore suxit
Hausitq; æternos Sophiæ sub munere potus.
Iam nunc lætitiæ species quæ personat orbe
Et per stelliferum gaudens nimis involat axem
Tanti jura boni divino munere prodit
Dum stare inspicimus, jacuit qui tristius æger
Et sibi tranquillam exoptabat adesse salutem
Atque inter morbi sævas per pectora lites
Pugnabat, jurisque sui sacra jura petebat:
Atque indignanti tabes regalia pressit
Corda dolo, quæ victa quidem sine limite liquit
Et fugit tenebrosa orbis gemebunda per antra
Non reditura quidem vel fati gressibus atri
Austriaci haud magnum tecti visura cacumen.
Regnat Rege quies, persistunt otia vitæ
Austriacis membris, Mavortem quæ ære repellunt
Robore & egregio bellorum pondera vincunt
Nomine & Hispano subigent antra omnia terræ
Iam nunc muneribus regnant perfusa beatis
Non elementorum metuunt contraria jura
Quæ vel disjunctá perimunt compagine vitam

Adverso & rodunt firmatam dente salutem
Morbida natura non est vis impia pressa
Quæ sceptri obturbet diris vestigia causis
Quæ premat ejectum vel morbi cuspide pectus
Vel delassatos jam diutius exigat artus
Atque ægrotanti confundat membra labore
Non est sæva quidem, nec dira potentia fati
Iam causis stat vita suis tutissima semper
Vel succo ars celebri præstet Chironia gramen
Seu foliis contusa astet viridantibus herba
Atque salutifera det frondes arbore sylva
Aut pressis liquor ipse adsit radicibus acer
Aut lapis educto telluris robore gratus
Præbeat expulsis vitæ bona commoda morbis
Et saxosa nimis sanans cadat unda per antra
Pergamei & valeat felix doctrina magistri
Et Coi soboles naturæ præbeat artem.
Stat nunc felici fortunæ gloria casu
Nam quo dejecit Regem, quoque sustulit ausu
Ipsaq; fatali ditavit sceptra triumpho.
Nam postquam cecidere artus languore refusi
Decubuitq; vigor, nec vitæ substitit ardor
Tunc dum devicto languebat pectore Princeps
Astra poli, viresq; soli statuere vicissim
Viribus ut magnis vel robur cresceret ingens
Atque aptarentur stellantia tecta saluti
Divino & ferret vitam quoque lumine sydus
Et scintillanti nimium jubar axe faveret
Et fugeret victis lethi vis ardua fatis
AEolus & toto vitæ daret aëre flatus
Tranquillam vitæ spiraret & halitus auram
Et flueret vitam permixtus Olympius imber

Hoc

Hoc ipsum fortuna dedit, quæ depulit ipsa
Dum labem struxit putido languore vigere
Et premere excusso gerenosam pondere molem
Regia quam seruat jam vitæ jure potestas
Et quam nobilibus gestat quoque viribus altam
Et modo quam tuto custodit pectore summam
Quam nec fata petent, nec tela minantia mortis
Ætatis dum sacra suo vis jure virebit
Donec conquirat vim plena juventa senilem
Nec senij stet canus honos ad limina magna
Quâ moto vanescit item sibi cardine vita.
Et jam palmarum superavit copia famam
Et multo viguit victrix Mavorte iuventus
Subdidit & mundi precibus victoribus arces.
Avinctas rerum dum conspicis ordine vires
In se robustos compellunt pondere motus
Et casus varios multa compagine nectunt
Hos jungi video chara cum jure salutis
Regis in eximio, virtutum numine, sensu
Dum jam firmato perstat pede candida vita
Et non ambiguo lassatur turbida gressu
Iuncta manet virtus sibi quam natura resumpsit
Viribus effusis, firmatiq; undique membris
Et morbi contemptu extat pallentis amœna
Et per Lethæos graditur sine remige fluctus
Negligit & Stygios gaudenti jure liquores
Tartareosq; terit lætanti more refluxus
Nec jam Gorgoneis cedit sub stamine pensis
Ulla nec innectit fatali pollice Clotho
Fila necis: quæ corda ligant sub robore vincli
Mortiferi juris, cui paret subditus orbis
Cui nil non duro se astringit denique nodo

Nam qui se natum sensit, paritura notabit
Membra sibi, lethiq; avidi simul impia inesse
Iura recognoscet, parcendi nulla potestas
Stat quibus, & duro vis est fortissima fato.
Tandem naturæ nil non convincitur ense
Quem nunquam vagina tegit, tinctusq; cruore
Sæpè riget. Strictusq; chalybs terræ imminet omni
Horrescunt acies ferri, stat cuspide lethum
Impendentq; truci semper mala maxima conto
Attinguntq; omnes, dum fato subditur ætas
Et dum consueto fugiunt quoque turbine vires:
Deficiuntq; suis artus jam partibus omnes
Hæc lex humanis subsistit tradita rebus
Hoc stant jure quidem rerum moderamina cuncto
Atque his decretis naturæ machina paret
Vertit terga quidem nullus, nullusq; vicissim
Averso poterit tantum vitare laborem
Vultu, vel si altos subeat formidine montes
Intret & inquirat lustris vmbrantibus antra
Aut lateat cæcis per devia saxa tenebris
Aut volet, aut toto pariter natet æquore præceps
Nil est nempe potens tantum non cernere damnum
Cuncta suo semper fato labuntur adacta
Et dum naturæ indagantur robora magnæ
Tunc casus sine lite patent, fragilesq; ruinæ
Et miseris devecta rotis citapervolat Ate
Cunctapetit; linquitq; nihil, sibi cunctaq; subdit
Inq; omnes rapido nimium furit undique cursu
Temporis atque furor vel summa cacumina jactat
Et mandit diro vel maxima dente vetustas
Marmoreum quam nempe nequit depellere robur
Ferrea nec possunt tandem contundere tela

Subſiſtunt nam fata ſuis jam concita cauſis
Cuique dies ſtat ubique ſuus. quem præterit atrum
Nullus in orbe potens, & nullus in orbe ſupremus
Mortale quoniam ſubduntur & omnia juri
Crudeli. quo torva horret natura ſub arte
Et quo fatales fervent ſine limite cauſæ
Et ſua diſtribuunt, mundi per jugera, damna
Et nihil intactum lethi ſub pondere perſtat
Nam nihil aſſurgit, quod non ſimul incidat illo
Quod cogit vel cuncta ſuo conamine labi
Perſiſtetq; nihil, nam nil ſtat in orbe refixum
Eſt metus in rebus lapſus, labiq́; perhorrent
Cuncta quidem. nam ſtare optant, dum cedere cernunt
Legibus humanis, quibus eſt nihil undique tutum
Inſita naturæ eſt vis ſtandi. cunctaq́; mortem
Effugiunt. multoq́; timent perterrita jure
Et nil quod mortis non ſentiat ardua tela
Fert natura ſibi. timor hic cuncta opprimit unus
Circumit, & mundus quidquid ſibi continet ingens
Quæſitos tractusq́; maris, terræq́; receſſus
Invadit, pariterq́; premit, palloreq́; tetro
Cogit cuncta quidem nimium marceſcere ſemper
Et retro incedunt dederant veſtigia quæ ante
Nam naſci potuiſſe quidem eſt ſera fata ſubire
Quæ horrenti facie vel fortia quæq; tuentur
Cuncta vident ad mortis onus. quo cuncta premuntur
Vel timeant, vel nullo etiam ſtent cuncta timore
Debent prolabi, naturæ & flectere robur
Verticis atque altum nimium curvare cacumen
Et trepidis genibus veſtigia figere cæca
Frigidus & coget fortiſſima pectora ſanguis
Disjectis membris ſolvetur machina fortis.

Iam metus hic liquit nullo discrimine Regem
Non defectus adest firmatis viribus ullus.
Non lapsus, non casus erit, non mortis imago
Non truculenta quidem naturæ jura furescent
Iam non Lethæus fervens grassabitur hostis
Et sine tristitiæ tempus formidine curret
Mæsta cadent jam victa suo sub robore fata
Abscedent Percæ: si quæ jam parcere possunt
Et justo ad vitam subsistunt nomine vivent
Vivet enim, vincetq; diu sine fine Philippus
Nam non finis erit vincendi cui artibus ipsis
Stat natura potens sub juris stamine amico
Et quem non patitur vel victo corpore labi
Quem mors non vincit, non vincent prælia duræ
Non arma offendent, nec duro Marte cohortes
Ejicient lapsum. labi nequit ipse supremus
Qui jam nec poterit devicto corde timere
Quod cuncti sine lite timent, quod denique cuncti
Vel nequeunt fugere, aut ullo dimittere jure
En puto firmatam per maxima sæcla salutem
Esse illi quæ jure suo sibi continet illum
Illum & conservat robusti lege vigoris
Quem custodit item, quem fracto possidet hoste
Non dubito æternam, vel quantum sustinet orbis
Hanc Regi perstare viam: quam deterit altus
Et quam felici pariter sibi præterit ævo
Et quam calcabit calcato Marte vicissim
Quam semel ingreditur, non linquet adire salutem
Et quam immortalem gestorum gloria reddit.
Est mors nulla quidem quæ tandem vincere possit
Nec possit turbare simul fortissima membra,
Quæ non concussit robur miserabile morbi

Quæ non dejecit mortali pondere languor
Quæ non detrusit vel vis contraria lethi
Nec potuit fatum multo torquere lacerto
Et si id tentaßet, rueret sine limite victum
Virtute expulsum patria, quassumq; vigore
Regio, & extinctum naturæ dotibus altæ.
Consilio æterno medicamen constitit ipsum
Cui tribuit natura manus, fortunaq; vires
Illa juvat validis permixta liquoribus arvi
Hæc sortis virtute parat felicia cuncta
Illa & plantarum fautricem miserat artem
Hæc ad temperiem conjecit sydera cœli
Illa & fluminibus currentem contulit undam
Qua vel Niliaco gravior non gurgite substat
Nec flauis rapidus tandem bibit altus Araxes
Fluctibus instrepitans nimium delapsus arenis
Nec per Danubij repit præstantior oras
Hæc autem astrorum conjunxit lumina pulchra
Et radiis felix divinus constitit Hermes:
Et Cypriæ fulgor cœlestem misit honorem
Endymioneæ nil læsit conjugis horror
Affulsit Phaëthon laxis ignitus habenis
Et gradibus paribus currebat concitus axis
Ignibus haud gravior permansit stantibus æstus
Motis accepit bona flatibus Æolus ipsa
Et cyathum Nymphis tribuit lætantibus altum
Quæ Regi donum divino munere tradant
Et lassa in dulcem dissolvant membra soporem
Dejectumq; levent cœlesti numine pectus
Damna premant, noxamq; fugent, mala pessima vincant
Sanguinis haud læsum patiantur crescere succum
Ossaq; nec vitæ viventi parte carere.

Ne compago suis subſtet privata columnis
Regia ut aſſurgat virtus, roburq; vireſcat
Et ſibi conſtet onus ſublimis corporis omne
Et quaſi divino trutinentur ab ordine membra
Hæc puto conſilium cœlorum præbuit altum
Hæc dedit, hæc fecit, cœli mirabile numen.
Cuncta movens, & cuncta parans, & cuncta gubernans
Quæ poterant Regis charæ inſervire ſaluti
Quæq; illum æternum forſan potuere per ævum
Ducere compactum divino munere rerum.
Et quaſi non hominis geſtaret denique ſortem
Sed magni Heroïs pariter ſua membra referret.
Monſtraret caſu ſacrum genus eſſe deorum
Quod nil terra premit. vel ſi audeat undique terra
Mundano incluſum luco eructare venenum
Vel quod Theſſalico Pluto ſibi viſcere nutrit
Aut Scythico tellus producit littore putris
Non ſine conſilio ſacro tot dona ſuperſunt
Atque ſalutis opus divino numine perſtat
Sic voluere poli, ſic & ſtatuere beati.
Auſpicium ſic nempe ſacrum tot munera adegit
Phœbo quæ in terras venerunt auſpice cunctas
Nam radiis permixta ſuis patuere coruſca
Et nunc ſcintillis ſemper rutilantibus aſtant
Ne non divinum videatur denique donum
Sublimi ſummo quod venit ab axe Philippo
Reddidit atque ipſum ſublimi ſorte ſupernum
Hiſpanumq; ſolum ſervato Principe felix
Et mundi vel cuncta ſimul felicia clauſtra
Hiſpani qui Regis habet ſplendentia geſta
Nomine vel cujus qui vel felicius audet
Si quæ audere poteſt ſub tanto nomine magna.

Nam

Nam sunt magna sibi semper quæcunque peroptat
Nomine sub tanto, quo nullum personat orbe
Majus, nec majus cognovit qualibet ætas
Hispani nam voce cadit perterritus orbis
Regnorum quoque scepti a timent sub nomine tanto
Dissita & intrepidant sub tanto nomine regna
Hujus namque armis totus simul intremit orbis
Ingemit aura volans dum tela volantia sumit
Et glans ut vacuos conquassat plumbea ventos
Instrepit Hispano resonans explosa furore
Ictibus & crebris toto sonat aëre Regem
Invictum, & magnum, formátque refertque Philippum
Et quo percurrit nimium per inania cursu
Deducit secum tanti quoque nominis auram
Effertq; augurium felicis nobile Regis
Invehit & magni victoris magna trophæa
Ostentatq; sono Regalia sceptra potenti
Et terret terras Martis sic concita bombo
Quo mundi latæ surdescunt protinus aures
Et multo lassæ nimium terrore stupescunt
Quamque timent, recoluntq; omnes, & honore verentur
Et gaudent audiisse sonum vel nominis alti
Quo simul atque horror, suprema est gaudia currunt
Nam tantum dare nempe potest jam nomen utrumque
Hostibus horrorem, dat dulcia gaudia amicis
Et qui percupiunt sedato corde Philippum
Censent Mavortis nimium sibi robora ferri
Et tutamentum contra omnia tela subire
Et vires belli, belli in discrimina habere
Et simul auxilij præstantia munera summi
Quæ nec fata negant, non rerum hæc culmina norunt,
Iam nequit inducto turbatus Martie tumultus

Aut turbare sinus Regis, quem sæpe potentem
Terra vocat, novitque simul spumosius æquor
Non belli fervor, quem morbus concitat ater
(Nam morbus bellum est, quo corpora cuncta premuntur)
Incutiet Regis generosos ictibus artus
Quod probat æterni munus memorabile fati
Quo sæpè Austriaci nimium fulsere triumphi
Immoti in rabiem Martis, quoque mortis in arma
Regia nam victus, qua hæc splenduit aurea proles
Adversum contundit opus, minuitq́ peractum
Nec sinit ingenti pugnaces currere vires
Impete, dum robur projectat protinus hostem
Est his Principibus Romanus honorq́ vigorq́
Nam sibi Romuleas Aquilas sumpsere volantes
Quæ curvis superant ferventes unguibus arma
Et ferri abripiunt victricia robora rostro
Cunctaq́ disjiciunt pennis vetilantibus atra
Ascribuntq́ sibi quidquid vagus obtinet aër
Et quidquid toto per ventos orbe vagatur
Et quidquid Lunaris habet sibi circulus infra
Inclusum; astrictumq́ globo, quo concavus orbis
Per vacuas cingit mundi membra omnia Zonas
Tantarum pennis acrium sibi substitit omen
Nobile conflatum, quo aspirat in æthera felix
Austriacus Princeps, volitatq́ per æthera fama
Et summa quoque laude sonat per sydera cœli
Et per stellantes percurrit vocibus arces
Et nisi mortalis premeret natura per orbem
Alta subiret ovans, semper nimis alta teneret
Et sine mortifero volitaret ubique recessu
Qui modo mortales vicit sub robore vires

Qui modo per vitæ graditur fastigia certa
Qui modo lætiferæ gaudet virtute salutis
Hic ergo ut tantum pervincat fortius hostem
Spondet jure suo regnis depellere ab ipsis
Depulit egregio quem tandem corpore ab ipso
Et quam semper amat pacis dabit ipse salutem
Et prodet veri felicia muneris arma
Quæ sibi sumpta manu toto vibrat æthere fusa
Incutit adversum si quem sibi conspicit hostem
Ejicit, effundit, turbat, premit, atterit, urget,
Atque novo surgit supremus numine victor:
Virtus nam cordis conclusa anfractibus alti
Evomit in palmas felicia jura virentes
Et volat in sacros nimium commota triumphos.
Et petit insolitos gestorum robore casus
Hæc sunt cuncta suis semper subjecta trophæis
Hæc sunt quæ Austriaco semper sub sanguine fulget
Hæc sunt digna quidem tanto modo Principe jura
Quem natura stupet; stupuit si forsitan unquam
Nam non Cæsareas vidit sic crescere moles
Nec Pompeianas novit sic surgere Laurus
Atque Themistocleos non sic conspexit honores
Nec vidit similes in patria tecta Metelli
Conatus, defensor erat qui maximus urbis
Et qui Romulidum subjectas extulit arces
Atque armis pressit contraria tela supremis
Restituitq; decus Mavortis nobile magni
Et tribuit cunctis divini exempla vigoris.
Hæc autem ut natura dedit magna arma virorum
In specimen dederat venturi sorte Philippi
Sub quo Romanus sublato vertice collis
Pervicturus erat mundi geminata minantis

Tela ſemel, quæ deinde trucem ſuperaret in hoſtem
Et quæ concuteret ſævè jaculantis in arcum
Et loricatos cordis penetraret hiatus
Curreret ambages quæ alta compagine creſcunt
Corporis humani, donec privaret habendi
Vires vel ſtudio, cæco aut molimine rerum
Oſtia vel quateret ſimul inde reciproca flatus
Et cordis tepidos turbaret frigore ſenſus
Et vitæ flammas tunc ferro extingueret acres
Nec ſatis eſt tantis ſplendere eventibus ipſum
Queis nullus Princeps vel mundo inſplenduit omni
Sed ſplendere ſuæ virtutis lampade ſumma
Quæ rutila dat luce diem generoſa per arva
In quibus omne genus perſiſtit nobile ſemper
Et virtutis honor geſtis radiantibus ardet
Et ſtirpis claræ fulgeſcit gloria fervens
His ergo eximiis fortunæ dotibus auctus
Ecce valet: per ſæcla etiam ventura valebit
Et dabit in palmas quidquid conabitur armis
Et quidquid faciet ſtatuet ſuprema trophæa
Attolletq; polo quidquid meditabitur ipſe.
Namq; pari ſemper nimium petit alta volatu
Ac Phœbi præceps percurrit in æthere currus
Quem ſequitur divina cohors, cœtuſq; beatus.
Et ſpectat nitido ſemper fulgore micantem
Regibus & dantem cœleſtia jura ſupremis
Auſtriacæ & ſoboli præbentem ſydera clara.
Iam terræ ingluviem radiis diſcuſſit obortis
Tuta ſalus, fruitur qua ſummo jure Philippus
Multa minabantur terris pendentia damna
Iamq; horreſcebant excuſſa pericula mundo
Exitij & facies avido jam corde patebat

Dum

Dum tristi natura quidem languore refusa
Artubus effætis per pectora pressa jacebat
In tanti Regis generosis morbida membris
Quæ solum natura replet virtutibus altis
Et quæ divinis domi sibi condidit ipso
Qualia nec quondam jam tandem præbuit orbi
Et si magnanimos produxerat altius acres
Ipsa viros, magnoq; tulit sub nomine notos
Et qualem Austriaco tandem confinxerat auro
Nunquam Cæsaream compegit provida prolem
Nunquam vel Græco tandem conamine ferit
Persica nec tali construxit jura favore
Et quis erat similis tanta virtute futurus
Tantæ nunc soboli, quam condit regia virtus
Quam nutrit sceptrum, quam robur nobile gestat
Quamq; stupet mundus, sequitur quam bellica fama
Et quam Mavortis miratur gloria semper.
Hoc ergo incolumi fugerunt orbe pericla
Atque abiere neces, radij fulsereq; vitæ
Et juris magni intuere potentia dona
Fortunæ ceciditq; labor, periitq; potestas
Invidiæ excussus livor quoque vanuit omnis
Iam quasi rugitu fervens labor ipse ruebat
Impius, insurgens per sceptra suprema Philippi
Et presso nimium mœrebat Iberia vultu,
Utraq; languebat disruptis India claustris,
Spumosi & pelagi commoti turbine campi
Immanem sensere suis sub fluctibus æstum
Sed læto affulsit tandem vis regia cœlo
Nulla timet, jam damna fugit, quæ fugerat olim
Nec cognoscit onus fati, quo concidit orbis.
Spes est tuta orbi æternum regnare Philippum

Ne compago suis substet privata columnis
Regia ut assurgat virtus, roburq; virescat
Et sibi constet onus sublimis corporis omne
Et quasi divino trutinentur ab ordine membra
Hac puto consilium cœlorum præbuit altum
Hæc dedit, hæc fecit, cœli mirabile numen.
Cuncta movens, & cuncta parans, & cuncta gubernans
Quæ poterant Regis chara inservire saluti
Quæq; illum æternum forsan potuere per ævum
Ducere compactum divino munere rerum.
Et quasi non hominis gestaret denique sortem
Sed magni Heroïs pariter sua membra referret.
Monstraret casu sacrum genus esse deorum
Quod nil terra premit. vel si audeat undique terra
Mundano inclusum luco eructare venenum
Vel quod Thessalico Pluto sibi viscere nutrit
Aut Scythico tellus producit littore putris
Non sine consilio sacro tot dona supersunt
Atque salutis opus divino numine perstat
Sic voluere poli, sic & statuere beati.
Auspicium sic nempe sacrum tot munera adegit
Phœbo quæ in terras venerunt auspice cunctas
Nam radiis permixta suis patuere corusca
Et nunc scintillis semper rutilantibus astant
Ne non divinum videatur denique donum
Sublimi summo quod venit ab axe Philippo
Reddidit atque ipsum sublimi sorte supernum
Hispanumq; solum servato Principe felix
Et mundi vel cuncta simul felicia claustra
Hispani qui Regis habet splendentia gesta
Nomine vel cujus qui vel felicius audet
Si quæ audere potest sub tanto nomine magna.

Nam

Nam ſunt magna ſibi ſemper quæcunque peroptat
Nomine ſub tanto, quo nullum perſonat orbe
Majus, nec majus cognovit qualibet ætas
Hiſpani nam voce cadit perterritus orbis
Regnorum quoque ſceptra timent ſub nomine tanto
Diſsita & intrepidant ſub tanto nomine regna
Hujus namque armis totus ſimul intremit orbis
Ingemit aura volans dum tela volantia ſumit
Et glans ut vacuos conquaſſat plumbea ventos
Inſtrepit Hiſpano reſonans exploſa furore
Ictibus & crebris toto ſonat aëre Regem
Invictum, & magnum, ſonatque refertque Philippum
Et quo percurrit nimium per inania curſu
Deducit ſecum tanti quoque nominis auram
Effertq; augurium felicis nobile Regis
Invehit & magni victoris magna trophæa
Oſtentatq; ſono Regalia ſceptra potenti
Et terret terras Martis ſic concita bombo
Quo mundi latæ ſurdeſcunt protinus aures
Et multo laſſæ nimium terrore ſtupeſcunt
Quamque timent, recoluntq; omnes, & honore verentur
Et gaudent audiiſſe ſonum vel nominis alti
Quo ſimul atque horror, ſuprema eſt gaudia currunt
Nam tantum dare nempe poteſt jam nomen utrumque
Hoſtibus horrorem, dat dulcia gaudia amicis
Et qui percupiunt ſedato corde Philippum
Cenſent Mavortis nimium ſibi robora ferri
Et tutamentum contra omnia tela ſubire
Et vires belli, belli in diſcrimina habere
Et ſimul auxilij præſtantia munera ſummi
Quæ nec fata negant, non rerum hæc culmina norunt.
Iam nequit inducto turbatus Martis tumultus

Aut turbare sinus Regis, quem sæpe potentem
Terra vocat, novitque simul spumosius æquor
Non belli fervor, quem morbus concitat ater
(Nam morbus bellum est, quo corpora cuncta premuntur)
Incutiet Regis generosos ictibus artus
Quod probat æterni munus memorabile fati
Quo sæpè Austriaci nimium fulsere triumphi
Immoti in rabiem Martis, quoque mortis in arma
Regia nam victus, qua hæc splenduit aurea proles
Adversum contundit opus, minuitq; peractum
Nec sinit ingenti pugnaces currere vires
Impete, dum robur projectat protinus hostem
Est his Principibus Romanus honorq; vigorq;
Nam sibi Romuleas Aquilas sumpsere volantes
Quæ curvis superant ferventes unguibus arma
Et ferri abripiunt victricia robora rostro
Cunctaq; disjiciunt pennis ventilantibus atra
Ascribuntq; sibi quidquid vagus obtinet aër
Et quidquid toto per ventos orbe vagatur
Et quidquid Lunaris habet sibi circulus infra
Inclusum; astrictumq; globo, quo concavus orbis
Per vacuas cingit mundi membra omnia Zonas
Tantarum pennis acrium sibi substitit omen
Nobile conflatum, quo aspirat in æthera felix
Austriacus Princeps, volitatq; per æthera fama
Et summa quoque laude sonat per sydera cœli
Et per stellantes percurrit vocibus arces
Et nisi mortalis premeret natura per orbem
Alta subiret ovans, semper nimis alta teneret
Et sine mortifero volitaret ubique recessu
Qui modo mortales vicit sub robore vires

Qui modo per vitæ graditur fastigia certè
Qui modo lætiferæ gaudet virtute salutis
Hic ergo ut tantum pervincat fortius hostem
Spondet jure suo regnis depellere ab ipsis
Depulit egregio quem tandem corpore ab ipso
Et quam semper amat pacis dabit ipse salutem
Et prodet veri felicia muneris arma
Quæ sibi sumpta manu toto vibrat æthere fusa
Incutit adversum si quem sibi conspicit hostem
Ejicit, effundit, turbat, premit, atterit, urget,
Atque novo surgit supremus numine victor:
Virtus nam cordis conclusa anfractibus alti
Evomit in palmas felicia jura virentes
Et volat in sacros nimium commota triumphos.
Et petit insolitos gestorum robore casus
Hæc sunt cuncta suis semper subjecta trophæis
Hæc sunt quæ Austriaco semper sub sanguine fulget
Hæc sunt digna quidem tanto modo Principe jura
Quem natura stupet; stupuit si forsitan unquam
Nam non Cæsareas vidit sic crescere moles
Nec Pompeianas novit sic surgere Laurus
Atque Themistocleos non sic conspexit honores
Nec vidit similes in patria tecta Metelli
Conatus, defensor erat qui maximus urbis
Et qui Romulidum subjectas extulit arces
Atque armis pressit contraria tela supremis
Restituitq; decus Mavortis nobile magni
Et tribuit cunctis divini exempla vigoris.
Hæc autem ut natura dedit magna arma virorum
In specimen dederat venturi forte Philippi
Sub quo Romanus sublato vertice collis
Perventurus erat mundi geminata minantis

Tela ſemel, quæ deinde trucem ſuperaret in hoſtem
Et quæ concuteret ſævè jaculantis in arcum
Et loricatos cordis penetraret hiatus
Curreret ambages quæ alta compagine creſcunt
Corporis humani, donec privaret habendi
Vires vel ſtudio, cæco aut molimine, rerum
Oſtia vel quateret ſimul inde reciproca flatus
Et cordis tepidos turbaret frigore ſenſus
Et vitæ flammas tunc ferro extingueret acres
Nec ſatis eſt tantis ſplendere eventibus ipſum
Queis nullus Princeps vel mundo inſplenduit omni
Sed ſplendere ſuæ virtutis lampade ſumma
Quæ rutila dat luce diem generoſa per arva
In quibus omne genus perſiſtit nobile ſemper
Et virtutis honor geſtis radiantibus ardet
Et ſtirpis claræ fulgeſcit gloria fervens
His ergo eximiis fortunæ dotibus auctus
Ecce valet: per ſæcla etiam ventura valebit
Et dabit in palmas quidquid conabitur armis
Et quidquid faciet ſtatuet ſuprema trophæa
Attolletq; polo quidquid meditabitur ipſe.
Namq; pari ſemper nimium petit alta volatu
Ac Phœbi præceps percurrit in æthere currus
Quem ſequitur divina cohors, cœtusq; beatus.
Et ſpectat nitido ſemper fulgore micantem
Regibus & dantem cœleſtia jura ſupremis
Auſtriacæ & ſoboli præbentem ſydera clara.
Iam terræ ingluviem radiis diſcuſſit obortis
Tuta ſalus, fruitur qua ſummo jure Philippus
Multa minabantur terris pendentia damna
Iamq; horreſcebant excuſſa pericula mundo
Exitij & facies avido jam corde patebat

Dum

Dum tristi natura quidem languore refusa
Artubus effætis per pectora pressa jacebat
In tanti Regis generosis morbida membris
Quæ solum natura replet virtutibus altis
Et quæ divinis domi sibi condidit ipso
Qualia nec quondam jam tandem præbuit orbi
Et si magnanimos produxerat altius acres
Ipsa viros, magnoq; tulit sub nomine notos
Et qualem Austriaco tandem confinxerat auro
Nunquam Cæsaream compegit provida prolem
Nunquam vel Græco tandem conamine ferit
Persica nec tali construxit jura favore
Et quis erat similis tanta virtute futurus
Tantæ nunc soboli, quam condit regia virtus
Quam nutrit sceptrum, quam robur nobile gestat
Quamq; stupet mundus, sequitur quam bellica fama
Et quam Mavortis miratur gloria semper.
Hoc ergo incolumi fugerunt orbe pericla
Atque abiere neces, radiј fulsereq; vitæ
Et juris magni intuere potentia dona
Fortuna ceciditq; labor, periitq; potestas
Invidiæ excussus livor quoque vanuit omnis
Iam quasi rugitu fervens labor ipse ruebat
Impius, insurgens per sceptra suprema Philippi
Et presso nimium mœrebat Iberia vultu,
Vtraq; languebat disruptis India claustris,
Spumosi & pelagi commoti turbine campi
Immanem sensere suis sub fluctibus æstum
Sed læto affulsit tandem vis regia cœlo
Nulla timet, jam damna fugit, quæ fugerat olim
Nec cognoscit onus fati, quo concidit orbis.
Spes est tuta orbi æternum regnare Philippum

Æterna & pugnare manu, & pervincere cunctos
Et delere umbras, quas cæca oblivio format.
Et tenebras superare atras, quibus obruta dirè
Vita cadit, famaq; nitor devolvitur ipse
Hanc spem firmavit multo natura triumpho
Reddidit & vires sibi quos fortuna negavit
Et tribuit causas vitæ, quas perdidit horror
Incussus membris, virtus quibus astitit omnis
Bellica, nobilibus nimium celebrata trophæis
Atque viris prognata sacris, sata sanguine divo
Hanc spem semper alit tantarum gloria rerum
Quas superare nequit tempus, delere nec ætas
Unde manet Regis persistere fata potentis
Ad rerum eximios casus, ad culmina rerum
Ad mundi regimen, cujus modo temperat arcem
Cujus & excelsas moderatur nomine turres
Dirigit atque vias, & corrigit antra viarum
Collibus & cogit sylvarum umbrantibus arces
Et spem quam nutrit divinis undique gestis
Nobis diffusam præbet, magnamq; paravit
Nam sine spe nullus nunquam persistit in orbe.
Semper in eximiis fortunæ casibus altæ
Alta solet perstare manus, quæ perficit ipsa
Omnia quæ peragit, peragit namque omnia semper
Ipsa regit quoniam quidquid sibi sustinet orbis
Regibus impendit numen, datq; aspera vulgo
Iura, dat & cunctis quidquid dare forsitan audet
Nam nisi fortunæ felix audacia fortis
Nulla alia est quæ tanta queat committere gesta
Cui vel nulla potest jam magna resistere virtus,
Nobilitas sed sola potest perferre potentem
Fortunæ incursum, quo semper cuncta feruntur

Quâ

Quà ferri fortuna jubet, surfúmve, deorsúmve
Aut per dispositas naturæ numine causas
Quas callet sapiens, dum rerum justa patescit
Structura, & dum justus adest sub casibus ordo
Et quando Austriaco imminuit morbi aspera cordi
Pugna, vel impendit diri fera motio lethi
Et subitò vitæ sibi constitit undique cardo
Et fati quoque rota stetit vis subdita magni
Et natura suis quasi legibus astitit omnis:
Hæc nam cuncta struit Regis medicamina summi
Cui parat evicto fato sacra pharmaca virtus
Et quem divino semper juvat ordine fatum
Cujus summa salus rerum conamine pendet
Gloria quas famæ sub gestis educat altis
Quas & nomen habet multo immortale sub ævo
Quas stupet orbis item dum cernere & orbis inaudet
Tanta quidem, quæ fermè oculus nequit, orbe videre
Et quæ miratur dum vel magis invidet ipsa
Nam nihil invidiæ non jam patet undique fusum
Si fortè eximium, substat, nam gaudia rodens
Dira acies gladio premit invictissima acuto
Quem vagina tegit vincendi robore nulla
Quem tundit vis nulla quidem, nullusq; perurget
Hostis, in multo virtutis lumine clarus
Quam solum sæpe ipsa fugit, sæpe ipsa perhorret
Et nequit aspicere, aut multum torquere sub ipsam
Sic igitur dum magna micant gesta aurea Regum
Obtusis oculis semper vis invida languet
Et cæca nimium semper caligine torpet
Nam Regum vis alta premit contraria quæque
Cuncta domat, possunt quæ gestis obvia obesse
Egregiis, quæ etiam vel cursum cogere possunt

Famæ immortalis, qua Regum gloria vivit
Et qua nunc potius divina trophæa salutis
Extollunt magnum cœli super astra Philippum
Atq; probant toto divino corde supremum
Confirmantq; sinus Regali numine plenos
Esse suos, virtute simul clarescere summa
Et summa imbutos semper consistere sorte
Semper & æternos secum concludere casus
Et quasi divino nimium quoq; iure vigere
Quod donum natura quidem dedit obvia paucis
Et paucis concessit item, quod tradere Regi
Constituit summum, quem summum prædicat omnem
Cui vix vel similem toto patefecit in orbe
Forsitan & nullus distento erit orbe futurus
Nam superare potest propria virtute vel omnes
Omnes ut superat, quoties superare peroptat
Inq; omnes surgens nullo discrimine vincit
Regis virtute, & donis quoque semper avitis
Et sceptri adquisita arte, & molimine Regni.
Herculeum robur membris Deus indidit ipsis
Incolumis Regis, cedat quibus impiger hostis
Et quæ pertimeat vel tota superba caterva
Mundi, quam famæ propriis vel sustulit alis
Mavortis numen, Princepsq; per astra beatus
En jacuit misero pressum luctamine corpus
Naturæ lapsæ, vires dum perdidit ipsos
Dum lecti sponclas sensit plorare gementes
Et leve persensit vacuato pectore pondus
Dejecti Regis, gemitusq; refudit amaros
Et pavit mollis demissum culcitra corpus
Et Batavis intexta simul tunc lintea pulchra
Tactu quassa sacro, insolito gemuere dolore.

Et te-

Et tenuem tribuere modum tunc deinde quietis
Ut sapor assurgat mixtus sudore madenti
Atque poris laxis nimium fluat horrida tabes
Et puro persistat item sub corpore vita
Purgatoq; cadat contractum viscere damnum
Et renovet virtus claro præstantia membra
Munere, quo vigeat certæ spes tota salutis
Alcidæ jam magna manus durum appetit ensem
Æacidæ & fortis victo simul hoste lacertus
Hastam divinis jam jam vibrat artubus, acrem
Hectoreum stat corde decus, vel robore majus
Assueto, Nestorq; suo modo pectore pollet
Pectore ut Austriaco ostentet quæ detulit olim
Maxima, & effundat quæ nunc gerit undique mira.
Ut quando subitis turbatur flatibus æquor
In cœlosq; tumens nimium consurgit ab imo
Lambit & extinctis unda cœli astra favillis
Lumina & intincto pariter rigat aurea cœlo
Humida & immergit splendentis cornua Lunæ
Aëreos tractus madido quoq; gurgite cogit
Et liquido cursu Borealia tegmina quassat
Littora diffuso ponto simul alta teguntur
Grandia inhorrescunt insueto flumine Cete
Ingemit & tellus strepitu quatientibus undis
Edita & evanet pariter scissa arbore rupes
Venturosq; nequit saxis depellere fluctus
Stare loco nec forte potest, quia disjicit humor
Fundamenta soli raptis radicibus altis
Sic erat hæc morbi facies per compita mundi
Sic pressos animos concussit imagine lethi
Altaq; demisso jam pectora corde cadebant
Fletus erat geminus, campos liquor ipse genarum

Ex oculis fusus rivo currente rigabat
Totus erat labor orbe horrens, dolor ipseq; totus
Invasit magnorum ædes, turresq; potentum
Atque Ducum gravium clypeata refuderat antra
Et gemitu increvit fervens ululatus iniquo
Obrutus orbis erat lachrymis, timor omnia preßit
Nam timor extempto lachrymas toto excutit ore
Ingens turbabat rerum monumenta procella
Concussisq; viris gressu vestigia cæco
Errabant nimium, patuit vigor ipse pusillus
Cunctorum in nervis, dum tantus territat horror:
Sic mentes hominum, cura ut premat omnia sæva
Sed vetuit natura potens tot surgere damna
Quot metuit mundus, fugit nox atra tenebris
Fugit & ira furens Parcarum, maxima fugit
Plutonis rabies, vero devicta triumpho
Forti fusa manu, valido compressa lacerto
Et rediit vitæ radiorum lumine lampas
Claruit atque dies firmatæ luce salutis
Atque hyemis diræ motus desæviit horror
Et venit veris nitidißima floribus aura
Splenduit & læti facies perterrita fati
Nec jam luctus erit mundi per jugera longa
Suspicio mortis mundo jam nulla patebit
Regia consurget virtutis robore vita
Persistitq; salus vitæ quoque regia nexu
Hæc sunt vota virûm, divorum hæc vota supersunt
Omnibus hic ardor diuturno tempore substat
Omnibus hoc studium lætos dedit undique sensus
Has fortuna vices agitat, dat læta vicißim
Aufert quæ ipsa cupit, cupit ipsa quod acriter aufert
Ejus & arbitrio nimium quoque cuncta moventur

Cui

Cui vult sæpè favet, vult tardè ast ipsa favere
Atque facit magnos solito quos hæc fovet ore'
Nam majus munus tellus sibi nescit adesse
Quam sacris vitam gestare favoribus arctam
Fortunæ ingentis, quæ tollit, & ejicit una
Iure hic cuncta suo, quia viris ubique supremi est
Voluere, & excusso turbare vel omnia fato.
Et quæ subsistunt moto deflectere gressu.
Ecce velut navis rapidas secat æquoris undas
Et tumido complet velocia carbasa flatu
Et percurrit iter liquidum, motuq; citato
Ponti claustra petit, portum, littusq; relinquit
Involat in pelagus toto tenet æquore Tethyn
Et celeri rapitur spumosa per antra volatu
Nec cœli, terræq; minas, viresq; veretur
Non secus Hispano lætatur nomine mundus
Dum fert vela sibi toto gaudentia vento
Lætitiæ certæ, Regis quam vita ministrat
Nam non lætitiæ modus est sine Rege Philippo
Esse potest nec vivus honor sine Principe tanto
Haud erit egregium decus orbi si ipse deesset
Omne ornamentum terræ sub Rege locatur
Omne decus terræ solum tenet ipse Philippus
Qui sibi missa polo tot sustinet astrea dona
Quæ proprio deferre potest sub jure resumpta
Et quæ ipse exornat, quantum exornatur ab ipsis
Ridet terra suo nimium lætissima casu
Pandit vela boni Regis simul incita vento
Explicat & vultus latè ridentia labra
Ludificabilibus subsistunt gaudia ludis
Festivo stanti cuncta loco, festoq; moventur
Fermè immortali, dum sic sors claret amœno

Aut turbare sinus Regis, quem sæpe potentem
Terra vocat, novitque simul spumosius æquor
Non belli fervor, quem morbus concitat ater
(Nam morbus bellum est, quo corpora cuncta premun-
tur)
Incutiet Regis generosos ictibus artus
Quod probat æterni munus memorabile fati
Quo sæpè Austriaci nimium fulsere triumphi
Immoti in rabiem Martis, quoque mortis in arma
Regia nam victus, qua hæc splenduit aurea proles
Adversum contundit opus, minuitq; peractum
Nec sinit ingenti pugnaces currere vires
Impete, dum robur projectat protinus hostem
Est his Principibus Romanus honorq; vigorq;
Nam sibi Romuleas Aquilas sumpsere volantes
Quæ curvis superant ferventes unguibus arma
Et ferri abripiunt victricia robora rostro
Cunctaq; disjiciunt pennis vetilantibus atra
Ascribuntq; sibi quidquid vagus obtinet aër
Et quidquid toto per ventos orbe vagatur
Et quidquid Lunaris habet sibi circulus infra
Inclusum; astrictumq; globo, quo concavus orbis
Per vacuas cingit mundi membra omnia Zonas
Tantarum pennis acrium sibi substitit omen
Nobile conflatum, quo aspirat in æthera felix
Austriacus Princeps, volitatq; per æthera fama
Et summa quoque laude sonat per sydera cœli
Et per stellantes percurrit vocibus arces
Et nisi mortalis premeret natura per orbem
Alta subiret ovans, semper nimis alta teneret
Et sine mortifero volitaret ubique recessu
Qui modo mortales vicit sub robore vires

Qui

Qui modo per vitæ graditur fastigia certa
Qui modo lætiferæ gaudet virtute salutis
Hic ergo ut tantum pervincat fortius hostem
Spondet jure suo regnis depellere ab ipsis
Depulit egregio quem tandem corpore ab ipso
Et quam semper amat pacis dabit ipse salutem
Et prodet veri felicia muneris arma
Quæ sibi sumpta manu toto vibrat æthere fusa
Incutit adversum si quem sibi conspicit hostem
Ejicit, effundit, turbat, premit, atterit, urget,
Atque novo surgit supremus numine victor:
Virtus nam cordis conclusa anfractibus alti
Evomit in palmas felicia jura virentes
Et volat in sacros nimium commota triumphos.
Et petit insolitos gestorum robore casus
Hæc sunt cuncta suis semper subjecta trophæis
Hæc sunt quæ Austriaco semper sub sanguine fulget
Hæc sunt digna quidem tanto modo Principe jura
Quem natura stupet, stupuit si forsitan unquam
Nam non Cæsareas vidit sic crescere moles
Nec Pompeianas novit sic surgere Laurus
Atque Themistocleos non sic conspexit honores
Nec vidit similes in patria tecta Metelli
Conatus, defensor erat qui maximus urbis
Et qui Romulidum subjectas extulit arces
Atque armis pressit contraria tela supremis
Restituitq; decus Mavortis nobile magni
Et tribuit cunctis divini exempla vigoris.
Hæc autem ut natura dedit magna arma virorum
In specimen dederat venturi forte Philippi
Sub quo Romanus sublato vertice collis
Pervicturus erat mundi geminata minantis

Tela semel, quæ deinde trucem superaret in hostem
Et quæ concuteret sævè jaculantis in arcum
Et loricatos cordis penetraret hiatus
Curreret ambages quæ alta compagine crescunt
Corporis humani, donec privaret habendi
Vires vel studio, cæco aut molimine rerum
Ostia vel quateret simul inde reciproca flatus
Et cordis tepidos turbaret frigore sensus
Et vitæ flammas tunc ferro extingueret acres
Nec satis est tantis splendere eventibus ipsum
Queis nullus Princeps vel mundo insplenduit omni
Sed splendere suæ virtutis lampade summa
Quæ rutila dat luce diem generosa per arva
In quibus omne genus persistit nobile semper
Et virtutis honor gestis radiantibus ardet
Et stirpis claræ fulgescit gloria fervens
His ergo eximiis fortunæ dotibus auctus
Ecce valet: per sæcla etiam ventura valebit
Et dabit in palmas quidquid conabitur armis
Et quidquid faciet statuet suprema trophæa
Attolletq; polo quidquid meditabitur ipse
Namq; pari semper nimium petit alta volatu
Ac Phœbi præceps percurrit in æthere currus
Quem sequitur divina cohors, cœtusq; beatus.
Et spectat nitido semper fulgore micantem
Regibus & dantem cœlestia jura supremis
Austriacæ & soboli præbentem sydera clara.

Iam terræ ingluviem radiis discussit obortis
Tuta salus, fruitur qua summo jure Philippus
Multa minabantur terris pendentia damna
Iamq; horrescebant excussa pericula mundo
Exitij & facies avido jam corde patebat

Dum

Dum tristi natura quidem languore refusa
Artubus effœtis per pectora pressa jacebat
In tanti Regis generosis morbida membris
Quæ solum natura replet virtutibus altis
Et quæ divinis domi sibi condidit ipso
Qualia nec quondam jam tandem præbuit orbi
Et si magnanimos produxerat altius acres
Ipsa viros, magnoq; tulit sub nomine notos
Et qualem Austriaco tandem confinxerat auro
Nunquam Cæsaream compegit provida prolem
Nunquam vel Græco tandem conamine ferit
Persica nec tali construxit jura favore
Et quis erat similis tanta virtute futurus
Tantæ nunc soboli, quam condit regia virtus
Quam nutrit sceptrum, quam robur nobile gestat
Quamq; stupet mundus, sequitur quam bellica fama
Et quam Mavortis miratur gloria semper.
Hoc ergo incolumi fugerunt orbe pericla
Atque abiere neces, radij fulsereq; vitæ
Et juris magni intuere potentia dona
Fortuna ceciditq; labor, periitq; potestas
Invidiæ excussus livor quoque vanuit omnis
Iam quasi rugitu fervens labor ipse ruebat
Impius, insurgens per sceptra suprema Philippi
Et presso nimium mœrebat Iberia vultu,
Utraq; languebat disruptis India claustris,
Spumosi & pelagi commoti turbine campi
Immanem sensere suis sub fluctibus æstum
Sed læto affulsit tandem vis regia cœlo
Nulla timet, jam damna fugit, quæ fugerat olim
Nec cognoscit onus fati, quo concidit orbis.
Spes est tuta orbi æternum regnare Philippum

Æterna & pugnare manu, & pervincere cunctos
Et delere umbras, quas cæca oblivio format.
Et tenebras superare atras, quibus obruta dirè
Vita cadit, famaq; nitor devolvitur ipse
Hanc spem firmavit multo natura triumpho
Reddidit & vires sibi quos fortuna negavit
Et tribuit causas vitæ, quas perdidit horror
Incussus membris, virtus quibus astitit omnis
Bellica, nobilibus nimium celebrata trophæis
Atque viris prognata sacris, sata sanguine divo
Hanc spem semper alit tantarum gloria rerum
Quas superare nequit tempus, delere nec ætas
Unde manet Regis persistere fata potentis
Ad rerum eximios casus, ad culmina rerum
Ad mundi regimen, cujus modo temperat arcem
Cujus & excelsas moderatur nomine turres
Dirigit atque vias, & corrigit antra viarum
Collibus & cogit sylvarum umbrantibus arces
Et spem quam nutrit divinis undique gestis
Nobis diffusam præbet, magnamq; paravit
Nam sine spe nullus nunquam persistit in orbe.
Semper in eximiis fortunæ casibus altæ
Alta solet perstare manus, quæ perficit ipsa
Omnia quæ peragit, peragit namque omnia semper
Ipsa regit quoniam quidquid sibi sustinet orbis
Regibus impendit numen, datq; aspera vulgo
Iura, dat & cunctis quidquid dare forsitan audet
Nam nisi fortunæ felix audacia fortis
Nulla alia est quæ tanta queat committere gesta
Cui vel nulla potest jam magna resistere virtus,
Nobilitas sed sola potest perferre potentem
Fortunæ incursum, quo semper cuncta feruntur

Quà ferri fortuna jubet, sursúmve, deorsúmve
Aut per dispositas naturæ numine causas
Quas callet sapiens, dum rerum justa patescit
Structura, & dum justus adest sub casibus ordo
Et quando Austriaco imminuit morbi aspera cordi
Pugna, vel impendit diri fera motio lethi
Et subitò vitæ sibi constitit undique cardo
Et fati quoque rota stetit vis subdita magni
Et natura suis quasi legibus astitit omnis:
Hæc nam cuncta struit Regis medicamina summi
Cui parat evicto fato sacra pharmaca virtus
Et quem divino semper juvat ordine fatum
Cujus summa salus rerum conamine pendet
Gloria quas famæ sub gestis educat altis
Quas & nomen habet multo immortale sub ævo
Quas stupet orbis item dum cernere & orbis inaudet
Tanta quidem, quæ fermè oculus nequit, orbe videre
Et quæ miratur dum vel magis invidet ipsa
Nam nihil invidiæ non jam patet undique susum
Si fortè eximium, substat, nam gaudia rodens
Dira acies gladio premit invictissima acuto
Quem vagina tegit vincendi robore nulla
Quem tundit vis nulla quidem, nullúsq; perurget
Hostis, in multo virtutis lumine clarus
Quam solum sæpe ipsa fugit, sæpe ipsa perhorret
Et nequit aspicere, aut multum torquere sub ipsam
Sic igitur dum magna micant gesta aurea Regum
Obtusis oculis semper vis invida languet
Et cæca nimium semper caligine torpet
Nam Regum vis alta premit contraria quæque
Cuncta domat, possunt quæ gestis obvia obesse
Egregiis, quæ etiam vel cursum cogere possunt

Famæ immortalis, qua Regum gloria vivit
Et qua nunc potius divina trophæa salutis
Extollunt magnum cœli super astra Philippum
Atq; probant toto divino corde supremum
Confirmantq; sinus Regali numine plenos
Esse suos, virtute simul clarescere summa
Et summa imbutos semper consistere sorte
Semper & æternos secum concludere casus
Et quasi divino nimium quoq; jure vigere
Quod donum natura quidem dedit obvia paucis
Et paucis concessit item, quod tradere Regi
Constituit summum, quem summum prædicat omnem
Cui vix vel similem toto patefecit in orbe
Forsitan & nullus distento erit orbe futurus
Nam superare potest propria virtute vel omnes
Omnes ut superat, quoties superare peroptat
Inq; omnes surgens nullo discrimine vincit
Regis virtute, & donis quoque semper avitis
Et sceptri adquisita arte, & molimine Regni.
Herculeum robur membris Deus indidit ipsis
Incolumis Regis, cedat quibus impiger hostis
Et quæ pertimeat vel tota superba caterva
Mundi, quam famæ propriis vel sustulit alis
Mavortis numen, Princepsq; per astra beatus
En jacuit misero pressum luctamine corpus
Naturæ lapsæ, vires dum perdidit ipsos
Dum lecti sponsas sensit plorare gementes
Et leve persensit vacuato pectore pondus
Dejecti Regis, gemitusq; refudit amaros
Et pavit mollis demissum culcitra corpus
Et Batavis intexta simul tunc lintea pulchra
Tactu quassa sacro, insolito gemuere dolore.

Et te-

Et tenuem tribuere modum tunc deinde quietis
Ut sapor assurgat mixtus sudore madenti
Atque poris laxis nimium fluat horrida tabes
Et puro persistat item sub corpore vita
Purgatoq; cadat contractum viscere damnum
Et renovet virtus claro præstantia membra
Munere, quo vigeat certæ spes tota salutis
Alcidæ jam magna manus durum appetit ensem
Æacidæ & fortis victo simul hoste lacertus
Hastam divinis jam jam vibrat artubus acrem
Hectoreum stat corde decus, vel robore majus
Assueto, Nestorq; suo modo pectore pollet
Pectore ut Austriaco ostentet quæ detulit olim
Maxima, & effundat quæ nunc gerit undique mira.
Ut quando subitis turbatur flatibus æquor
In cœlosq; tumens nimium consurgit ab imo
Lambit & extinctis unda cœli astra favillis
Lumina & intincto pariter rigat aurea cœlo
Humida & immergit splendentis cornua Lunæ
Aëreos tractus madido quoq; gurgite cogit
Et liquido cursu Borealia tegmina quassat
Littora diffuso ponto simul alta teguntur
Grandia inhorrescunt insueto flumine Cete
Ingemit & tellus strepitu quatientibus undis
Edita & evanet pariter scissa arbore rupes
Venturosq; nequit saxis depellere fluctus
Stare loco nec forte potest, quia disjicit humor
Fundamenta soli raptis radicibus altis
Sic erat hæc morbi facies per compita mundi
Sic pressos animos concussit imagine lethi
Altaq; demisso jam pectora corde cadebant
Fletus erat geminus, campos liquor ipse genarum

Aut turbare sinus Regis, quem sæpe potentem
Terra vocat, novitque simul spumosius æquor
Non belli fervor, quem morbus concitat ater
(Nam morbus bellum est, quo corpora cuncta premuntur)
Incutiet Regis generosos ictibus artus
Quod probat æterni munus memorabile fati
Quo sæpè Austriaci nimium fulsere triumphi
Immoti in rabiem Martis, quoque mortis in arma
Regia nam victus, qua hæc splenduit aurea proles
Adversum contundit opus, minuitque peractum
Nec sinit ingenti pugnaces currere vires
Impete, dum robur projectat protinus hostem
Est his Principibus Romanus honorque vigorque
Nam sibi Romuleas Aquilas sumpsere volantes
Quæ curvis superant ferventes unguibus arma
Et ferri abripiunt victricia robora rostro
Cunctaque disjiciunt pennis vstilantibus atra
Ascribuntque sibi quidquid vagus obtinet aër
Et quidquid toto per ventos orbe vagatur
Et quidquid Lunaris habet sibi circulus infra
Inclusum; astrictumque globo, quo concavus orbis
Per vacuas cingit mundi membra omnia Zonas
Tantarum pennis acrium sibi substitit omen
Nobile conflatum, quo aspirat in æthera felix
Austriacus Princeps, volitatque per æthera fama
Et summa quoque laude sonat per sydera cœli
Et per stellantes percurrit vocibus arces
Et nisi mortalis premeret natura per orbem
Alta subiret ovans, semper nimis alta teneret
Et sine mortifero volitaret ubique recessu
Qui modo mortales vicit sub robore vires

Qui modo per vitæ graditur fastigia certa
Qui modo lætiferæ gaudet virtute salutis
Hic ergo ut tantum pervincat fortius hostem
Spondet jure suo regnis depellere ab ipsis
Depulit egregio quem tandem corpore ab ipso
Et quam semper amat pacis dabit ipse salutem
Et prodet veri felicia muneris arma
Quæ sibi sumpta manu toto vibrat æthere fusa
Incutit adversum si quem sibi conspicit hostem
Ejicit, effundit, turbat, premit, atterit, urget,
Atque novo surgit supremus numine victor:
Virtus nam cordis conclusa anfractibus alti
Evomit in palmas felicia jura virentes
Et volat in sacros nimium commota triumphos.
Et petit insolitos gestorum robore casus
Hæc sunt cuncta suis semper subjecta trophæis
Hæc sunt quæ Austriaco semper sub sanguine fulget
Hæc sunt digna quidem tanto modo Principe jura
Quem natura stupet; stupuit si forsitan unquam
Nam non Cæsareas vidit sic crescere moles
Nec Pompeianas novit sic surgere Laurus
Atque Themistocleos non sic conspexit honores
Nec vidit similes in patria tecta Metelli
Conatus, defensor erat qui maximus urbis
Et qui Romulidum subjectas extulit arces
Atque armis pressit contraria tela supremis
Restituitq; decus Mavortis nobile magni
Et tribuit cunctis divini exempla vigoris.
Hæc autem ut natura dedit magna arma virorum
In specimen dederat venturi forte Philippi
Sub quo Romanus sublato vertice collis
Pervicturus erat mundi geminata minantis

Tela ſemel, quæ deinde trucem ſuperaret in hoſtem
Et quæ concuteret ſævè jaculantis in arcum
Et loricatos cordis penetraret hiatus
Curreret ambages quæ alta compagine creſcunt
Corporis humani, donec privaret habendi
Vires vel ſtudio, cæco aut molimine rerum
Oſtia vel quateret ſimul inde reciproca flatus
Et cordis tepidos turbaret frigore ſenſus
Et vitæ flammas tunc ferro extingueret acres
Nec ſatis eſt tantis ſplendere eventibus ipſum
Queis nullus Princeps vel mundo inſplenduit omni
Sed ſplendere ſuæ virtutis lampade ſumma
Quæ rutila dat luce diem generoſa per arva
In quibus omne genus perſiſtit nobile ſemper
Et virtutis honor geſtis radiantibus ardet
Et ſtirpis claræ fulgeſcit gloria fervens
His ergo eximiis fortunæ dotibus auctus
Ecce valet: per ſæcla etiam ventura valebit
Et dabit in palmas quidquid conabitur armis
Et quidquid faciet ſtatuet ſuprema trophæa
Attolletque polo quidquid meditabitur ipſe
Namque pari ſemper nimium petit alta volatu
Ac Phœbi præceps percurrit in æthere currus
Quem ſequitur divina cohors, cœtusque beatus.
Et ſpectat nitido ſemper fulgore micantem
Regibus & dantem cœleſtia jura ſupremis
Auſtriacæ & ſoboli præbentem ſydera clara.
Iam terræ ingluviem radiis diſcuſſit obortis
Tuta ſalus, fruitur qua ſummo jure Philippus
Multa minabantur terris pendentia damna
Iamque horreſcebant excuſſa pericula mundo
Exitij & facies avido jam corde patebat

Dum

Dum tristi natura quidem languore refusa
Artubus effetis per pectora pressa jacebat
In tanti Regis generosis morbida membris
Quæ solum natura replet virtutibus altis
Et quæ divinis domi sibi condidit ipso
Qualia nec quondam jam tandem præbuit orbi
Et si magnanimos produxerat altius acres
Ipsa viros, magnoq; tulit sub nomine notos
Et qualem Austriaco tandem confinxerat auro
Nunquam Cæsaream compegit provida prolem
Nunquam vel Græco tandem conamine ferit
Persica nec tali construxit jura favore
Et quis erat similis tanta virtute futurus
Tantæ nunc soboli, quam condit regia virtus
Quam nutrit sceptrum, quam robur nobile gestat
Quamq; stupet mundus, sequitur quam bellica fama
Et quam Mavortis miratur gloria semper.
Hoc ergo incolumi fugerunt orbe pericla
Atque abiere neces, radij fulsereq; vitæ
Et juris magni intuere potentia dona
Fortunæ cecidit, q; labor, periitq; potestas
Invidiæ excussus livor quoque vanuit omnis
Iam quasi rugitu fervens labor ipse ruebat
Impius, insurgens per sceptra suprema Philippi
Et presso nimium mœrebat Iberia vultu,
Vtraq; languebat disruptis India claustris,
Spumosi & pelagi commoti turbine campi
Immanem sensere suis sub fluctibus æstum
Sed læto affulsit tandem vis regia cœlo
Nulla timet, jam damna fugit, quæ fugerat olim
Nec cognoscit onus fati, quo concidit orbis.
Spes est tuta orbi æternum regnare Philippum

Æterna & pugnare manu, & pervincere cunctos
Et delere umbras, quas cæca oblivio format.
Et tenebras superare atras, quibus obruta dirè
Vita cadit, famaq́ nitor devolvitur ipse
Hanc spem firmavit multo natura triumpho
Reddidit & vires sibi quos fortuna negavit
Et tribuit causas vitæ, quas perdidit horror
Incussus membris, virtus quibus astitit omnis
Bellica, nobilibus nimium celebrata trophæis
Atque viris prognata sacris, sata sanguine divo
Hanc spem semper alit tantarum gloria rerum
Quas superare nequit tempus, delere nec ætas
Unde manet Regis persistere fata potentis
Ad rerum eximios casus, ad culmina rerum
Ad mundi regimen, cujus modo temperat arcem
Cujus & excelsas moderatur nomine turres
Dirigit atque vias, & corrigit antra viarum
Collibus & cogit sylvarum umbrantibus arces
Et spem quam nutrit divinis undique gestis
Nobis diffusam præbet, magnamq́ pararit
Nam sine spe nullus nunquam persistit in orbe.
Semper in eximiis fortunæ casibus altæ
Alta solet perstare manus, qua perficit ipsa
Omnia quæ peragit, peragit namque omnia semper
Ipsa regit quoniam quidquid sibi sustinet orbis
Regibus impendit numen, darq́ aspera vulgo
Iura, dat & cunctis quidquid dare forsitan audet
Nam nisi fortunæ felix audacia fortis
Nulla alia est quæ tanta queat committere gesta
Cui vel nulla potest jam magna resistere virtus,
Nobilitas sed sola potest perferre potentem
Fortunæ incursum, quo semper cuncta feruntur

Quâ ferri fortuna jubet, sursúmve, deorsúmve
Aut per dispositas naturæ numine causas
Quas callet sapiens, dum rerum justa patescit
Structura, & dum justus adest sub casibus ordo
Et quando Austriaco imminuit morbi aspera cordi
Pugna, vel impendit diri fera motio lethi
Et subitò vitæ sibi constitit undique cardo
Et fati quoque rota stetit vis subdita magni
Et natura suis quasi legibus astitit omnis:
Hæc nam cuncta struit Regis medicamina summi
Cui parat evicto fato sacra pharmaca virtus
Et quem divino semper juvat ordine fatum
Cujus summa salus rerum conamine pendet
Gloria quas famæ sub gestis educat altis
Quas & nomen habet multo immortale sub ævo
Quas stupet orbis item dum cernere & orbis inaudet
Tanta quidem, quæ fermè oculus nequit, orbe videre
Et quæ miratur dum vel magis invidet ipsa
Nam nihil invidiæ non jam patet undique fusum
Si fortè eximium, substat, nam gaudia rodens
Dira acies gladio premit invictissima acuto
Quem vagina tegit vincendi robore nulla
Quem tundit vis nulla quidem, nullusq; perurget
Hostis, in multo virtutis lumine clarus
Quam solum sæpe ipsa fugit, sæpe ipsa perhorret
Et nequit aspicere, aut multum torquere sub ipsam
Sic igitur dum magna micant gesta aurea Regum
Obtusis oculis semper vis invida languet
Et cæca nimium semper caligine torpet
Nam Regum vis alta premit contraria quæque
Cuncta domat, possunt quæ gestis obvia obesse
Egregiis, quæ etiam vel cursum cogere possunt

Famæ immortalis, qua Regum gloria vivit
Et qua nunc potius divina trophæa salutis
Extollunt magnum cœli super astra Philippum
Atq; probant toto divino corde supremum
Confirmantq́; sinus Regali numine plenos
Esse suos, virtute simul clarescere summa
Et summa imbutos semper consistere sorte
Semper & æternos secum concludere casus
Et quasi divino nimium quoq; jure vigere
Quod donum natura quidem dedit obvia paucis
Et paucis concessit item, quod tradere Regi
Constituit summum, quem summum prædicat omnem
Cui vix vel similem toto patefecit in orbe
Forsitan & nullus distento erit orbe futurus
Nam superare potest propria virtute vel omnes
Omnes ut superat, quoties superare peroptat
Inq́; omnes surgens nullo discrimine vincit
Regis virtute, & donis quoque semper avitis
Et sceptri adquisita arte, & molimine Regni.
Herculeum robur membris Deus indidit ipsis
Incolumis Regis, cedat quibus impiger hostis
Et quæ pertimeat vel tota superba caterva
Mundi, quam famæ propriis vel sustulit alis
Mavortis numen, Princepsq́; per astra beatus
En jacuit misero pressum luctamine corpus
Naturæ lapsæ, vires dum perdidit ipsos
Dum lecti spondas sensit plorare gementes
Et leve persensit vacuato pectore pondus
Dejecti Regis, gemitusq́; refudit amaros
Et pavit mollis demissum culcitra corpus
Et Batavis intexta simul tunc lintea pulchra
Tactu quassa sacro, insolito gemuere dolore.

Et te-

Et tenuem tribuere modum tunc deinde quietis
Ut sapor assurgat mixtus sudore madenti
Atque poris laxis nimium fluat horrida tabes
Et puro persistat item sub corpere vita
Purgatoq; cadat contractum viscere damnum
Et renovet virtus claro præstantia membra
Munere, quo vigeat certæ spes tota salutis
Alcidæ jam magna manus durum appetit ensem
Æacidæ & fortis victo simul hoste lacertus
Hastam divinis jam jam vibrat artubus acrem
Hectoreum stat corde decus, vel robore majus
Assueto, Nestorq; suo modo pectore pollet
Pectore ut Austriaco ostentet quæ detulit olim
Maxima, & effundat quæ nunc gerit undique mira.
Ut quando subitis turbatur flatibus æquor
In cœlosq; tumens nimium consurgit ab imo
Lambit & extinctis unda cœli astra favillis
Lumina & intincto pariter rigat aurea cœlo
Humida & immergit splendentis cornua Lunæ
Aëreos tractus madido quoq; gurgite cogit
Et liquido cursu Borealia tegmina quassat
Littora diffuso ponto simul alta teguntur
Grandia inhorrescunt insueto flumine Cete
Ingemit & tellus strepitu quatientibus undis
Edita & evanet pariter scissa arbore rupes
Venturosq; nequit saxis depellere fluctus
Stare loco nec forte potest, quia disjicit humor
Fundamenta soli raptis radicibus altis
Sic erat hæc morbi facies per compita mundi
Sic pressos animos concussit imagine lethi
Altaq; demisso jam pectora corde cadebant
Fletus erat geminus, campos liquor ipse genarum

Cui vult sæpè favet, vult tardè ast ipsa favere
Atque facit magnos solito quos hæc fovet ore
Nam majus munus tellus sibi nescit adesse
Quam sacris vitam gestare favoribus arctam
Fortunæ ingentis, quæ tollit, & ejicit una
Iure hic cuncta suo, quia viris ubique supremi est
Voluere, & excusso turbare vel omnia fato.
Et quæ subsistunt modo deflectere gressu.
Ecce velut navis rapidas secat æquoris undas
Et tumido complet velocia carbasa flatu
Et percurrit iter liquidum, motuq; citato
Ponti claustra petit, portum, littusq; relinquit
Involat in pelagus toto tenet æquore Tethyn
Et celeri rapitur spumosa per antra volatu
Nec cœli, terræq; minas, viresq; veretur
Non secus Hispano lætatur nomine mundus
Dum fert vela sibi toto gaudentia vento
Lætitia certæ, Regis quam vita ministrat
Nam non lætitiæ modus est sine Rege Philippo
Esse potest nec vivus honor sine Principe tanto
Haud erit egregium decus orbi si ipse deesset
Omne ornamentum terra sub Rege locatur
Omne decus terra solum tenet ipse Philippus,
Qui sibi missa polo tot sustinet astrea dona
Quæ proprio deferre potest sub jure resumpta
Et quæ ipse exornat, quantum exornatur ab ipsis
Ridet terra suo nimium lætissima casu
Pandit vela boni Regis simul incita vento
Explicat & vultus latè ridentia labra
Ludificabilibus subsistunt gaudia ludis
Festivo stanti cuncta loco, festoq; moventur
Fermè immortali, dum sic sors claret amœno

Omnis in effusis anfractibus orbis ubiq;
Est nunc vera salus, nam sunt modo vera trophæa
Assumpta in morbum, sunt nunc vel præmia vitæ
Certa quidem, nam certa patet victoria morbi
Et certus fulget naturæ sorte triumphus.
Et victurus adest invictus numine Princeps
Quem dum terra colit, cœlum quoq; sæpè veretur.
Non aliter verò quam cùm Leo dente minaci
Crinibus asper ovat, collo fervetq; jubato
Postquam prospectat confosso viscere Tigrin.
Quem variis vicit naturæ fraudibus actum
Unguibus & secuit validos rapientibus artus
Et multo domuit supremus robore victor.
Tunc montes, saltusq; petit, sylvasq; recurrit
Erigit & gravido nimium caput undique crine
Labra rubent prædæ fuso pertincta cruore
Atque jubas densas tinxit quoque purpura victa
In signum & palmæ per pectus spargitur ostrum
Sanguineis patula ostentantq; foramina nares
Sparsa notis, sumpsit quas hic conamina morsus
Prædam dum invasit grassanti pectore sævam
Et quam serrato nimium sibi dente subegit
Et gravis & turgens, lingua lambitq; cruorem
Se circumspectat, componit pectine linguæ
Sæpe jubas, & dente trahit, quæ nexibus hærent
Cauda ferit tergum, figit vestigia torvus.
Victor & in collum palmæ oblectamine surgit.
Circum quæque videt, cuncta & circumspicit audax
Atque alium peteret, fureret si forsitan hostis
Sic Hispanus adest toto loco victor in orbe
Dum dejecit ovans populantia membra furentis
Hostis mortiferi, qui lethi eruperat armis

Adversum qui invasit item sine limite Regem
Et quem pertimuit, potuit quia vincere nunquam
Et nunquam potuit vel victo pellere Marte
It Rex fortis enim, valido stat pectore fortis
Sese victorem palmarum jactat honore
Cuncta audet, per cuncta furit, videt undique cuncta
Et quasi jactanti studio percuncta resurgit
Et vitæ prædæ toto decus ore refundit
Et pedibus terram, terit altum lumine cœlum
Lætus abit, lætusq; notat se sternere lethum
Et vitæ lætæ semper vestigia figit.

Nolumus in vacuos nova carmina fundere ventos
Nec leve de nostro cantus dare pectore murmur:
Postquam percepit sacra jam natura Philippi
Gesta quibus splendet famæ tuba consona factis
Quæ strepit egregios summo sub Marte triumphos
Bellorum jure, & simili virtute paratos;
Non est cur voces cœli tollamus in astra
Nec cur jam feriat vel nostri carminis Echo
Aeternos Zephyri campos, redeatq; recusa
Vocis imago simul, cantum repetatq; canorum
Hæc frustra fient, ubi tanta encomia surgunt
Hispani Regis, quæ facta sonantia cantant
Et minuunt vel facta Ducum, vel gesta nepotum
Magnorum procerum, stupuit quos maxima tellus
Et quos Aoniæ sacrarunt carmine Divæ
Extulit & Phœbi vis enthea tota per astra
Nec laudum Pimplea sitim delevit amœna
Dum per factorum præstantia jugera semper
Ales adhinnit equus, dorso & præconia ducit
Non nisi sydereum pondus dimisit in axem
Et dedit in rutilas laudum molimina stellas

In quibus Herois sydus micat ore Philippi
Obscuratq; simul radiorum lumine magno
Sive rotas Phœbi, Phœbes vel cornua claræ
Æneadumq; jubar propria tunc lampade vincit
Fulgentesq; sinus lucis tegit arte Diones
Atque parem nescit, paribus dum gressibus illum
Secum non nocuit per laudum currere campos
Græcia sive suos nobis nunc offerat ipsa
Magna Duces, ut Roma suos proponat alumnos
Assyriusq; nitor Satrapas virtute micantes
Objiciat, seu laude viros det Persia claros
Sub pedibus natura tuis dedit ipsa Philippe
Imperij culmen, gravium pondusq; verorum
Et quidquid celebris poterit dare nomine virtus
Et quidquid poterit suprema in prælia Mavors
Et quicquid plectro divinus Apollo sonanti
Decantare potest, vel cœlos vigeat ore
Cantibus aut moveat nemorosum semper Olympum
Subdetur vox ipsa chori, si denique surgit
Est ubi fama virens gestorum semper ab esca
Quæ nutrit laudes, quibus insonat orbe Philippus
A quibus extinguit laudatos carmine prisco
Non aliter quam Phœbus agit tot lumina noctis
Atque uno majora die dat munera lucis
Sic Regis micat altus honor, sic summa potestas
Eminet, & totos compellit vertice cœlos
Erigitur, mittitq; caput per sydera pura
Atque locum sumit, cui cedit lampadis altæ
Circulus egregius, qui terras lucidus ambit
Et majora daret, dare si majora parasset:
Sanguine qui claret, factis verisq; refulget
Hic magnus, famaq; potens celebrabitur ore

Ore poteſt ſi fama ſuo connectere tanta
Sanguinis & ſplendor rerum virtutibus auctus
Illecebris laudum cœleſtia ſydera cogit
Factorum numerus, præſtantia, & ardua geſta
Alliciunt animos, mulcentq; per ora vibrantes
Linguas vel Vatum, vel Vatum Principis alti
Quæ nunquam norunt corrupta ſilentia famæ
Nec celebris cernunt taciturna per antra palati
Voces præconum preſſo obmuteſcere vincto
Hæc duo ſunt autem magni duo lumina mundi
Nobilitas queis cernit opes ubicunque nitentes
Nimirum ſanguis præclara ſtirpe nutritus
Geſtorumq; decus fortunæ numine mixtum
His qui clareſcit ſæclorum oblivia torquet
Nec timet obductas tenebroſas temporis umbras
Cui ſubſtat rerum felix ſine lite corona.
Eſt decoris ſublimis enim quoque firma columno
In quo fixa manet veræ virtutis imago
Et generis lumen clari, illuſtriſsima & aura
Quam perflat tuba famæ ingens, plenoq; boatu
Spirat ubique ſimul, labriſq; tumantibus auget
Cernere ut eſt, tantum divino munere munus
Principe in Auſtriaco, divo qui ſanguine gliſcit
A proaviſq; decus nimium tulit ipſe ſupremum
In ſeros tradetq; ipſum ſimul ipſe nepotes
Geſtorum numerum nunquam numerabit arena
Vel Libyæ, aut toto quam præfert littore pontus
Et quam Nilus aquis undantibus inſpicit ingens
Quorum ſplendore & tellus & cuncta coruſcant.
Eſt quando tenuis, denſis ſub nubibus aër
Obſitus, obductis horret caligo tenebris
Inde levem surſum, vacuam condenſat & auram

Nec lumen gressu jam tandem permeat ullo
Nec radius facili cursu pertransit adactus
Nec Phaëthontis adest claro præsentia curru
Sæpè repercußis redeunt super æthera flammis
Cœlestes ignes, terram nec lumine lustrant
Mæstitiæ stat vultus iners per jugera mundi
Languor adit mentes, tristantur corda dolore
Et cæca torpent rerum caligine vultus
Hæc cuncta horrificus præstat sine fine tumultus
Tristitiæ quem format opus languentis iniquum
Et quem densa umbris firmat caligo reductis
Cuncta fleunt, velutiq; gemunt mærore coacta
Et natura suis privatur risibus ipsa
Et nihil in virides currit lætamine campos
Umbrarum nam cuncta premit velamen opacum
Atque ubi nil lucet tristis stat mortis imago
Nec mortis laudem rigidus furor ipse fugatur,
Dum tenebræ haud fugiunt, tristis dum perstat & umbra
Nam mors, & tenebræ fraterno pectore substant
Et simili semper facie languentq; caduntq; -
Atque uno stant fixa loco, statuuntur & uno
Sæpè gradu, curruntq; pari properamine gressus
Sic ergo Hispanis languens natura jacebat
Et quasi mæroris tristi velamine tecta
Horrebat, lætumq; nihil, nihil ipsa ferebat
Egregium, nam quassa suis utrinq; ruinis
Attolli haud poterat summum ut quid conderet ipsa
Languentis Regis misero turbata dolore
Consternebatur, tota & dejecta cadebat
Ipsa situ, nebulisq; atris horrebat ubique
Nempe ut luctus erat venti per claustra gementis
Mæror erat, sensuq; animus torpebat inerti

Et pavido

Et pavido mens pressa sinu sublimia cuncta
Vel proprio gressu tandem neglexit adire
Densa occulabat, multoq; gravamine nubes
Naturam, miseroq; simul languore tegebat
Regis amor sic corda movet, sic turbat alumnos
Ut nil securum pernoscant Rege jacente
Et cunctos timeant fortunæ munere casus
Et nil non quærant donec medicamina vitæ
Inveniant Regis, quem Regni deniq; vitam
Esse putant, atque esse vocant, atque esse fatentur
Hoc vivo quoque vivit item vis maxima Regni
Hoc stat perpetua, atque hoc vel cadit ipsa vicissim
Atque unus Regni Rex est, quo vivit ubique
Quo spirat, quo nempe viget, quo denique regnat
Quare ut convaluit tanto regni ardua virtus
Robore firma stetit, robustos possit ut hostes
Impetere & toto nimium pervincere Marte
Iam discussa quidem morbi est densissima nubes
Iam nil Tartareum secum dolor inserit horrens
Nil tenebræ mœroris habent, nil denique languor
Nilq; potest Lachesis vel torto stamine sæva
Nilq; Atropos fervens nullo exorabilis ore
Et nil nentis erit fervescens pollicis ira
Et nihil ingratum tristi dabit omine fatum
Ecce Hispaniaco fulgescit lumine tellus
Et risu pariter lætatur mundus Ibero
Divorumq; chorus rutilis sibi gaudia stellis
Assumit semper, totum quæ mittit in orbem
Et nil non statuunt quod non ad justa Philippi
Inservire queat felicis dona salutis.
Hæc est causa quidem tanti oblectaminis orbis
Hoc est principium quo vitæ gloria surgit

Principis in vitam, quem vita inquirit amatum
Et quem constituit felicibus undique gestis
Et quem per magnos eventus denique rerum
Conservat, referetq; diu magnumq; gravemq;
Invictumq; dabit, cedentem robore nulli
Omnia subdentem, belli quoque damna fugantem
Martigenumq; decus proprio sub honore ferentem
Armaq; divino jaculantem magna lacerto:
Quem timeat mors ipsa quidem, Marsq; horreat ipse
Et quem non ultra tentet dolor ipse subire
Ista salutis erit sors annis maxima tutæ
Hoc donum vitæ, quo nil præstantius orbe est
Lætitiæ hoc studium, cui incumbit concita terra
Et quod prospectat mundi quoq; maxima moles;
Ecce Philippus erit regni muniminis author
Pacis honos, belliq; horror, vitæq; minister
In quem conspiciet tutissima machina terræ
Nam quem conspiciat majorem non habet ullum
Nullum nescit item, cui se jam judicet ipsa
Subjectam potiùs quàm se putat esse Philippo
Cui se devovit, se & victo corde subegit.
Iam lex naturæ divinis gaudia causis.
Intulit in mundum, jam rerum pondera magna
Stant trutinâ compacta suâ, nam lance gravata
Mœroris, surgit vitæ levis aura cupitæ
Felix terra quidem auspicio ditissima tanto
Mundi fausta salus tanto jam Principe læta
Naturæ sub lege datur, quod permanet altum
Quodque patet summum sub Regis honore paratum
Quodque insplendescit felicis legibus artis
Qua sceptri nunc regna vigent, & jura resurgunt
Nam nunc Martis honor felicia submovet arma.

Nunc

Nunc decus & regni justas petit undique sedes
Nunc Hispana manus fortem distrinxerit ensem
Fortius, & gravius, quos toto fulminat orbe
Quo terret commota armis sæpè agmina sævis
Quo propulsat atrox jam tela minantia belli
Jam non pallet ager morbo, diroq; timore
Cuncta rubent valido nimium sub robore firma
Cuncta valent, & cuncta eluent, & cuncta vigescunt
Stat lege & natura orbis tutissimus omnis
Munitúsque armis, rerum & moderamine felix
Ingens in rerum serie modo permanet ordo
Quo constant, hæret nimium præstantia vitæ
Quam fixit fortuna suis validissima clavis
Et quam constituit robusto pondere rerum
Libravitque æquis pariter modo viribus omnem
Ne excessu tumeat, defectu desit & humor
Et labatur opus quod tellus sustinet ipsa
In quo dum perstat nimium sita tota videtur
Rege etenim felix subsistit tota Philippo
Qui fundamentum rebus præstantibus addit
Et qui munimen telluri sæpè ministrat
In qua nobilitas sedes habet aurea primas
Austriaco quam Regis habet de sanguine regnum.
Est qui deleta vicit Carthagine bellum
Scipio Romanas cœli per sydera vexit
Gestorum virtute Aquilas, curvamine rostri
Quæ rapuere truces Mavortis ab agmine fasces
Et gentem nimium tandem vicere togatam
Et celeri per tecta poli erupere volatu.
Has Aquilas verò magnus Leo vicit Iberus
Cui victis armis vel fervens Africa cessit
Cujus littoribus Mavortia sceptra locavit

Et pelagi pressit minitantes viribus undas
Audax non Maurus curvatos suscipit acer
Arcus, non diro vel tela vibrantia ferro
Ejaculatur adhuc, presso timet undique corde
Scipiadæq; manum multa fugit arte minantem
Et nequit in magnos sua perfida mittere Iberos
Arma ferox, penniśq; citas premit ipse sagittas
Sylvosis Regem adventare ex montibus horret
Atque oculos vertit, quasi jam spectaret euntem
Tergaq; jam profugus per littora curva retorquet
Et pedibus levibus currit, volat alite mente
Nec se securum sentit, dum sentit adactum
Hispanum robur novus hic quod Scipio defert
Inclytus & gestis magna in certamina profert
Et jam victoris sumit sub nomine palmas
Quas Europæis dum claras duxit ab oris
Hispano haud dubitans victori hic Africa præbet
Quas rapit emoto ferventibus æquore lembis
Et victrice premit toto trabe denique ponto.
Romuleas vires toto ut probat omine habere
Atque Aquilæ rostrum, magnos unguesq; Leonis.
Ut quondam Astyagis proles per somnia fudit
Totum Asiæ imperium propriis ditionibus arctum
Et regnaturum nova per sua sceptra nepotem
Edidicit misere, & veris succedere falsa
Dum sopor inspexit quæ non vigil obtulit illi
Tunc oculus, Medos qui tantum inspexerat ipsos
Sed per Persarum sedes sua lumina torsit
Per montes Asiæ dum depulit agmina Cyrus
Auspiciis felix, sorte & felicior omni
Qui variis dominus magniśq; phalangibus arsit
Per mare, per terras, per inania jugera venti

Pontus

Pontus ve'a tulit, volitantes Æolus hastas
Militibus tellus compulsa exhorruit omnis
Atque hostis profugus timuit, cessitq; coactus
In potum sumptus rapidis liquor amnibus omnis
Acuit, & pedibus tribuit vestigia gurges
Qui vix vel poterat vinci, astringiq; natatu
Nec tellus tandem tantis suffecerat escis
Quas hominum numerus, numerusq; vorabat equorum
Tanta fuit Cyri, & tam vasta potentia Regis
Tamq; ingens sceptrum, tantum quoq; denique robur:
Sed si vel majus fuerit, nunc grandius extat
Et gravius penitus semper genus acre Philippi
Augurium qui ejus felici sydere sumpsit
Majoremq; Asiæ mundi nam pectore partem
Occupat hic quartam, quo mundum claudit & omnem
Hunc Dominum, huncq; caput compellat America magna
Cujus limitibus nullus datur undique finis
Cujus vel magno includuntur cardine terræ
Non huic Annibalis conferre est jura potentis
Principe cum tanto, vel cum Mavorte Saguntum
Abscidit excelsam, supremo & milite claram
Cedat Alexander Macedo, cùm compita terræ
Omnia pervicit, famaq; resumpsit honorem
Vatibus in laudes, gestis quia claruit ingens
Struxitq; illa potens, famaq; silentia rupit
Nam linguas, & mentis opus superavit abundè
Nec potuit censere sono præconia Musa
Tanta canens, tacuitq; etiam ut cantare putavit
Huic victis subdatur item Dionysius armis
Aut Siculas oras Græcorum jungat Athenis
Itala vel tentet nimium superare trophæa
Aut navale decus Neptuni inferre Tridentis

Omnis in effusis anfractibus orbis ubiq;
Est nunc vera salus, nam sunt modo vera trophæa
Assumpta in morbum, sunt nunc vel præmia vitæ
Certa quidem, nam certa patet victoria morbi
Et certus fulget naturæ sorte triumphus.
Et victurus adest invictus numine Princeps
Quem dum terra colit, cœlum quoq; sæpè veretur.
Non aliter verò quam cùm Leo dente minaci
Crinibus asper ovat, collo ferveté; jubato
Postquam prospectat confosso viscere Tigrin.
Quem variis vicit naturæ fraudibus actum
Unguibus & secuit validos rapientibus artus
Et multo domuit supremus robore victor.
Tunc montes, saltusq; petit, sylvasq; recurrit
Erigit & gravido nimium caput undique crine
Labra rubent prædæ fuso pertincta cruore
Atque jubas densas tinxit quoque purpura victa
In signum & palmæ per pectus spargitur ostrum
Sanguineis patula ostentantq; foramina nares
Sparsa notis, sumpsit quas hic conamine morsus
Prædam dum invasit grassanti pectore sævam
Et quam serrato nimium sibi dente subegit
Et gravis & turgens, lingua lambitq; cruorem
Se circumspectat, componit pectine linguæ
Sæpe jubas, & dente trahit, quæ nexibus hærent
Cauda ferit tergum, figit vestigia torvus.
Victor & in collum palmæ oblectamine surgit.
Circum quæque videt, cuncta & circumspicit audax
Atque alium peteret, fureret si forsitan hostis
Sic Hispanus adest toto loco victor in orbe
Dum dejecit ovans populantia membra furentis
Hostis mortiferi, qui lethi eruperat armis

Adversum qui invasit item sine limite Regem
Et quem pertimuit, potuit quia vincere nunquam
Et nunquam potuit vel victo pellere Marte
It Rex fortis enim, valido stat pectore fortis
Sese victorem palmarum jactat honore
Cuncta audet, per cuncta furit, videt undique cuncta
Et quasi jactanti studio percuncta resurgit
Et vitæ prædæ toto decus ore refundit
Et pedibus terram, terit altum lumine cœlum
Lætus abit, lætusq; notat se sternere lethum
Et vitæ lætæ semper vestigia figit.
Nolumus in vacuos nova carmina fundere ventos
Nec leve de nostro cantus dare pectore murmur:
Postquam percepit sacra jam natura Philippi
Gesta quibus splendet famæ tuba consona factis
Quæ strepit egregios summo sub Marte triumphos
Bellorum jure, & simili virtute paratos;
Non est cur voces cœli tollamus in astra
Nec cur jam feriat vel nostri carminis Echo
Aeternos Zephyri campos, redeatq; recusa
Vocis imago simul, cantum repetatq; canorum
Hæc frustra fient, ubi tanta encomia surgunt
Hispani Regis, quæ facta sonantia cantant
Et minuunt vel facta Ducum, vel gesta nepotum
Magnorum procerum, stupuit quos maxima tellus
Et quos Aoniæ sacrarunt carmine Divæ
Extulit & Phœbi vis enthea tota per astra
Nec laudum Pimplea sitim delevit amœna
Dum per factorum præstantia jugera semper
Ales adhinnit equus, dorso & præconia ducit
Non nisi sydereum pondus dimisit in axem
Et dedit in rutilas laudum molimina stellas

In quibus Heroïs sydus micat ore Philippi
Obscuratq; simul radiorum lumine magno
Sive rotas Phœbi, Phœbes vel cornua claræ
Æneadumq; jubar propria tunc lampade vincit
Fulgentesq; sinus lucis tegit arte Diones
Atque parem nescit, paribus dum greßibus illum
Secum non nocuit per laudum currere campos
Græcia siue suos nobis nunc offerat ipsa
Magna Duces, ut Roma suos proponat alumnos
Assyriusq; nitor Satrapas virtute micantes
Objiciat, seu laude viros det Persia claros
Sub pedibus natura tuis dedit ipsa Philippe
Imperij culmen, gravium pondusq; verorum
Et quidquid celebris poterit dare nomine virtus
Et quidquid poterit suprema in prælia Mavors
Et quicquid plectro divinus Apollo sonanti
Decantare potest, vel cœlos vigeat ore
Cantibus aut moveat nemorosum semper Olympum
Subdetur vox ipsa chori, si denique surgit
Est ubi fama virens gestorum semper ab esca
Quæ nutrit laudes, quibus insonat orbe Philippus
A quibus extinguit laudatos carmine prisco
Non aliter quam Phœbus agit tot lumina noctis
Atque uno majora die dat munera lucis
Sic Regis micat altus honor, sic summa potestas
Eminet, & totos compellit vertice cœlos
Erigitur, mittitq; caput per sydera pura
Atque locum sumit, cui cedit lampadis altæ
Circulus egregius, qui terras lucidus ambit
Et majora daret, dare si majora parasset.
Sanguine qui claret, factis verisq; refulget
Hic magnus, famaq; potens celebrabitur ore

Ore po-

Ore poteſt ſi fama ſuo connectere tanta
Sanguinis & ſplendor rerum virtutibus auctus
Illecebris laudum cœleſtia ſydera cogit
Factorum numerus, præſtantia, & ardua geſta
Alliciunt animos, mulcentq́ per ora vibrantes
Linguas vel Vatum, vel Vatum Principis alti
Quæ nunquam norunt corrupta ſilentia famæ
Nec celebris cernunt taciturna per antra palati
Voces præconum preſſo obmuteſcere vincto
Hæc duo ſunt autem magni duo lumina mundi
Nobilitas queis cernit opes ubicunque nitentes
Nimirum ſanguis præclara ſtirpe nutritus
Geſtorumq́ decus fortunæ numine mixtum
His qui clareſcit ſæclorum oblivia torquet
Nec timet obductas tenebroſas temporis umbras
Cui ſubſtat rerum felix ſine lite corona.
Eſt decoris ſublimis enim quoque firma columna
In quo fixa manet vera virtutis imago
Et generis lumen clari, illuſtriſsima & aura
Quam perflat tuba fama ingens, plenoq́ boatu
Spirat ubique ſimul, labrisq́ tumantibus auget
Cernere ut eſt, tantum divino munere munus
Principe in Auſtriaco, divo qui ſanguine gliſcit
A proavisq́ decus nimium tulit ipſe ſupremum
In ſeros tradetq́ ipſum ſimul ipſe nepotes
Geſtorum numerum nunquam numerabit arena
Vel Libyæ, aut toto quam præfert littore pontus
Et quam Nilus aquis undantibus inſpicit ingens
Quorum ſplendore & tellus & cuncta coruſcant.
Eſt quando tenuis, denſis ſub nubibus aër
Obſitus, obductis horret caligo tenebris
Inde levem ſurſum, vacuam condenſat & auram

Nec lumen gressu jam tandem permeat ullo
Nec radius facili cursu pertransit adactus
Nec Phaëthontis adest claro præsentia curru
Sæpè repercussis redeunt super æthera flammis
Cœlestes ignes, terram nec lumine lustrant
Mæstitiæ stat vultus iners per jugera mundi
Languor adit mentes, tristantur corda dolore
Et cæca torpent rerum caligine vultus
Hæc cuncta horrificus præstat sine fine tumultus
Tristitiæ quem format opus languentis iniquum
Et quem densa umbris firmat caligo reductis
Cuncta fleunt, velutiq; gemunt mœrore coacta
Et natura suis privatur risibus ipsa
Et nihil in virides currit lætamine campos
Umbrarum nam cuncta premit velamen opacum
Atque ubi nil lucet tristis stat mortis imago
Nec mortis laudem rigidus furor ipse fugatur,
Dum tenebræ haud fugiunt, tristis dum perstat & umbra
Nam mors, & tenebræ fraterno pectore substant
Et simili semper facie languentq; caduntq;
Atque uno stant fixa loco, statuuntur & uno
Sæpè gradu, curruntq; pari properamine gressus
Sic ergo Hispanis languens natura jacebat
Et quasi mœroris tristi velamine tecta
Horrebat, lætumq; nihil, nihil ipsa ferebat
Egregium, nam quassa suis utrinq; ruinis
Attolli haud poterat summum ut quid conderet ipsa
Languentis Regis misero turbata dolore
Consternebatur, tota & dejecta cadebat
Ipsa situ, nebulisq; atris horrebat ubique
Nempe ut luctus erat venti per claustra gementis
Mœror erat, sensuq; animus torpebat inerti

Et pavido mens pressa sinu sublimia cuncta
Vel proprio gressu tandem neglexit adire
Densa occulabat, multoq; gravamine nubes
Naturam, miseroq; simul languore tegebat
Regis amor sic corda movet, sic turbat alumnos
Ut nil securum pernoscant Rege jacente
Et cunctos timeant fortunæ munere casus
Et nil non quærant donec medicamina vitæ
Inveniant Regis, quem Regni deniq; vitam
Esse putant, atque esse vocant, atque esse fatentur
Hoc vivo quoque vivit item vis maxima Regni
Hoc stat perpetua, atque hoc vel cadit ipsa vicissim
Atque unus Regni Rex est, quo vivit ubique
Quo spirat, quo nempe viget, quo denique regnat
Quare ut convaluit tanto regni ardua virtus
Robore firma stetit, robustos possit ut hostes
Impetere & toto nimium pervincere Marte
Iam discussa quidem morbi est densissima nubes
Iam nil Tartareum secum dolor inserit horrens
Nil tenebræ mœroris habent, nil denique languor
Nilq; potest Lachesis vel torto stamine sæva
Nilq; Atropos fervens nullo exorabilis ore
Et nil nentis erit fervescens pollicis ira
Et nihil ingratum tristi dabit omine fatum
Ecce Hispaniaco fulgescit lumine tellus
Et risu pariter lætatur mundus Ibero
Divorumq; chorus rutilis sibi gaudia stellis
Assumit semper, totum quæ mittit in orbem
Et nil non statuunt quod non ad justa Philippi
Inservire queat felicis dona salutis.
Hæc est causa quidem tanti oblectaminis orbis
Hoc est principium quo vitæ gloria surgit

Principis in vitam, quem vita inquirit amatum
Et quem constituit felicibus undique gestis
Et quem per magnos eventus denique rerum
Conservat, referetq; diu magnumq; gravemq;
Invictumq; dabit, cedentem robore nulli
Omnia subdentem, belli quoque damna fugantem
Martigenumq; decus proprio sub honore ferentem
Armaq; divino jaculantem magna lacerto:
Quem timeat mors ipsa quidem, Marsq; horreat ipse
Et quem non ultra tentet dolor ipse subire
Ista salutis erit sors annis maxima tutæ
Hoc donum vitæ, quo nil præstantius orbe est
Lætitiæ hoc studium, cui incumbit concita terra
Et quod prospectat mundi quoq; maxima moles;
Ecce Philippus erit regni munimmis author
Pacis honos, belliq; horror, vitæq; minister
In quem conspiciet tutissima machina terræ
Nam quem conspiciat majorem non habet ullum
Nullum nescit item, cui se jam judicet ipsa
Subjectam potiùs quàm se putat esse Philippo
Cui se devovit, se & victo corde subegit.
Iam lex naturæ divinis gaudia causis
Intulit in mundum, jam rerum pondera magna
Stant trutinâ compacta suâ, nam lance gravata
Mœroris, surgit vitæ levis aura cupitæ
Felix terra quidem auspicio ditissima tanto
Mundi fausta salus tanto jam Principe læta
Naturæ sub lege datur, quod permanet altum
Quodque patet summum sub Regis honore paratum
Quodque insplendescit felicis legibus artis
Qua sceptri nunc regna vigent, & jura resurgunt
Nam nunc Martis honor felicia submovet arma.

Nunc

Nunc decus & regni justas petit undique sedes
Nunc Hispana manus fortem distrinxerit ensem
Fortius, & gravius, quos toto fulminat orbe
Quo terret commota armis sæpè agmina sævis
Quo propulsat atrox jam tela minantia belli
Jam non pallet ager morbo, diroq; timore
Cuncta rubent valido nimium sub robore firma
Cuncta valent, & cuncta eluent, & cuncta vigescunt
Stat lege & naturæ orbis tutissimus omnis
Munitúsque armis, rerum & moderamine felix
Ingens in rerum serie modo permanet ordo
Quo constant, hæret nimium præstantia vitæ
Quam fixit fortuna suis validissima clavis
Et quam constituit robusto pondere rerum
Libravitque æquis pariter modo viribus omnem
Ne excessu tumeat, defectu desit & humor
Et labatur opus quod tellus sustinet ipsa
In quo dum perstat nimium sita tota videtur
Rege etenim felix subsistit tota Philippo
Qui fundamentum rebus præstantibus addit
Et qui munimen telluri sæpè ministrat
In qua nobilitas sedes habet aurea primas
Austriaco quam Regis habet de sanguine regnum.
Est qui deletâ vicit Carthagine bellum
Scipio Romanas cæli per sydera vexit
Gestorum virtute Aquilas, curvamine rostri
Quæ rapuere truces Mavortis ab agmine fasces
Et gentem nimium tandem vicere togatam
Et celeri per tecta poli erupère volatu.
Has Aquilas verò magnus Leo vicit Iberus
Cui victis armis vel fervens Africa cessit
Cujus littoribus Mavortia sceptra locavit

Pontus ve'a tulit, volitantes Æolus hastas
Militibus tellus compulsa exhorruit omnis
Atque hostis profugus timuit, cessitq́; coactus
In potum sumptus rapidis liquor amnibus omnis
Acuit, & pedibus tribuit vestigia gurges
Qui vix vel poterat vinci, astringiq́; natatu
Nec tellus tandem tantis suffecerat escis
Quas hominum numerus, numerusq́; vorabat equorum
Tanta fuit Cyri, & tam vasta potentia Regis
Tamq; ingens sceptrum, tantum quoq; denique robur:
Sed si vel majus fuerit, nunc grandius extat
Et gravius penitus semper genus acre Philippi
Augurium qui ejus felici sydere sumpsit
Majoremq́; Asiæ mundi nam pectore partem
Occupat hic quartam, quo mundum claudit & omnem
Hunc Dominum, huncq́; caput compellat America magna
Cujus limitibus nullus datur undique finis
Cujus vel magno includuntur cardine terræ
Non huic Annibalis conferre est jura potentis
Principe cum tanto, vel cum Mavorte Saguntum
Abscidit excelsam, supremo & milite claram
Cedat Alexander Macedo, cùm compita terræ
Omnia pervicit, famaq́; resumpsit honorem
Vatibus in laudes, gestis quia claruit ingens
Struxitq; illa potens, famaq́; silentia rupit
Nam linguas, & mentis opus superavit abundè
Nec potuit censere sono præconia Musa
Tanta canens, tacuitq́; etiam ut cantare putavit
Huic victis subdatur item Dionysius armis
Aut Siculas oras Græcorum jungat Athenis
Itala vel tentet nimium superare trophæa
Aut navale decus Neptuni inferre Tridenti

Galbæ autem Mavors si victor constitit olim
Romulidum dum magna suo tulit agmina jure
Iam nunc Austriacis flectit sua pectora tectis
Iam nunc arma sinit summo subjecta Philippo
Imperij atque omen fortunæ numine linquit
Hispano Regi, fortuna qui auspice floret
Et fortuna etiam qui orbem ductrice gubernat
Et petit æthereas gestis superantibus arces
Sit Decius magnus miles, feriátque secundis
Ictibus indomitos, armisq; potentibus hostes
Victoris teneat nomen, patriæq; favorem
Ipse ferat proprio rerum conamine partum
Expugnet, laceret, superet, vincátque necétque
Non similis verò Austriacis erit attamen ipsis
Regibus eximiis, quibus astat clarius omen
Et quorum numen belli colit ordine Mavors
Sternitur atque illis, si quod stat nobile bellum
Et si quod summum toto patet orbe trophæum
Repit humi, si fortè latus subit acre Philippi
Ad quod conscendit vel Martis nomine nemo
Cui se conjunxit nullus, nullusq; vicißim
Sese conjunget tandem per sæcla futura
Iam nunc Miltiades Graiorum gloria felix
Palmarum numero non tanta in culmina surgit
Aut premat infesios hostes, aut tollat amicos
Aut rerum variis cantetur laudibus ingens
Est hic nam major, quem laus nequit ipsa subire
Nam non tanta potest linguæ clamore profari
Quanta quidem struxit splendentia gesta Philippus
Vocibus ut vincit magnis Helicona tonantem
Et Parnaßiaca major patet undiq; Laurus
Delphica nec tantum capiunt encomia Regem

Quem dum producit lituis sibi fama canoris
Et vocum strepitu celeres dimittit in auras
Si qui forte Duces præbent clamoribus aures
Cantusq; accipiunt totus quibus insonat æther
Mirantes animo ut dimissis viribus hærent
Invidiæq; acie sua pectora sæpe trucidant
Et gestis victi commordent dentibus ora
Labraq; sanguineis detorquent morsibus ipsa
Namque pati nequeunt majorem. Major ubique est
Ipse inter magnos celebris, nitidusq; Philippus
Nam radiis famæ flammantis lampadis æquat
Ingentes ignes, cœli quibus emicat Aula
Quæ Phaëthontæo tenuem volat æthera curru
Atque diem format rutilantibus ignibus ipsum
Et faciem terris tribuit sub lumine latam
Et noctis tenebras pellit fugientibus umbris
Solis ad aspectum nequit ulla existere flamma
Hunc ergo exsuperat, currum ut conatur adire
Laudiferæ famæ, resonat quæ in Regis honorem
Digna suis semper gestis encomia magnis
Queis majora tulit nunquam latissima tellus
Nec latura quidem tanta est quoque nomine facta
Austriadum quæ sceptra ferunt noménque decúsque
Quo strepit orbis ovans, cœli & petit aurea tecta
Orbis dum tanto se tollit culmine felix
Et tanto revolat cœlestes Principe campos
Per quos fama vehit claris præconia sistris
Queis micat Austriacus, regnisq; potentibus astat
Immensus, dum magna suis dat culmina factis
Cæsareum quæ pectus agunt, & nobile fatum
Includunt secum sacro auspice sydere sacrum
Ac si divinis staret virtutibus ingens

Quæ redolent patriam generoso pectore stirpem
Quæ sapiunt quoque juris opes cœlestis opimas
Quæ se cum ostendunt quidquid genus evehit acre
Cui paret mundus domini sub munere felix
Austriacis floret dum vel dominatibus ipse
Regnorum qui jura tenent primordio ab orbis.
A primis & nomen Avis sibi nobile ducunt
Et longa serie ventura in sæcula tendunt:
In quæ persistent sceptris dominantibus altè
Et mundi claras torquebunt undique habenas
Donec in Occiduas Hispanus Phœbus arenas
Descendat victor, si vel descendere tandem
Ipse potest, qui summa tenet fastigia rerum
Nec labi didicit dum tantum surgere novit
Dum pede firmato sedem sibi stringit ovantem
Et cogit sibi stare locum, quem continet ipse
Ut gratum, ut charum, ut tanta virtute paratum
Quo sedèt astrifero seu septus ubiq; nitore.
Quem vultu profert, cepit quem denique vultu
Regali, & manibus semper regnantibus arctat
Nam nitor assiduus supremis Regibus instat
In quo sceptra sedent, possunt si sceptra sedere:
Est nisi ubi Austriadum sceptris locus aptus, & altus
Qui terram cingit cœlestem qui occupat axem.
Astraq; flammiferis radiis Titania complet
Regibus & fundit stellantia dona supremis
Quorum splendore ascendunt celsam ætheris arcem
Hispano & Regi nullo discrimine primam
Objiciunt sedem, merito quam numine defert
Et quam cunctorum supra fastigia tollit,
Namque parem nescit virtutum mole micanti
Et generis radiis, ipsi, videt ipse secundum

Esse

Esse illum, qui prima putat loca sumere terræ
Quem vel Cæsareo sibi subdit robore fusum
Herculea aut nimium prosternit deniq; dextra
Dejicit aut claro gestorum fulmine victum.

AD

PHILIPPVM QVARTVM, HISPANIARUM & INDIARUM Regem potentissimum.

EPIGRAMMA.

ΣΩ'ΖΕΟ τοῦ κόσμοιο φάος, κάλλιστε φίλιππε
Καὶ κακὰ τοῦ βιότου μήποτε μὴ σὺ παθὴς
Ἔργμα θεσπεσίοις πανυπέρτατε σοῦ περ Ἰβήρων
Ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς τὸν βίον αὐτὸς ἔχῃς
Σοῖο φάος γλυκερὸν λαὸν σόον αὐτοῦ ἐποίει
Οἷλω περπολλὼ ἤγειγε σοῖο βίος.
Γηθεῖ μὲν κόσμος σοῦ ἀλεξικάκοισιν ἀρωγαῖς
Ἐν σέθεν ζωῇ χάρμα πλῆσε θεός.
Πάντες σοῖο χάριν πάσῃ φρενὶ πέρψιν ἔλοντες
Ζητοῦσιν γαίης καὶ τόπον εὐφροσύνης
Ἦμαρ μὲν πολύδακρυ ἰδὼν ἠγάλλετο θυμῷ
Κόσμος ἐν σοί, βασιλεῦ, εἵνεκα καλὰ φρονῶν
Σὺ προφέρης, μηδεὶς αὐτοῦ βασιλεύτερος ἄλλως.
Σκηπτροῦχων κρατέεις τῇ δυνάμει φύσεως.

Interpretatio.

SIS salvus, mundi jubar ingens, Magne Philippe
Amplius haud nescas jam fera tela mali.
Surge quidem felix Hispani gloria sceptri
Illæsus vivas secula Nestorea.

Iam tua tuta ſalus populum ſervátque fovētque.
Atque hanc lætitiam jam tua vita dedit.
Iamq; tuis mundus lætatur denique donis
Namque bonum vita dat Deus omne tuæ
Propter te cuncti gaudenti mente vigeſcunt
Lætitiæ & quærunt vel loca tuta ſacræ.
Optatumq; diem ut vidit, ſibi, terra, quievit.
Te, Rex, nam ſemper maxima quæque petit.
Tu primus, nullus, ſub Regis nomine major.
Naturæ cunctos vincis ubique manu.

AD PROSPERRIMAM ET EXOPTATAM REGIS *incolumitatem varia Epigrammata.*

Epigramma.

PERSISTET *tibi, tuta ſalus, dum vita manebit*
Namque ſalus id erit quod quoq; vita tibi.
Vita erit immenſo producta hic tempore felix
Atque erit ipſa pari tempore certa ſalus
Hæc, Rex, dona tibi ſubſiſtent pectore in uno
Nam magnis donis omnibus unus ades.

Epigramma.

I*Am te ſtante viget, jacuit quæ terra ſub ipſo*
Namque jacere nequit quæ tibi ſtare valet.

Epigram-

Epigramma.

ADvenit cœli ſacrum medicamen ab oris
Nam curare nequit pectora magna ſolum.
Vis cœleſtis enim firmavit membra Philippi
Qualis vir namque eſt, quæ dat opem manus eſt.

Epigramma.

VNo nam terræ languebat machina morbo
Cum Rege atq; uno nunc quoque jure valet:
Aſſurgit Rex ipſe potens, quoque terra reſurgit
Illius hic vita eſt quo ſibi ſpirat orans,

Epigramma.

SI morbi vis ſcire dolor cur fugerit atrox
Audi, nam Regum mors fugit una manus:
Regum namque manus dum tollunt pondera mundi
Non mortis, vitæ ſed ſibi robur habent.

Epigramma.

ARs vitæ, artificem regnandi prompta ſubivit
Nam regni, & vitæ ſtat ſibi robur idem.
Regni namque vigor Regis ſub viribus extat
Nam regni, & Regis ſtat quoque vita eadem.
Ars igitur vitæ & regni quoque ſceptra miniſtrat
Nunc Regem ſubiens ſedem habet ipſa ſuam.

Epigramma.

NUbibus ut quando cœlum nigrantibus horret
Exorto & ridet Sole micante polus.
Si torpebat adhuc ſub morbi nubibus orbis
Sed Regis gaudent cuncta ſalute ſui.

Epigramma.

PHarmaca morbificum regis mulcentia corpus
Vitæ depressos restituere sinus
In quibus & vitæ steterant fundamina rectæ
Regnum etiam vitæ cœpit habere locum.

Aliud Epigramma.

VT quartam Phœbus sedem super æthera sumit
Sed primum lucis servat ubique gradum.
Sic etiam Austriacus patriò stat nomine quartus
Regio at est cunctis undique jure prior.
Exoritur sanus, morbi vicitq; procellas
Non terræ obtundit turbidus astra vapor.

Aliud.

NVnc regina salus verè dicetur ubique
Nam Rex Austriacus sanus ubique patet.

D. O.

D. O. M.

PHILIPPUS IV. REGUM MAXIMUS
FULMINATOR, TRIUMPHATOR, PACATOR,
PRINCIPUM PRIMUS, FAMA IMMORTALI HEROS
ANIMO INVICTUS, POTENTISSIMUS
REGNIS, IMPERIIS, SCEPTRIS,
EUROPÆIS, ASIATICIS, AFRICANIS, AMERICIS
DITISSIMUS, ET PÆNE TOTIUS MUNDI CAPUT
RELIGIONIS APEX, LEGUM CULMEN
MORUM INCORRUPTVM ASYLUM, JURIS PROBITAS
FATI VIRIBUS
IACUIT, DECUBUIT, LANGUIT,
VITÆ FATO
ERIGITUR, SURGIT, CONSISTIT
VICIT HOSTES, PRESSIT ARMA, MARTEM FREGIT
VICTOR, TRIUMPHATOR, DOMITOR,
TERRET
ÆQUOR CLASSIBUS, PHALANGIBUS TERRAS
NASCENTEM, ET OCCIDUUM SOLEM SINE NOCTE
UNO PROSPECTAT LUMINE, UNO MODERATUR SCEPTRO
UNO POSSIDET DOMICILIO
SOLO REGNAT, VALET SALO, CÆLO VIVIT
CÆSAR AQUILIS, ALEXANDER LEONE
ALIS ASTRA, UNGUIBUS REGNA
SUBIT, SUBIGIT.

AD

ILLUSTRISSIMUM

ET NOBILISSIMUM PRINcipem D. LUDOVICUM *de* HARO PHILIPPI IV. *Hispaniarum & Indiarum Regis potentissimi cubicularium, & aureæ clavis ornamento insignem & D. Iacobi torque cohonestatum, &c.*

Vincentij Marinerij Valentini MUSOMNEMATA.

HESPERIUM, *Ludovice, decus, mundíque cacumen*
Pectore persistit semper ubique tuo.
Dum Martem gestis, dum Musas mente perornas
Cæsareo includis nobile corde jubar.
Te inspiciunt magnum mundi penetralia cuncta
Nam te ceu culmen Phœbus, honorq́ue tenent
Sydereo Phœbus cingit tua tempora serto
Et semper Daphnes mens tua fronde viret.
Amplexu te arctant semper Libethrides uno
Ut qui sis magno lux sacra tota choro.
Nobilitas Musis nimium tua fulget amœnis
Illis dona tuæ dat quia mentis ager.

Pega-

Pegaseo hunc felix semper rigat unda fluento,
Nectareas Phœbi nam bibis unus opes.
Dulcia de sacro dimanant pectore mella
Gaudet namque tuis Phœbus ubique favis.
Spem mundo egregiam gestorum fulmine spondes
Quæ clarâ nimium nobilitate tonat.
Nubibus & tumidis totum premis aëra Phœbi
Virtus Musarum nam madet imbre tua.
Excutis æterno divinam nomine famam
Quæ tecum felix æthere sola volat.
Ut floret virtute nimis tua clara juventa
Castoreum condit jam jubar ipsa sinu.
Ut tua promittunt ingentia gesta triumphum
Te toto splendor jam vocat orbe suum.
Te generosus honor, te tollit gloria stirpis
Te tua (quod magnum est) tollit in astra manus.
Gestis namque tuis sic totus perstrepit orbis
Aures ut feriat semper in axe Iovis.
Ecce volas suprema poli fastigia solus
Nam Ganymedæo fers decus ore tuum.
Te carmen, te tota vocat quoque carminis aura
Te solum Phœbi spirat ubique nemus.
In te fervescunt telis Mavortia corda
In te fax præbet numen Ibera suum.
In te Musarum sacros tuba perflat honores
Namque tuis stridet candida fama libris.
Si quod magna vehit rerum fortuna cacumen
Hoc proprio magnum, vertice semper habes.
Altius assurgit toto nihil orbe vicissim.
Nam mens attingit ceu simul astra genus.
Ecce tuum terras nequit altius esse per ipsas
Vertice cum spargat sidera cuncta caput.

Hesperium decus omne tuo stat nomine magnum
Nam magnum noscit, te sine, terra nihil.
Et cum divinos redolent tua gesta triumphos
Divorum referunt te quoque stirpe virum.
Et si quid summum Phœbus dare vocibus audet
Præter te solum nil magis ipse cavet.
Te Musæ modò jure petunt dominumq́; patremq́;
Hacq́; simul mentis dant monumenta tibi.
Te majus nil ferre queunt, quia culmine Phœbi
Cælorum nitidum currere te astra vident.
Accipe quæ astricto tibi dant sermone Camœnæ
Nam te Calliopes quærit, aditq́; favor.
Ut te carminibus sentit, cernitq́; repertum
Nil gravius terris ipsa subire potest.
Marmoreo hæc tecum vivent splendentia jure
Nulla hæc sub tanto nomine sæcla terent.

Vincentij Marinerij Valentini

SOTERIA

PRO

SERENISSIMO INFANTE FERDINANDO,

S.R.E. Cardinali, &c.

PRÆFATIO.

EST ordo rerum causis tutissimus altis
Quos nequit eximius mentis adire nitor
Occultus stat finis enim sub origine nota
Atque patet proprio denique jure nihil.
Sic est spes hominum, series sic maxima rerum est
Ut vita hic causis pendeat una suis.
Fons hujus nulli saltim substitit apertus
In cujus perstat margine tota salus,
Hincq; cohors febrium sitibunda peræstuat ardens
Pallida sic siccis faucibus ora movet.
Fervet in egregios telis grassantibus artus.
Et medicata necis discutit arma trucis
Hinc furit & bello rapidus Gradivus iniquo
Et tabes miseros quæ premit atra sinus.
Erumpunt stygiis morbi mala sæva venenis
Atque petunt summum tetra pericla caput.
Sunt fato subjecta suo quæ continet orbis
Abstractum morti procreat ipse nihil.
Ipsa nocet, simul ipsa juvat quæ defluit unda
Hæcq; sitim accendit hæc necat atque sitim.
Incerto natura subest ad maxima jure
Non auri fulvi pondere vita emitur.
Ætas currit enim, proprio pede labitur ipsa.
Atque ubi subsistit tunc nequit ipsa gradi.
Lethum nutanti torquet vestigia gressu
Et nulli cursus ipsa peracta via est.
In lapidem offendit mortis, rapit omnia lethum.
Vita ubi stat, gradibus claudicat ipsa suis.

Stare

Stare nihil jam namque poteſt, nam cuncta labeſcunt
Et ſtabilem vitæ præbet arena modum.
Sceptra cadunt, quæ ſtare queunt tutiſsima nunquam
Nam cadere eſt ſceptri quod neque ſtare poteſt.
Vita nihil, morsq; ipſa nihil, nihil omnia ſubſunt
Virtus ſola aliquid, nam ſibi ſola manet.
Mortis jura refert potuit quod vivere tandem
Illius hæc proprio eſt viſcere ſæpè ſoror.
Ex quo vita fluit, lethum fluit acriter ipſum
Hoc huic eſt finis hæc ſimul huic ſpatium.
Currunt ambo quidem, curſu & rapiuntur in ipſo
Hæc quia finitur, hoc quia finis adeſt.
Differt vita nihil ſupremo mortis ab ictu.
Vivere nam longè eſt vel citò poſſe mori
Qui vivit moritur, non vivit mortuus autem
Namq; mori non eſt vivere, vita mori eſt.
Fata viros lacerant, ſcinduntur forcipe fila
Nec tuto ſtamen pollice Parca premit
Non exoratur morbi vis tetra furentis
Æſtuat atque ſuo preſſa rigore febris
Hora ſuis ſtat firma modis; nil tempore majus
Terminus eſt rerum temporis acre & iter.
Pharmaca ſubveniunt, ſed non ſua damna retundunt
Non plantis, non ſtat tuta liquore ſalus.
Qui vitam nutrit, vitam cibus eripit ipſe
Mors, & vita uno ſemper ab ore fluunt
Nam modus eſſe nequit, ſatis ubi cuncta moventur
Menſuram lethi fert quia vita ſui.
Immortale nihil, pereunt cuncta acriter ævo
Finis habet quoniam ſæcula quidquid habent.
Vivere namque mori eſt, moritur quia vita viciſsim
Diutiùs hæc perſtat, deficit hæc citius.

Ipsa salus præstat quod defert robora lethi
Ad mortem accedit quem tenet ipsa salus.
Hæc est ut flumen quod latius intrat in æquor
Hæc auget vitam mortis ut antra petat.
In mortem finitur enim vita ipsa ferocem
Desinit inq; illam qua fluit ipsa simul.
Vita fuit nihil ipsa prius, nil denique & ipsa est,
Quod fuit hoc proprio nunc quoque jure subit.
Vitæ extrema quidem nihil est, nihil edidit illam
Et nihil hanc etiam denique semper edit.
In nihilum finitur enim, mors nam nihil extat
Ex morte in mortem transitus unus adest.
Vixerat ut tandem proprio moreretur ab ortu
Nam si oritur tandem nempe necesse mori est
Nam nil non natum finem sentire valebit
Ejus nam est finis principium quod habet.
Omnia quæ subsunt primordia quæq; crearunt
Unus quæ toto condidit orbe Deus.
Finiri tandem quodcunque est cogitur ipsum
Est, quia nempe fuit, non quia semper erit.
Hic ergo est ordo rerum quem diximus ante
Sese res uno quælibet ore vorat.
Sed felix natura quidem virtutis amœnæ
Principio nescit namque perire suo.
Hæc una at vivit, famæq; volatibus astat
Hæc sine fine viret, nam sine fine patet.
Vivimus at cuncti, sed fini vivimus ipsi
Nam finem nobis vitaq; morsq; parant.
Quo magis ad finem quis tendit, vivere cessat
Mors bona sed vitæ semper origo fuit.
Vivit enim quem fama vehit virtute coruscum
Nam virtute mori denique nemo potest.

Hæc alit egregios animos, hæc astra ministrat
Nam datur in cœlis nullibi posse mori.
Cœlum est virtutis sedes, vitaq; cacumen
Nam vita, & virtus semper in axe sedent
Non ibi mors viget, non finis sævius instat
Namque ibi principium mors dat ad omne bonum.
Et virtutis opus cunctis protendere vitam
Sed vitam, quæ atram nescit habere necem.
Nam virtute frui, immortali est vivere sæclo
Mors immortalem non ferit ulla sinum.
Tuta salus virtute manet, nam dona salutis
Virtuti redolent robur ubique sacræ.
Hæc est vita quidem quæ nunquam deperit ipsa
Quam nunc virtutis nobilis esca nutrit.
Vivere nam facile, facile est cui hunc mandere pastum
Æterno hic teritur jam quia dente cibus.
Tantæ prosperius vitæ labra pabula lambunt
Quæ famæ virtus concoquit igne potens.
Hæc est æternis vitæ vis tradita metis
Vitam quæ æterna est si sibi meta premit.
Hæc est vera salus virtutis parta medela
Quæ vitæ dulci melle remixta datur.
Hinc oritur vitæ numen, quod candida virtus
Ut parat, æterno sic quoque jure parit.
Nascitur hinc verus fructus, pastusq; salutis
Vitam virtutis nam creat altus ager.
Et quia lethifero non substat gleba liquore
Qualibet in vitam frondet ubique seges.
Ergo vitali finitur nunc munere tellus
Nam FERDINANDO *nunc valido fruitur*
Hunc virtus, & vita suo sub jure reducunt
Non potuit tantum tundere mucro virum.

Nam quam fama vehit virtutis in astra micantis
Iam lethum fato subdere nescit atrox.
Hic etenim sævi quatiet fera tela Quirini
Auspicio magno nam premet arma suo.
Nesciet at finem tanti modo vita trophæi
Nam sceptri minax fert sua corda jubar.
Utq; salutis habet donis regnantibus auram
Aurea virtutis sæcula viuet ope.

SOTERIA PRO SERENISSIMO INFANTE FERDINANDO, &c.

M*VSA suo feriat distentos pectine nervos*
Pollice & argutum sonitũ quoq; formet eburno
Cantibus admotus lætis divinus Apollo
Cumq; choro quatiat Parnaßi tegmina sacro
Et labris moveat verba exhilarantia totis
Pectora & efflanti distendat gutture summa
Musa canat, pulchri compellat Apollinis ora
Atque sono Pindi lucus crepet arduus ipse
Vndaq; multisono Permeßidos aëra fluctu
Incutiat, spumisq; premat Vatum ora canentum
Musarum aurifero nimium riget arva fluento
Enecet atque sitim Phœbo, inspergatq; liquore

Labra

Labra sacro, cantusq; alti potum inferat illi
Candida Musarum pariter quoque proluat ora
Sicca agitet Vatum madefacto pectora sulco
Et strepeio sonet omnis ager per jugera rivo.
Et bibulos Musæ saturent modò carmine campos.
Et terras diffusa petant quoque gaudia cunctas
Lætitiæ inspergant ridentia munera magna
Atque alto Titan, meat aurea sidera curru.
Plausibus in terras, in cœlos vocibus instet
Ignibus & rutilis gaudentia misceat astra
Cunctaq; disploso oblectet terræ atria risu.
Festivo & certam celebret quoque jure salutem
Qua FERDINANDUS *terrarum prospicit orbem.*
Qua vitæ longam metitur denique metam
Quæ sceptri reparat fulgentia dona potentis
Hoc sit Calliopes studium, hic labor omnibus insit
In carmen fusis, plaususq; sororibus altos
Quos vitæ modo munus agit, quos provocat auctæ
Incolumis regni metæ clarissimus ordo
Aeolus ore crepet, tremulos quando aëre flatus
Stridenti vibrat quassu, & spiramine torquet
Eximio, lætas diffundens protinus auras
Iam nunc terra tonat, compellit hiatibus arces
Læta suum moto dum fundit cardine sensum.
Et patulis animi dat gaudia maxima valvis
Et quasi jam foribus plenis, tota exsilit ipsa.
Ipsaq; lætanti, cœli movet astra sub ore
Et tam venturi, dispergit commoda sæcli
Etiam grandisono quatitur simul ipsa susurro
Vel quasi Musarum resonet cita fistula labris
Lætaq; Phœbæum dimittat carmina guttur
Sicq; suis nunc terra tremit quasi sedibus icta

Et proprium penitus linquit ſub motibus axem.
Atque novum petit ipſa locum, ſubit æthera & ipſum
Atque oblita ſui neſcit telluris in antra
Aſſuetos deferre pedes, ſylváſque nec urget
Terra ſuas, nam terra polos ſolum inſpicit ipſa
Et ſe tota polum jam jam quoque judicat eſſe
Dum gaudens tanto fruitur ſibi munere vitæ
Qua mundi ſtat magnus honos, qua & tota poteſtas
Conſiſtit rerum, regni & jus ipſa ſupremi
Atque ſuperba manus ſceptri, qua terra movetur
Qua firmus patet ordo quidem, & jus nobile rerum
Nunc etenim jam læta ſeges virtutis inhæret
Nobilitatis agris, quorum gleba aurea fulget
Lætanti radice ingens, ſulcóque virenti
Frondeſcens nimium, tribuensq; comantia denſi
Tegmina nunc ſaltus, foliíſque ſonantia multis
Erigitur qui lapſus erat, ſe tollit in altum
Quem morbi preſſit violentis viribus ardor,
Iam non collapſo ſubſiſtit corpore pectus.
Non fracto languet ſubmiſſus robore ſenſus
Integer aſſurgit, terræq; per antra movetur
Flos juvenum, numenq; virûm laus candida Regum
Infans nempe ſuis jam ſubſtat viribus ingens
Iam vitæ ſibi dona tenet, truculentaq; mortis
Abſcidit invicto nimium quoque vincula jure:
Non marcent pallore genæ, non pectora tabo
Debilitata jacent, vires ſtant viribus ortæ.
Et langueſcenti fugit vis morbida greſſu.
Nec laſſis oculis ſe tendit lumen in auras
Nec tardo petitur vivax cibus ore cupitus.
Et jam divino tegitur cutis ipſa colore
Ora rubent, fronsq; ipſa viget, cervixq; hilareſcit

Criſpa-

Crispanti & crines volruntur denique cirro
Et tumido assurgit, regnatą volumine corpus
Atque manus pingui sub munere candida turget
Et secum stat totus homo validúsque, poténsque.
Jam tua Musa mone variis sub laudibus ora
Non ut laude vehar; quem laus nequit ipsa silere
Sed claros ut laude probes virtutis honores
Vocibus ut tollas cunctis fata inclyta Ibêris
Ex quo jam vivo Princeps viget omine magnus
Et virtute refert naturæ pondera summæ
Auspicium & clarum vivacibus undique gestis
Ut cum Phœbæo nimium quæ marcuit æstu
Planta sibi bibulos repens petit arida sulcos
Et fusis quærit fontis radicibus haustus.
Dum tamen irriguis maduit jam caulis in undis
Sugenti trunco vitæ bibit ipse liquorem
Paulatimą viret, foliisą attollitur actis
Parturit & laxis florem, fructumą papillis
Et ramis præbet flores gemmantibus ipsos
Et quæ flexa simul jam debilitata cadebat
Virga, novo surgit nimium suffulta vigore
Quam radice hausit, demonstrat frondibus undam.
Et quo jam caruit præfert sub flore fluentum.
Hæret firma quidem perfringi, & nescia flecti
Stat cortex, nodisą arctat quoque brachia junctis
Frondéque sub stabili fœcundi temporis offert
Aestivos cumulos, hyemisą repellit acerbos
Frigoris horrores, & dona virentia condit.
Et vegeto firmata manet vis arboris ortu.
Undique per sylvam distentis maxima ramis
Umbrarum densat vires, lucumą vicissim
Mirifico stirpis nimium quoque germine opacat

Et claudit Titanis iter, lucisq; furores.
Frondiferis pellit vegetata per atria tectis
Et jungit semota suis sub finibus antra
Ecce ita pollenti surgit virtute supremus
Nunc FERDINANDUS *torquetq; cadentia morbi*
Iura trucis, vitæq; subit quoque sæcula tutæ.
Vivida, & æterno validam petit ore salutem.
Languet, & toto firmatur corpore surgens
Ferventi exarsit, dum morbus ferbuit æstu
Et dum divinos audax febris incutit artus
Tali ut gaudebat cursus sub sede manere
Regia grassanti & tentabat membra furore
At tandem devicta fugit, superataq; vertit
Arma ferox, totoq; ruit medicamine pressa
Et loca dimisit, quibus atque indigna videtur
Et quæ naturæ solùm sibi jure perivit
Et natura etiam penitus quoque jure relinquit
Nam natura negat præstantia membra dolere
Quæ regnis sunt nata sacris, quæ & nata triumphis
Semper ovant, semperq; suo sunt integra sceptro
Sic FERDINANDI *vis integra denique mansit*
Sic floret jam tuta salus, sic ipsa nitescit.
Virtus naturæ, quam totam in sidera fundit
Quam vehit in superos, quam Martis in arma retorquet
Quam regni in munus totis alit undique membris.
Auspicium infelix semper tutatur & illam.
Ut germen decoris sylva in virtutis amœna
Nunc viget, & valido fulcitur robore vitæ:
Extenditq; simul viridaria in ardua rerum
Ipsum animi robur, mentisq; vigentia jura.
Quam sceptri per magna movet jam claustra supremi
Et quam telluris per sedes devehit altas

Attollit-

Attollitq; in opes regni, movet alta per astra
Sublato in totos inclinat vertice cœlos,
Et magnam terræ penitus polit undique molem.
Et jam sceptrigero sub munere dimovet illam.
In nil non summum mentis non flectit habenas
Nam mens summa quidem semper sibi summa requirit
Altaq; pervolitat, cursusq; suprema perurget
Et similes sibi quærit opes, quas astra recondunt
Namque astris sita sola sedet, quibus obvia & una est
Et quæ perpetuo nimium sibi quærit honore.
Postquam bella truci exarserunt Marte superba
Et multa sub strage virum periere cohortes
Fortia & irrupit truculentum pectora ferrum
Telaq; flammifero vastarunt omnia conto
Et dira pariter fuderunt cuspide cuncta.
Et cumulis variis fusum stetit omne cadaver
Atque agmen potuit multo pugnare minutum
Et multis spoliatus adest exercitus armis
Signaq; detracto funduntur milite pulchra
Et prædis jam cuncta ruunt, pereuntq; subacta
Et nil non tingit diffusus vulnere sanguis
Postquam mortifero Mavors incanduit ore
Cunctaq; turbato ceciderunt pressa tumultu.
Armaq; fervebant bacchantia Marte maligno
Et nulla aut miseris stetit indulgentia victis
Deniq; ut affulsit veris victoria palmis
Horruit & nullos timor arma impervia casus
Ecce hilari miles desultat pectore tutus
Iustaq; pro mortis desumit præmia damno
Insano stat corde simul lætúsque, poténsque
Lætitiisq; furit, jam non stupet horridus armis
Oblectamentis totum stat nobile pectus

Atque animi vires hilari mulcentur ab arte
Gaudia & immenso turgent ubicunque favore
Iam nil triste manet, nullum Mars dimovet ictum.
Pectora securo, sine vulnere, tramite currunt
Et per gaudentes fervent quoque corda cohortes.
Plausus ubique sonat, fuso chorus insilit hoste
Et levibus pedibus cita jam desultat arena
Arma jacent, enséſque tegit vagina coruscos
Et chalybis furor omnis abest, fervorq; recedit.
Stat solum per cuncta melos fusumq; paténſque
Et sonitus dulci diffunditur undique motu.
Mellaq; delitiis palmæ fluitantia abundant,
Occupat atque omnes semper victoria sedes,
Et tenero caput omne premit simul inde triumphus
Pugnantum & gaudet lætis quoque turba coronis
Atque ducum sibi sumit ovans ubicunque trophæa
Cunctaq; lætitiis turbat sua corda caterva.
Victricéſque parit pariter sine limite palmas
Sedibus & turget magni quoque semper honoris
Hæc sunt bellacis quæ perstant pignora pugnæ
Hæc quoque dona manent, hæc subsunt munera belli
Vt victor Dux ipse patet, rerumq; potitur
Et jam certa suis subsistunt præmia pilis
Non aliter verò postquam vis ardua morbi
Adverso petiit regalia pectora cursu.
Et FERDINANDI *pressit præcordia magni*
Jam quia cesserunt morbo mala cuncta fugato
Et secura salus validis stat candida membris
Auget felicem jam nunc victoria vitam
In longum & famæ protendit viribus ævum;
Sæcula & aurato spondet felicia jure
Venturi & cursus diffundit temporis omnes

In bona

In bona lætitiæ nimium sibi jura micantis
Iam stabili stat vita modo, securáque perstat.
Augurio æterni felici in sæcula sceptri
Jam regni valet omne decus, jam jura salutis
Sceptro persistunt nimium sine fine voluta
Illo & miscentur causis in gaudia fixis.
Et simul æternam peragunt in gaudia palmam.
Quam non concutient fortunæ brachia sævæ.
Nec disturbabit ferventi robore tempus
Nec furor injiciet sævis contrarius armis
Persistunt nam sceptra suis tutissima causis
Et vitæ efficiis nimium splendentia certæ
Infans dum tanto jam perstat munere lætus
Dum nullus membris fervet dolor actus eburnis
Sed mollis lætos, fusósque perambulat artus
Lætitiæ dulcedo sacra, munúsque salutis
Et vitæ studium nullo jam deficit ævo
Sic etenim substant rerum molimina mundo
Sic sunt cuncta suo semper simul ordine juncta.
Et facili serie fortunæ falcis acerbæ
Despiciunt vires, aspernantúrque furorem.
Et temnunt rapidos violenta per arma tumultus
Nam nunc triste nihil, proprio stant gaudia sensu
Cunctaq; lætanti nimium quoque jure patescunt.
Ducitur & populus semper cum Principe cunctus
Nam doluit, doluit Princeps ut robore morbi
Et gaudet, gaudet Princeps ut munere vitæ.
Hæc sunt namque suo nunc jura reciproca fine
Ut Princeps populi, populus quoq; Principis ipsæ
Iura ferat, pariterque salus simul una duobus
Subsistat, certo ut dependeat ordine sceptrum
Et populi sit vita simul quæ est Principis una

Et Princeps populo vitam quoque ſæpè miniſtret
Sub propriæ vitæ divinis dotibus omnem.
Hæc nunc communi fulgeſcit ſorte perennis
Omnes nunc vivunt, vivit quia denique Princeps
In quo naturæ propriis vis perſtitit armis
Nam victore quidem populus ſtat Principe victor
Ægroto ægrotat, vivo, vivétque viciſſim
Atque valet nimium quoque Principe ſæpè valente
Cujus vita decus populo, numenq; reducit
Et ſic continuis perſiſtunt ambo triumphis.
Amborum namque una ſalus, jubar emicat unum
Quodq; alius patitur paribus fert viribus alter
Hic hujus dolet ipſe vices, gaudétque trophæis
Hujus item ille ſimul, ſimili ſic jure videntur
Semper uterque ſuo nullo differre modóque
Diſcrimen nulli variat fortuna viciſſim
Hæc eſt apta ſuis virtutis regula regnis
Hæc norma eſt juris, quam jus divina rependit
Namque una corpus regni compage movetur
Qua cadit adverſo eſt regnum ſi Marte refuſum
Et populus, Princépsque ſimul fluitántque cadántque
Et ſtant, & perſtant ſi uno fundamine ſubſunt
Quoque etiam erigitur fortunæ gloria felix
Ambobus felix perſiſtit ubique poténſque
Nunc ſenſus communis habet communia dona
Gaudia communi ſurgunt ubicunque ſub arte
Læto unus vultus populo perſiſtit ubique
Unus amor nam cuncta ligat, nec diſsita ſecum
Iam regni ſtant membra quidem, quia Principe magno
Magna extat rerum ſecum junctura potentum
Hæc vitæ moles fortunam temperat omnem
Elevat hæc rerum vel ſumma cacumina vita

Hæcq; salus totum componit numine mundum
Et firmat validis rerum vaga pondera causis
Nam tuto stant jure quidem quæcunque patescunt
Principis in gremio fundamina sumere vitæ
In quo vera manent rerum moderamina semper
Ex quo vera fluunt cunctis quoque pondera rerum
Ex quo perpetuus cunctis patet ipse triumphus,
Et quod miratur cunctis fortuna sub armis
Quod natura suo semper vehit alta decore
Et tollit super astra quidem, currumq; micantis
Phœbi, & substituit per maxima munera sceptri
Collocat inq; polo, cujus tenet astrea jura
Et pariter ducit validissima dona vicissim:
Nam Princeps astris ascribit fortia sceptri
Fundamenta sui, quibus omnia magna locantur
E quibus eveniunt regnorum robora cuncta
Veráque desiliunt vera quoque jura salutis
Qua FERDINANDUS *lætum nunc reddidit orbem*
Et longæ spatia effundit lætantia vitæ
Regni & protendit divinis fata trophæis
Auspiciiq; sacri mundo modò munia defert.
Publica lætitiæ cunctos movet undique causa
Publica nam cunctos jam latè commoda ditant
Dum vitæ splendor perfulsit in artubus ipsis
Eximij Infantis, cujus jubar occupat orbem
Irradiátque polo, pelagiq; per atria magni
Evibrat tremula lucis face marmora ponti
Æquoreum & campum moto ciet undique fluctu
Hujus enim virtus summi virtute Rodulphi
Nata viget, nimiumq; eluet, splendétque potenter
Austriacis dum tota gerit monumenta trophæis
Quæ numerare nequit Libycis mens provida arenis

Nec Phœbi radiis, stellisq; micantibus ipsis
Imperij nam jura serit tota Austria proles
Regnorum & cumulo sceptri quoque pondera adauget
Bella premit, vincitq; greges hostilibus armis
In regna admotos quæ temperat Austria virtus
Quæ sibi Cæsareos animos, viresque resumit
Atque apicem mundi devino vertice tangit
Palmarum & jubare excelsum quoque commovet axem
Telluremq; suo subdit quoque nomine totam.
Et sese in cœli penitus simul erigit astra
Hæc etenim soboles gerit aurea secula mundo
Gestorum dum magna patrat conamina semper
Et dum Martigenûm condit quoque jura potentum
Et dum virtutis servat victricis honorem,
Et dum divinos cogit sub corde triumphos.
Caroleum quis namque decus numerabit avitum?
Maximiliani referet quis gesta supremi ?
Quis FERDINANDI *divina encomia tollet?*
Quis censebit item gestorum grandia jura
Quæ Martem vicere trucem, & pressere supremum
Armigeris hostem gregibus Germanica prata
Bello vastantem sævo, ferroq; prementem
Cui primam rapuit supremo nomine sedem
Abstulit & capiti quam detulit ipse coronam
Romanumq; decus statuit sceptro undique summo
Austriaco, jurisq; sui simul omnia fecit
Hinc etenim toto strepit aura Rodulphica mundo
Qua spirat Mavors vincentis munera belli
Qua volat æterno pariter quoque flamine fama
Quam movet & læto Austriacis simul Æolus ore.
Hinc & terra tonat dum fulminat Austria secum
Nec patitur vinci dum tantis regibus ardet

Quorum

Quorum victor adest qui vel minus omnia vicit
Hinc FERDINANDUS *tanta de stirpe resurgit*
Eximius, validus, victor, summúsque, poténsque
Cujus nec similem novit fortuna, nec illi
Nosse parem potuit, qui primus numine splendet
Et mundi campos virtutum germine complet
Et Sophiæ sacris decorat quoque dotibus aulam
In qua persistit, per quam simul ambulat omnem
Ut qui Mercurij divino munere gaudet
Cujus habet genium, cujus numenq; veretur
Cujus & excelsos percurrit deniq; colles
Seu Parnaßiacis se tollat vallibus altum
Cyllenes tangat vel culmina maxima montis
Aut Tegeës sibi prata colat viridantia semper
Quæ variis Sophiæ stirpescunt frondibus altæ
Ex quibus assumpsit splendentia serta retexta
Tempora queis cinxit, frontemq; astrinxit eburnam.
His etenim studiis nunc FERDINANDUS *habetur.*
Quæ Sophiam redolent, specimen virtutis, & arcem
Quæ sibi constituunt, totus quibus insonat orbis
Emicat atque illis, dum tanta luce nitescit
Quantam Phœbæus poterit diffundere currus
Et quantam rutila demittit lampade Mavors
Hic etenim dum jura suæ fert maxima stirpis
Immensos halat toto de pectore sensus
Divinumq; efflat divino corde triumphum.
Et nil non sacrum sacro de viscere promit
Est etenim virtus sedes INFANTIS *amœna*
Austriaca quam traxit ope ex splendentibus arvis
Quæ genus acre colit, quod Mavors undique spectat
Quod pavido quoque corde videt, quod meare perhorret
Hic trepida, vinci nam tantis Regibus ipse

Sæpè timet, timuitq; simul, semperq; timebit
Est etenim genus acre quidem Mavortis in arma
Quæ fudit, preßitq; nimis, nimiumq; retundit
Nam Mars Austriacum dum sentit in arma lacertum
Terga movet, si terga potest Mars ipse movere
Vertit & ipse gradus, cedit, fugit, excidit, horret.
Et Diomedeum putat hunc impellere ferrum.
Quo sensit duro lethalia vulnera quassu
Hinc Germanus atrox victus simul horruit armis
Italus hunc timuit supremo jure furentem
Hesperiæ campi magnæ dum tanta verentur
Tela Ducum nimium multo terrore gemiscunt.
Vidit Gallus item tantam in se ardescere flammam
Quam facis Austriacæ dimovit parva favilla.
Et cineri impositus belli dedit undique fomes:
Quem celare nequit cineris vis frigida belli
Nec patitur simul inde tegi tantum ignibus astrum
Quo Mavors sua magna quidem quoq; lumina adauget
Quo Phœbus quintum metuit spectare sedile
Sed currum flectit, laxas detorquet habenas
Æripedum gradibus, terram & demittit in ipsam
Qui cursu accelerant sublimia linquere tecta
Et quarto sic sæpè loco sine lite feruntur
Nec spectant ictum rapidi per membra flagelli
Sponte sua currunt, sedem quintamq; relinquunt
Et Marti Austriaco cœli loca maxima præbent
In quibus & regnent, totum moderentur & orbem
Hæc autem ut præstent velocius axe vagantur
Oraq; densato difflant horrentia fumo
Ilia & obducit Phaëthontis fortia calcar
Cornea & erumpit præceps tunc ungula cœlo
Et gressu fulmen, tonitru cursuq; ministrat

Sic quinto

Sit quinto Austriacus Mavors manet æthere solus
Nec Solem socium patitur, quem subjicit infra
Assurgunt etenim gestorum nomina in altum
Sidereum spatium strepitúque, sonóque perimplent
Ætheris incutiunt rutilantia tegmina summi
Et subeant Cronij tunc cursu præpete tectum
Ultima & impellunt Saturni culmina famam
Hæc soboles præstat magni, clariq́ PHILIPPI
Hæc genus Austriacum sacris virtutibus implet
Hæc FERDINANDO spondet modo jura vigenti
In quo tota latet tantæ sax inclyta stirpis
In quo jura sedent regni, sceptriq́ potestas
In quo naturæ splendescit fulgida virtus
Quam sequitur mirè, quam mirè amplectitur omnem
Nam virtus quasi pastus adest tot dotibus hujus
Ex qua nascuntur, cujusq́ in sede quiescunt
Quamque imitatur honos, qui tanta stirpe refluxit
Namq́ honos, & virtus uno stant protinus ortu
Atque una pariter nascuntur origine semper,
Et sine virtute est nullum tunc munus honoris
Et sine honore quidem nihil emicat aurea virtus
Hæc soror hujus adest uno prognata parente
Nempe animi studium quod semper continet æquum
Improbus atque labor dant hanc sine crimine prolem.
Quæ generis fert dona sui, meritisq́ nitescit
Hæc propriis, emitur virtutis munere virtus
Nam virtus pretium sibi, se quia gaudet ubique.
Sese alit, & pastum nisi se non suscipit illa
Atque suo ditata cibo nunquam ipsa senescit
Nam mortem nescit virtus, atque ipsius esca
Aeterno quæ jure viget, quasi nectare sola
Sæpè immortali, quod secula maxima vincit

His sociis INFANS *jamq́; immortalia sumit*
Pabula, queis regnum sæpè immortale per ævum
Producit secum, vitæ & sine finibus auget
Ampláque dimittit sæcli quoq; munera sceptro.
Nam sceptri est mensura sui, quia vita superstes
INFANTI, *& sceptro metam sibi nescit habere*
Quam solum finire potest vel labile tempus
Quod rerum semper diffusum terminat ævum
Cogere si inde potest rerum sine limite molem
Quam natura suo sibi condidit undique jure
Quam magnis datq́; ipsa viris, quibus inclyta gesta
Ipsa impartitur, famæ quibus augeat arcem
Illamq́; attollat qua majus promicat astrum
Atque illi lucem mittat, terrisq́; vicißim
Quas sibi submittit, dum sceptri robora torquet
Dum fati spemq́; ipse movet, quo spondet in orbem
Immortale decus, vitaq́; cacumina claræ
Iuraq́; Mavortis totis victricia bellis
Et generis decus omne sacri, cui est aurea proles
Quod proprio decorat per totum sanguine mundum
Quod vehit immenso virtutum numine mixtum
Et quod divinis quoque dotibus exhibet altum
Hanc nunc lætitiam tellus sibi noscit amœnam
Dum vitæ sic jura micant præstantia longæ.
Austriaci & firmant membra inclyta Principis ipsa
Et mundi amplificant tutis moderamina sceptris
Et claro decoris fœcundant germine terras
Iam spes certa fluit supremis excita donis
Venturi sæcli ad gesta implendentia, & alta
Quæ tanto in terris sub Principe tanta micabunt
Vt superent quæ Marte truci sibi Roma peregit
Et quæ Graiugenum magnam viguere per artem

Et quæ

Et quæ Hispanus adhuc vidit clarißima campis
Hæc etenim accrescent tantis admota trophæis
Et gestis pariter tandem conjuncta superbis
Quæ certo assurgent semper felicia fato
Quæ venient digno cunctis optata favore
Quæ cumulata dabunt gravium quoque munera rerum
In quibus est palmæ totus nitor undique sacræ
In quibus effloret vivæ virtutis imago
Nam virtus sibi summa petit, quia repere nescit
Nam quamvis lacero se vellere contegat una
Una volat, tollitq; pedes per sidera cœli
Et levius sine veste subit cœlestia tecta
Pondere namque caret quo labi concita poßit
Nam pennis induta suis sese objicit astris
Et volitat præceps, gradibusq; per astra vagatur
Mirificis, & mira suis dat motibus ipsa.
Dum sese in cœlos infert, & culmina calcat
Quæ solum calcare potest, quia sola per alta.
Hæc graditur, multo dum præterit astra volatu
Si qui summa volat pedibus dicetur abire
Aut si gressus erit, qui est ipse volatus in astra.
Et sic percurret veluti si summa volaret
Ut virtus quæ sola potest componere utrumque
Namque volat, graditurq; simul, sed percita perennis
Non pedibus, nam scindit iter strepitantibus alis
Atque viam toto gressu quoque præterit ipso
Namque ipso gressu sola hæc prima undique currit
Prima volat, nam prima micat, quoq; prima triumphat
Et primos solum semper sibi ducit honores
Quos habet ipsa sibi, namque hos parit ipsa vicißim.
Prodigium terris vita est nunc Principis alti
Nam quidquid dabit ille viris, mirum omne patebit

Et quasi monstrifico persistet jure supremum:
Nam valet hic INFANS valeant ut cuncta per orbem
Quem domat imperio, validis quem subdit & armis
Quem sacro auspicio in longos fouet ipsa favores
Cui sua tranquillis simul objicit undique fata
Sedibus & lætis, rerum quoque casibus omnem
Fortunæ addit opem, tollitq; pericula Martis
Nam Princeps regnat felix ubi gloria regnat
Imperij, famæq; decus, decorisq; renidet
Splendor, & æternis ubi stat quoque dotibus aura
Namque ut prodigium protendit maxima terris
Et sæcli spondet terrentia jura futuri
Sic etiam tutæ nunc munera cura salutis
Prodigium naturæ adsunt, quæ munera vitæ
Contulit ut rerum maneat prosperrimus ordo
Ut mundi cardo firmato limine subsit
Ut spes magnarum florescat candida rerum
Ut Martis crescat truculenta potentia duri
Bellaq; ut adverso noscant sua robora telo
Atque ut naturæ vis tota resurgat opimæ
In qua virtutis toto sedet actio jure
Et famæ numen statu sibi personat alto
Et jubar æternis Mavortis conditur armis
Prodigiosus honos spatium telluris obumbrat
Nam nunc prodigiis natura ministrat amœna
Principe quæ objectat magno, cui pristina fudit
Amissæ, & fusæ jam tandem dona salutis
In quo ut subsistit naturæ nobile robur
Stat regni munimen adhuc firmumq; labénsque
In tanto quasi sceptra viro sua jura reponant
Quæ complere potest, quæ & toto ducere mundo
Et firmare manu, auspicio & tutarier alto

Cujus

Cujus adest Dominus sacris dominatur ut armis
Hic etenim Princeps tanta ut de stirpe resurgit
Omnia sub simili condit sibi sorte suprema
Nam qui magnus adest rerum sub dotibus altis
Magna patrat, magnisq; oritur, magnusq; vocatur
Omnia magna suo semper quoque pectore claudit
In quo includuntur quæ vix tenet integer orbis
Machina nam mundi minor est, si comparo, cordis
Immensi spatium quo sidera cuncta tenentur
Illa petit quoniam semper se attollit in illa
Illaq; sub gremio complectitur undique multo
Unde & corda viri spatium cœliq; solique
Suscipiunt secum: nam secum cuncta reponunt
Cunctáque divino retinent firmissima vinclo
In cunctis nam cuncta fluunt, & cuncta requirunt
Ut sunt summa quidem sic summa petúntque tenentq;
Ad quæ perpetuo se tendunt denique voto
Ad quæ currenti rapiuntur & undique gressu
Nam divina subit vis quæ est divina supremè
Atque pari sese servant tuta omnia motu.
Dum paris est formæ qui quærit, & aurea virtus
Quæ quæsita fuit, gressu si quæritur ipsa.
Et si forte potest casu simul esse reperta
Quæ difficulter dum transit cernitur ipsa
Namq; oculos cæcat, viresque perurget euntis
Hic nisi felici tandem molimine currit
Nam virtus quia tota suo est sub numine velox
Veloci rapitur cursu, nam currere velox
Sola potest, nam tarda suis sunt omnia pennis
Et pigro languent, dum certant currere secum
Motu, nam motu vaga præterit astra potenti.
Panditur hinc rerum præclara & maxima porta

Quæ datur ad stimulos fidei, virtutis & altæ
Quam struit hic Princeps naturæ dotibus ipsis
Et quam vitali sustentat robore tutam.
Nam dum vita illi tuto fuit addita sensu
Vbertas tunc ipsa quidem permansit aperta
Tunc rerum cumulus multo stetit undique jure
Atque opulenta simul terris fluxere tributa
Quæ pendit virtus, & quæ victoria pendit
Et quæ divino rerum status injicit ortu.
Hac etenim ingreditur portã, mundi ipsa voluptas
Quæ nunc lætatur, quæ vitæ suscipit omen
Quæ surgit felix fortunæ tota potestas
Ingreditur quoque summus honos, splendórque, decorq;
Qui sceptra illustrat, terrarum & condit honores
Nobilium & suprema gerit monumenta potentum
Stemmata & effundit Mavortis jure corusca.
Hic quoniam divina refert modo munera stirpis
Diuinum præbet cunctis numénque decusq;
Principis & repetit generosis pectora donis
Et rerum perfracta juvat quoque robora semper
Evehit in summum quidquid patet alta subire
Et quidquid magnis donat felicia rebus
Principia, & justo rerum premit ardua jure
Et per felices currit sine limite casus
Hinc oritur verò sacri tutamen honoris
Quo jam terra micat tanto dum Principe vivit
Et sperat rutili comprehendere sidera cœli
Æthereumq; apicem digito vel tangere summo
Nam tanti virtute potens nunc Principis ipsa
Audet supremis sese conjungere flammis
Et bellum superare ferox, & vincere cuncta
Nam facile est illi quidquid velet illa subire

Assequi,

Assequi, & immenso semper retinere favore
Namque manu sic fulta viri summiq; sacrique
Nil non suscipiet quod non sine lite sequatur
Omnia felici secum quoque jure tenebit
Vivida & exsurget sæclum vincétque futurum
Atque potestatis cumulabit ubique decorem
Robustum & reddet quidquid sibi grande reservat
Egregiis tolletur item felicius alis
Iam præceps quibus alta petet, se & tollet in alta
Nescit humi namque ipsa viro sic repere summo
Quo vehitur, totóque etiam simul eminet axe
Nam Princeps qui jura refert cœlestia terris
In cœli flammas terrarum dirigit aulam
Miráque per cœlos felix vehit ipse volatu.
Et nil non magnum tanto facit omine semper
Nam sacro auspicio suscepit dona salutis
Quo gliscat rerum semper status undique summus
Quo vel prosperior terris Respublica subsit
Et sceptri divinus honor micet ipse perennis
Gaudeat æterno felix quoque munere mundus
Hæc sunt quæ tantâ veniunt prosperrima portâ
Hæc nobis aperit vitæ concessa facultas
Quæ inclusit fatum, sibi quæ natura retexit
Et quæ immortali sperabant sæcula sensu.
Vt vivant jam tota suis modo tempora fatis
Et teneant veras secum sine limite dotes
Quas referant, quas jure probent ubicunque suprema
Et quos injiciant ubi substant præmia vitæ
Hæc, hæc fortunæ cunctis modo permanet aura
Hæc viret alta quidem, & summa potentia rerum
Hæc felix, hæc magna patet fortuna per orbem
Vt Princeps vivat, cui rerum gloria cedit

Cui natura dedit quidquid fert nobile tellus
Quiq́; potest sine fine suis dare maxima donis
Et regni ditare jubar, populúmque movere
Per loca divinis semper præstantia donis
Quæ tribuit longo, & felici munere fati
Quæ secum æterno deducit denique jure
Nam quæ perpetuo subsunt illa addita dono
Immortale ferunt toto decus orbe vicißim
Illúmque extollunt, celebrant quoque laudibus illum.
Continuis, quia tota manet jus nobilis illi
Qua floret, qua summa tenet monumenta salutis
Quáque triumphantes gestat per maxima cives
Ipse suos, namque ipse suos toto elevat axe
Et locat in summo magnarum vertice rerum
Nec labi statuit, quos vel firmavit ubique
Nam stabile est munus quod sub virtute nitescit
Et quod robur agit divinum, & regia sedes
Quam FERDINANDUS *multo tutatur honore*
Quámque sibi, cunctisque etiam parat undiq; magnam
Nam magnam vim sæpè refert, quæ tanta capeßit
Et quæ tanta potest felici tradere sorte
Nam sic virtutis suprema extenditur aura
Ut poßit, quæcunque sibi sunt subdita semper
Divino semper pariter quasi jure fovere
Et servare sibi, totóque tenere sub ævo
Et vario ditare simul quoque munere rerum
Et justo afficere hic decore, atque ornare potenter.
Nam facile est magno semper quoque tradere magna
Ut soli lumen, veluti quoque nubibus undam
Et pelago fluctus, segetem ut florentibus arvis
Sic etiam INFANTI *sceptri sacra robora summi*
Et cunctis facile est rerum dare jura suprema

Nam

Nam quin divino secum sic numine abundat
Et quia jam cunctis dare jure beatius extat
Illi est sic facile eximios quoq; tradere honores
Et dare quidquid habet, quod ceu de fonte perenni
Exoritur, nunquamq; deest, fluit undique semper
Perpetuo & substat fluxu, cursúque resurgit
Substat & assiduo, multóque enascitur ortu.
Namq; oritur semper, quod semper præbuit ingens
Exhauriri autem nescit quia vena perennis
Quæ per perpetuos rerum fluit ipsa meatus
Et quæ naturæ defert quoque libera dona.
Quæ nec finiri, nec possunt deesse vicissim
Quæ semper perstant, quæ omni sunt inclyta sæclo
Et quæ venturis vivunt felicius annis.
Hæc gremio conditque suo, servátque, geritq;
Cuncta sinu sacro, quæ sacro indulget honore
Et nulli quæ summa negat velut æthere Phœbus
Lucem & demittit, totum perlustrat & orbem
Cuncta videt, cunctisq; sui dat luminis auram
Sic etiam Princeps magni quia Phœbus Iberi
In mundi semper fundit sua lumina fines
Omnia pervadit radiis virtutis avitæ
Omnia luciferis auget, ditatque favillis
Et tenebras pellit, quæ inducunt noctis opacæ
Obscurum tegmen, rerum turbántque nitorem.
Nam premit adversum radiorum munere fatum
Felici dat jure quidem splendentia cuncta
Ut terræ Phœbus, rerúmque ut maxima virtus.
Instrumenta necis Mavors quibus agmina fundit
Est ensis, ferrumq; atrox, telúmque superbum
Quo thorax non tutus adest, non denique scutum
Perforat hoc variis indutos pellibus artus

Quos ferrata tegit multo lorica furore
Et sepit clypeus chalybis quoque vestis inumbrat
Et tunicata etiam velant tegumenta vicißim
Perdomat & cuspis ferrato prædita conto
Pectora squamoso ferri velamine tecta
Hæc manus est Martis, vis hæc suprema poténsque
Qua premiturq; cohors, funduntúrq; inde phalanges
Armis immensæ, invictæ quoque viribus omnes
Nam belli fervor vires invenit acerbas
Hostes queis pellat, manibusq; fatiget iniquis
Longius & fundat, propius quos sæpius horret
Sic nullus timor arma fugat, quæ dimovet atrox
Mavortis nervus, jaculantur & ardua membra
Obsistit quibus orbe nihil, nihil impedit atrum
Nam vis summa quidem summo domat omnia jure
Nec vinci poterit Gradivi ut munere fervet
Nec cadet, & tetros ictus victoris habebit
Stat quoniam victrix vis inclyta semper in armis
Semper ovat, semperq; viget, semperq; furescit
Sic ensis dum forte suo jam fulminat igne
Sæpè vias aperit per diri compita belli
Sæpè ruit, grassatur atrox, victórque resultat
Suscipit & variis semper sua præmia palmis
Et nomen tribuit quod felix elevat omen
Quod stupet ingenti Mavortis pondere tellus
Et miratur item quisquis bella horrida quærit
Sic simili sub sorte quidem modo vividus Infans
Hispanis nunc ensis erit, quo maxima vincant
Pondera terrarum, bellantum & pectora tundant
Et certum capiant certi jus sæpè triumphi
Et nomen super astra vehant, se & denique tollant
Quo nec Cæsareus pervenit maximus ardor

Nec

Nec forsan Mars ipse etiam sua ponere signa
Fervescens potuit, vel si terrenter adegit
Cuncta suo impellens, & turbans agmina ferro
Nunc at Iberus erit tanto jam maximus ense
Quem vagina quidem solum teget alta cruore
Postquam sanguineos detraxerit ipse per hostes
Sæpè globos varios, & fuderit acer acervos
Devictæ gentis; quæ verterit ardua tergo
Hispanum ad nomen, numénque ad Principis alti
In quo certa salus toto valet aurea mundo
Lætaq; diffundit per cunctas gaudia terras
Et rerum varios jam cunctis spondet honores
Cunctaq; suscipiet validis feliciter armis
Aeterno & vivet cunctis jam tempore felix
Et non tantum etiam tractabit prœlia Martis
Dum victor terræ percurret jugera magna
Sed Phœbi amplexu coget sibi denique Musas
Gymnasiisq; aderit Princepsq; magister, & author
Magnarum rerum quas mentis numine condet
Musarum dum jura dabit multo acta lacerto
Et mentis vires mentis quoque viribus addet
Præmia distendens, cunctos mercedibus augens
Diffundénsque opibus quidquid sublime ministrat
Et quidquid proprio gestat quoque nobile fato
Quo terras movet ipse sibi, cuncta allicit ipsi
Cuncta trahit suprema quidem, namq; una repellit
Et solum vehitur sublimibus undique motus
Gressibus, atque rotis sibi quos parat aureus axis
Ignito Phœbo radiis flammantibus aptas
Hæc spes cuncta fovet, tantum manet omnibus omen.
Tantus honor, tantumq; jubar telluris in antris
Perfundetur, erit terris modo gloria tanta

Quanto nec esse potest, poterit nec forsitan esse
Nam vivente solo jam tanto Principe cuncto
Quæ fax, quod lumen jam non ardentius uret
Corda virûm, lætóque dabit quoque lumine vitam,
Quæ victrix non palma patet, quod deinde trophæum
Non micat immensum, magnisq; paratur Iberis.
Quos proprio Princeps sceptro moderatur ubique
Robore & Austriaco in supremas temperat arces
Nunc erit & felix tellus, populúsque supremus
Nunc vitæ fortuna favet, nunc culmina rerum
Existent graviora suis, & maxima donis
Altius & surgent, cunctis erit alta potestas
Qui tanto imperio parent, qui Principis auram
Atque amplectuntur, totoq; sequuntur honore
Nunc jam vita viget, nunc est simul integer ordo
Quo vehitur splendor, majestásque ipsa potentum
Nam felix stat terra suis stabilita columnis
Principe sub tanto, qui semper sustinet illas
Atque humeris validis totum, sibi devehit orbem.
Atque Atlantheis rutilum quoque deferet axem
Viribus, & cœli stellantia tecta movebit
Cuncta potens audebit item sublimia semper
Et loca summa sibi meritis sub honoribus infert;
Et parat æternos rerum in fastigia casus
Qui pereant nunquam, semper jam námque valebunt
Dum vel sic valido florebit pectore Princeps
Dum sic vita illi summo quoque numine stabit
In qua consistit rerum jam tota potestas
In qua stat tellus, rerum status ipse quiescit
Nam tanta sub sede manet vita inclyta mundi
Dum FERDINANDI *subsistit candida vita*
Ex qua dependet certo ceu fonte triumphus

Et fluit

Et fluit æternis, cunctis spes maxima causis
Tanquam sit rerum totum munimen in illa
Ut sanè est semper, semper quia cuncta tuetur
Cuncta fovet, nam cuncta tenet sibi subdita semper
Quæ suprema illi, quæ sunt regalia & illi
Et quasi quæ propriis spectant quoque viribus illum
Nam qui corde potest summo, est vis maxima terræ
Et Regum fert omne decus, populique cacumen
Quo modo se tollit terrarum machina cuncta
Námque illo tam cuncta potest se tollere in astra
Et nihil aut virum, vel secum ducere parvum
Dum sic ingentem secum fert denique sensum
Sentiat ut quidquid sentiri nobile possit
Nobilitate etenim nunc jam decoratur ubique
Terra omnis, námque illa effert sibi splendida cuncta
Nam splendore viri tanto vita emicat igne
Vt nil splendidius nunquam sibi senserit ipsa
Nil majus, graviusq; nihil sibi viderit unquam
Vt nunquam majore fuit ditata triumpho
Nam dum vita fuit sic tantis tradita membris
Ipsa suo sub jure dedit quod contulit ipsa
Nunquam, nam nunquam tanto stetit omine felix
Vt nunc Austriaco fulget nitidissima fato
Sæcula & extendit felicibus aurea seclis
Quæ nullo sibi vincet edax sub robore tempus
Sed nimis existent mundo immortalia cuncto
Et tanto æternas statuent quoque Principe vires.
Vltima naturæ nobis vis traditur alta
Nilque tenet quod forte queat dare & amplius ipsa
Ex quo tuta salus summo data Principi inhæsit
Qui vitam, numenq; orbis simul obtinet omne
Hic datus est mundo ceu ultima meta virorum

Ceu caput æternum rerum, velut alta potestas
Tam sceptri, quam mundi etiam, quem numine fulcit
Non est quod possit jam tradere & omnibus ultra
Quantum vis ejus potuit, tantum obtulit ipsa.
Vel cœli compulsa face, aut moderamine terræ
Nam Princeps extat simul obvius undique utrique
Hæc est summa manus quam tandem imponere rebus
Ipsa potest magnis, si est rebus pervia magnis
Et quid enim poterat sublimius ipsa tueri
Quid jam splendidius, quid cœlo aut clarius ipso.
Quam quod cœlesti virtutis munere ferit
Dum vitæ jam membra dedit clarissima tutæ
Quæ morbus vexarat atrox, lethumque furenter
Delere aggressum, torvis malæ præstitit armis
Atque minax sacros audacter presserat artus
Æstuque ignito morbosos sparserat ignes
Et siccam sub corde sitim conflavit acerbam,
Et teneros tutudit compressa per ossa lacertos
At nunc vita viget, felix quàm detulit aura
Et regni, & mundi, felix quibus astitit ipsa
INFANTIS *fortuna quidem sibi cuncta resignat*
Cunctaque divino semper quasi comparat auso
Atque audet quod ferre potest, fertque omnia secum
Omnia nam secum felici nomine ducit
Quæ jam nullus adhuc Princeps duxitque tulitque
Nam nullus tanto terræ tenet ardua fato
Compita, nec terris tantum dedit inclytus omen
Auspicio quod nempe gravi gesta aurea spondet
Et melius quam quod tellus videt, inferet ipsum
Et simul immenso profert nimis omnia sensu
Quid cupere hic jam namque potest terra undique majus
Quid simul egregium, quid vel sublimius unquam

Quam

Quàm tanto jam posse frui sic Principe secum
Quàm Ducis immensi semper gaudere favore.
Cernere & Austriacum culmen, rerumq; sacratum
Pondus, ubique tenet quod magni machina mundi.
Hic etenim Princeps quidquid sibi natio Græca
Et quid Romulea effecit, sibi præstitit unus.
Cunctorum sibi gesta premit, nam cuncta perenni
Devehit augurio, fato quoque confovet alto
Non at Alexandri cunabula magna potentis
His similem tenuêre modum virtutis amœnæ
Principiis, quibus alta subest jam condita fama
Et quæ felici deducunt numina honore:
Dum majora quidem nobis natura putavit
Tradere, tunc statuit jam condere Principis ortus
Et nobis studuit tantum decus indere in illo
Quantum nec melius quicquam fortuna notavit
Nec vidit tellus, nec cœlum contulit orbi
Hæc nunc prosperitas cunctis est obvia passim
Namq; salute patet, fruitur qua maximus INFANS
Et qua terrā simul se vivere credidit ipsa
Et qua vel resonis famæ tuba flatibus extat
Altáque percurrit, terra & ciet atria cuncta
In cunctis namq; una potest jam tanta movere
Munera nunc laudum, superent quæ gesta virorum
Quæ nomen, quæ numen item dant nobile mundo
Quod si est Austriacum, jam non erit amplius illo
Nam majus datur orbe nihil, velut æthere Phœbus
Lux major, terris est FERDINANDUS *in ipsis*
Sic major Princeps, cui sceptri gloria cedit
Cuiq; hiat omnis honor, quemq; apperit ipsa corona
Quem mundi jubar omne cupit, tenet ipse cupitum
Et quem perpetuo sceptrum sub jure recondit

Nam quia nil majus, sic nil optatius ipso
Cujus in auspiciis vita stat candor ubique
Qui meta rerum protendit & ultima jura
Est etenim virtutis opus dare cuncta suprema.
Ergo ut virtutis manibus tot munera dantur
Supremus sine lite subest, quem candida virtus
Prabet, & assumit, donisq; potentibus offert
Vt sobolem generis summi regniq; ut alumnum
Immensi, quo terra quidem nil majus habebit
Neque hunc forsan habet semper putet ipsa tenere
Quem toto eximium deducunt sacula mundo.

D. O. M.

Vincentij Marinerij Valentini

IN NATALITIVM Principis Hiſpaniarum.

ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ.

ἌΜΜΙΝ ἀστὴρ, καὶ ἀπόρρητος ἀρχὸς ἀνέστη.
Κόσμῳ πέμψε φάος, καὶ ὄλβια πᾶσιν ἔδω.
Ἦλθε γὰρ ὡς πάντων μὲν ἀεικέα λοιγὸν ἀλάλκειν
Δῶρα βίοιο φέρων, δῶρα νόμοιο νέμων.
Ἐξανόρουσε βροτοῖς πατρὸς μεγάλοιο γενέθλον.
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ὡς φάος ἠελίου.
Οὗτος δ᾽ ὡς βλάστημα διοτρεφὲς ἄντι τέθηλεν
Ἄρεος ἀνδροφόνου καὶ ἔστι κλάδος σθεναρός.
Ἤδη τοῦ κόσμου ἐστὶ μόρσιμον ἔλλαβε κῦδος
Ἔμμορε καὶ τιμῆς ἔξοχα θεσπεσίης.
Αὐτοῖς μέντε μετέπρεπει ὃς παρὰ πολλὸν Ἰβηροῖς
Οὐμὴν ὅμοιον ἔχει εἴκελος ἔνθα θεοῖς·
Ἦλθεν καὶ κρατέων μὲν ἀρειμανέων γένος ἀνδρῶν
Καὶ λαῶν πάντων ὄρχαμος ὃς γέγονεν.
Εἰρήνης βαθυπέπλου ἀπείριτον ὄλβον ἔσωσεν
Καὶ νίκησε μέγας τοῦ πολέμοιο σθένος.
Οὔτις ἐστὶ προπάροιθε μακαρτάτος ἡμέρα δ᾽ αὕτη
Ἀρχὴ δ᾽ εὐγενίης, κύδεος ἐστὶ τέλος.

Cui natura dedit quidquid fert nobile tellus
Quiq; potest sine fine suis dare maxima donis
Et regni ditare jubar, populúmque movere
Per loca divinis semper præstantia donis
Quæ tribuit longo, & felici munere fati
Quæ secum æterno deducit denique jure
Nam quæ perpetuo subsunt illa addita dono
Immortale ferunt toto decus orbe vicissim
Illúmque extollunt, celebrant quoque laudibus illum.
Continuis, quia tota manet jus nobilis illi
Qua floret, qua summa tenet monumenta salutis
Quáque triumphantes gestat per maxima cives
Ipse suos, namque ipse suos toto elevat axe
Et locat in summo magnærum vertice rerum
Nec labi statuit, quos vel firmavit ubique
Nam stabile est munus quod sub virtute nitescit
Et quod robur agit divinum, & regia sedes
Quam FERDINANDUS *multo tutatur honore*
Quámque sibi, cunctisque etiam parat undiq; magnam
Nam magnam vim sæpè refert, qua tanta capessit
Et qua tanta potest felici tradere sorte
Nam sic virtutis suprema extenditur aura
Vt possit, quæcunque sibi sunt subdita semper
Divino semper pariter quasi jure fovere
Et servare sibi, totóque tenere sub ævo
Et vario ditare simul quoque munere rerum
Et justo afficere hic decore, atque ornare potenter.
Nam facile est magno semper quoque tradere magna
Vt soli lumen, veluti quoque nubibus undam
Et pelago fluctus, segetem ut florentibus arvis
Sic etiam INFANTI *sceptri sacra robora summi*
Et cunctis facile est rerum dare jura suprema

Nam

Nam quin divino fecunt sic numine abundat
Et quia jam cunctis dare jure beatius extat
Illi est sic facile eximios quoque tradere honores
Et dare quidquid habet, quod ceu de fonte perenni
Exoritur, nunquamque deest, fluit undique semper
Perpetuo & substat fluxu, cursúque resurgit
Substat & assiduo, multóque enascitur ortu.
Namque oritur semper, quod semper præbuit ingens
Exhauriri autem nescit quia vena perennis
Quæ per perpetuos rerum fluit ipsa meatus
Et quæ naturæ defert quoque libera dona.
Quæ nec finiri, nec possunt deesse vicissim
Quæ semper perstant, quæ omni sunt inclyta sæclo
Et quæ venturis vivunt felicius annis.
Hæc gremio conditque suo, servátque, gerítque
Cuncta sinu sacro, quæ sacro indulget honore
Et nulli quæ summa negat velut æthere Phœbus
Lucem & demittit, totum perlustrat & orbem
Cuncta videt, cunctisque sui dat luminis auram
Sic etiam Princeps magni quia Phœbus Iberi
In mundi semper fundit sua lumina fines
Omnia pervadit radiis virtutis avitæ
Omnia luciferis auget, ditátque favillis
Et tenebras pellit, quæ inducunt noctis opacæ
Obscurum tegmen, rerum turbántque nitorem.
Nam premit adversum radiorum munere fatum
Felici dat jure quidem splendentia cuncta:
Ut terræ Phœbus, rerúmque ut maxima virtus.
Instrumenta necis Mavors quibus agmina fundit
Est ensis, ferrumque atrox, telúmque superbum
Quo thorax non tutus adest, non denique scutum
Perforat hoc variis indutos pellibus artus

Quos ferrata tegit multo lorica furore
Et sepit clypeus chalybis quoque vestis inumbrat
Et tunicata etiam velant tegumenta vicißim
Perdomat & cuspis ferrato prædita conto
Pectora squamoso ferri velamine tecta
Hæc manus est Martis, vis hæc suprema poténsque
Qua premiturq́; cohors, funduntur q́; inde phalanges
Armis immensæ, invictæ quoque viribus omnes
Nam belli fervor vires invenit acerbas
Hostes queis pellat, manibusq́; fatiget iniquis
Longius & fundat, propius quos sæpius horret
Sic nullus timor arma fugat, quæ dimovet atrox
Mavortis nervus, jaculantur & ardua membra
Obsistit quibus orbe nihil, nihil impedit atrum
Nam vis, summa quidem summo domat omnia jure
Nec vinci poterit Gradivi ut munere fervet
Nec cadet, & tetros ictus victoris habebit
Stat quoniam victrix vis inclyta semper in armis
Semper ovat, semperq́; viget, semperq́; furescit
Sic ensis dum forte suo jam fulminat igne
Sæpè vias aperit per diri compita belli
Sæpè ruit, grassatur atrox, victórque resultat
Suscipit & variis semper sua præmia palmis
Et nomen tribuit quod felix elevat omen
Quod stupet ingenti Mavortis pondere tellus
Et miratur item quisquis bella horrida quærit
Sic simili sub sorte quidem modo vividus Infans
Hispanis nunc ensis erit, quo maxima vincant
Pondera terrarum, bellantum & pectora tundant
Et certum capiant certi jus sæpè triumphi
Et nomen super astra vehant, se & denique tollant
Quo nec Cæsareus pervenit maximus ardor

Nec

Nec forsan Mars ipse etiam sua ponere signa
Fervescens potuit, vel si terrenter adegit
Cuncta suo impellens, & turbans agmina ferro
Nunc at Iberus erit tanto jam maximus ense
Quem vagina quidem solum teget alta cruore
Postquam sanguineos detraxerit ipse per hostes
Sæpè globos varios, & fuderit acer acervos
Devictæ gentis, quæ verterit ardua tergo
Hispanum ad nomen, numénque ad Principis alti
In quo certa salus toto valet aurea mundo
Lætaq; diffundit per cunctas gaudia terras
Et rerum varios jam cunctis spondet honores
Cunctaq; suscipiet validis feliciter armis
Aeterno & vivet cunctis jam tempore felix
Et non tantum etiam tractabit prœlia Martis
Dum victor terræ percurret jugera magnæ
Sed Phœbi amplexu coget sibi denique Musas
Gymnasiisq; aderit Princepsq; magister, & author
Magnarum rerum quas mentis numine condet
Musarum dum jura dabit multo acta lacerto
Et mentis vires mentis quoque viribus addet
Præmia distendens, cunctos mercedibus augens
Diffundénsque opibus quidquid sublime ministrat
Et quidquid proprio gestat quoque nobile fato
Quo terras movet ipse sibi, cuncta allicit ipsi
Cuncta trahit suprema quidem, namq; una repellit
Et solum vehitur sublimibus undique motus
Gressibus, atque rotis sibi quos parat aureus axis
Ignito Phœbo radiis flammantibus aptas
Hæc spes cuncta fovet, tantum manet omnibus omen.
Tantus honor, tantumq; jubar telluris in antris
Perfundetur, erit terris modo gloria tanta

Quanto nec esse potest, poterit nec forsitan esse
Nam vivente solo jam tanto Principe cuncto
Quæ fax, quod lumen jam non ardentius uret
Corda virûm, lætóque dabit quoque lumine vitam,
Quæ victrix non palma patet, quod deinde trophæum
Non micat immensum, magnisq; paratur Iberis.
Quos proprio Princeps sceptro moderatur ubique
Robore & Austriaco in supremas temperat arces
Nunc erit & felix tellus, populúsque supremus
Nunc vitæ fortuna favet, nunc culmina rerum
Existent graviora suis, & maxima donis
Altius & surgent, cunctis erit alta potestas
Qui tanto imperio parent, qui Principis auram
Atque amplectuntur, totoq; sequuntur honore
Nunc jam vita viget, nunc est simul integer ordo
Quo vehitur splendor, majestásque ipsa potentum
Nam felix stat terra suis stabilita columnis
Principe sub tanto, qui semper sustinet illas
Atque humeris validis totum, sibi devehit orbem
Atque Atlanthæis rutilum quoque deferet axem
Viribus, & cœli stellantia tecta movebit
Cuncta potens audebit item sublimia semper
Et loca summa sibi meritis sub honoribus infert;
Et parat æternos rerum in fastigia casus
Qui pereant nunquam, semper jam námque valebunt
Dum vel sic valido florebit pectore Princeps
Dum sic vita illi summo quoque numine stabit
In qua consistit rerum jam tota potestas
In qua stat tellus, rerum status ipse quiescit
Nam tanta sub sede manet vita inclyta mundi
Dum FERDINANDI *subsistit candida vita*
Ex qua dependet certo ceu fonte triumphus

Et fluit

Et fluit æternis, cunctis spes maxima causis
Tanquam sit rerum totum munimen in illa
Ut sanè est semper, semper quia cuncta tuetur
Cuncta fovet, nam cuncta tenet sibi subdita semper
Quæ suprema illi, quæ sunt regalia & illi
Et quasi quæ propriis spectant quoque viribus illum
Nam qui corde potest summo, est vis maxima terræ
Et Regum fert omne decus, populique cacumen
Quomodo se tollit terrarum machina cuncta
Námque illo tam cuncta potest se tollere in astra
Et nihil aut virum, vel secum ducere parvum
Dum sic ingentem secum fert denique sensum
Sentiat ut quidquid sentiri nobile possit
Nobilitate etenim nunc jam decoratur ubique
Terra omnis, námque illa effert sibi splendida cuncta
Nam splendore viri tanto vita emicat igne
Vt nil splendidius nunquam sibi senserit ipsa
Nil majus, graviusq; nihil sibi viderit unquam
Vt nunquam majore fuit ditata triumpho
Nam dum vita fuit sic tantis tradita membris
Ipsa suo sub jure dedit quod contulit ipsa
Nunquam, nam nunquam tanto stetit omine felix
Vt nunc Austriaco fulget nitidissima fato
Sæcula & extendit felicibus aurea seclis
Quæ nullo sibi vincet edax sub robore tempus
Sed nimis existent mundo immortalia cuncto
Et tanto æternas statuent quoque Principe vires.
Vltima naturæ nobis vis traditur altæ
Nílque tenet quod forte queat dare & amplius ipsa
Ex quo tuta salus summo data Principi inhæsit
Qui vitam, numenq; orbis simul obtinet omne
Hic datus est mundo ceu ultima meta virorum

Ceu caput æternum rerum, velut alta potestas
Tam sceptri, quam mundi etiam, quem numine fulcit
Non est quod poßit jam tradere & omnibus ultra
Quantum vis ejus potuit, tantum obtulit ipsa.
Vel cœli compulsa face, aut moderamine terræ
Nam Princeps extat simul obvius undique utrique
Hæc est summa manus quam tandem imponere rebus
Ipsa potest magnis, si est rebus pervia magnis
Et quid enim poterat sublimius ipsa tueri
Quid jam splendidius, quid cœlo aut clarius ipso.
Quam quod cœlesti virtutis munere ferit
Dum vitæ jam membra dedit clarißima tutæ
Quæ morbus vexarat atrox, lethumq; furenter
Delere aggressum, torvis mala præstitit armis
Atque minax sacros audacter presserat artus
Æstuq; ignito morbosos sparserat ignes
Et siccam sub corde sitim conflavit acerbam,
Et teneros tutudit compressa per ossa lacertos
At nunc vita viget, felix quàm detulit aura
Et regni, & mundi, felix quibus astitit ipsa
INFANTIS *fortunæ quidem sibi cuncta resignat*
Cunctaq; divino semper quasi comparat auso
Atque audet quod ferre potest, fertq; omnia secum
Omnia nam secum felici nomine ducit
Quæ jam nullus adhuc Princeps duxitq; tulitq;
Nam nullus tanto terræ tenet ardua fato
Compita, nec terris tantum dedit inclytus omen
Auspicio quod nempe gravi gesta aurea spondet
Et melius quam quod tellus videt, inferet ipsum
Et simul immenso profert nimis omnia sensu
Quid cupere hic jam namque potest terra undiq; majus
Quid simul egregium, quid vel sublimius unquam

Quam

Quàm tanto jam posse frui sic Principe secum
Quàm Ducis immensi semper gaudere favore.
Cernere & Austriacum culmen, rerumq́; sacratum
Pondus, ubique tenet quod magni machina mundi.
Hic etenim Princeps quidquid sibi natio Græca
Et quid Romulea effecit, sibi præstitit unus.
Cunctorum sibi gesta premit, nam cuncta perenni
Devehit augurio, fato quoque confovet alto
Non at Alexandri cunabula magna potentis
His similem tenuêre modum virtutis amœnæ
Principiis, quibus alta subest jam condita fama
Et quæ felici deducunt numina honore:
Dum majora quidem nobis natura putavit
Tradere, tunc statuit jam condere Principis ortus
Et nobis studuit tantum decus indere in illo
Quantum nec melius quicquam fortuna notavit
Nec vidit tellus, nec cœlum contulit orbi
Hæc nunc prosperitas cunctis est obvia passim
Namq́; salute patet, fruitur qua maximus INFANS
Et qua terrà simul se vivere credidit ipsa
Et qua vel resonis famæ tuba flatibus extat
Altáque percurrit, terra & ciet atria cunctæ
In cunctis namq́; una potest jam tanta movere
Munera nunc laudum, superent quæ gesta virorum
Quæ nomen, quæ numen item dant nobile mundo
Quod si est Austriacum, jam non erit amplius illo
Nam majus datur orbe nihil, velut æthere Phœbus
Lux major, terris est FERDINANDUS *in ipsis*
Sic major Princeps, cui sceptri gloria cedit
Cuiq́; hiat omnis honor, quemq́; apperit ipsa corona
Quem mundi jubar omne cupit, tenet ipse cupitum
Et quem perpetuo sceptrum sub jure recondit

Vincentij Marinerij Valentini

IN NATALITIVM Principis Hiſpaniarum.

ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ.

ἌΜΜΙΝ ἀοσσητὴρ, καὶ ἐπίῤῥοθος ἀρχὸς ἀνέστη.
Κόσμῳ πέμψε φάος, καὶ ὄλβια πᾶσιν ἔδω.
Ἦλθε γὰρ ὡς πάντων μὲν ἀεικέα λοιγὸν ἀλάλκειν
Δῶρα βίοιο φέρων, δῶρα νόμοιο νέμων.
Ἐξανόρουσε βροτοῖς πατρὸς μεγάλοιο γενέθλον.
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ὡς φάος ἠελίου.
Οὗτος δ' ὡς βλάστημα διοτρεφὲς ἄντι τέθηλεν
Ἄρεος ἀνδροφόνου καὶ ἔστι κλάδος σθεναρὸς.
Ἤδη τοῦ κόσμου γὰρ μόρσιμον ἔλλαβε κῦδος
Ἔμμορε καὶ τιμῆς ἔξοχα θεσπεσίης.
Αὐτοῖς μέν τε μελέπρεπει ὃς περὶ πολλὸν Ἰβηροῖς
Οὐ μὲν ὅμοιον ἔχει εἴκελος ἔνθα θεοῖς·
Ἦλθεν καὶ κρατέων μὲν ἀρειμανέων γένος ἀνδρῶν
Καὶ λαῶν πάντων ὄρχαμος ὃς γέγονεν.
Εἰρήνης βαθυπέπλου ἀπείρειτον ὄλβον ἔπασσεν
Καὶ νίκησε μέγας τοῦ πολέμοιο σθένος.
Οὗτις γὰρ προπάροιθε μακάρτατος ἡμέρα δ' αὕτη
Ἀρχὴ δ' εὐγενίης, κύδεος ἐστὶ τέλος.

EPIGRAMMATIS
Græci interpretatio.

NASCITVR hic nobis fautor, protector & ingens
Mundo fertq; faces, prospera dat populo.
Venit ut ab cunctis nimium mala dira repellat
Vitæ jura refert, legis & aura subest.
Iam magno patre natus adest mortalibus ipsis
Ut Rex sceptra gerit Solis ut hic soboles.
Hic viret ut germen quod Iuppiter ipse nutrivit
Est validi Martis ramus ubique potens
Iam mundi ascriptos nimium sibi sumpsit honores
Divini & decoris continet ipse jubar.
Eximiè insplendet felices inter Iberos
Huic non est similis, est quia diis similis
Hic venit superare potens genus acre virorum,
Ut populi Princeps nascitur ille sui.
Pacis fundit opes, immensaq; dona micantis
Et belli validas discutit iste manus.
Prosperior nullus fuit ante diésque sed iste
Principium jubaris, finis honoris erit.

Vincentij

Vincentij Marinerij Valentini

PRÆFATIO.

EXORITVR de fonte scatens sub gurgite flumen
Atque novo ebullit sæpè liquore latex.
Exsurgit ridens spumosis fluctibus unda
Et toto sparsus personat amne liquor:
Accrescitq; parùm longo ut se dissipat arvo
Et sumit vires quo magis unda fluit.
Præterit hinc ripas, illinc quoque jugera inundat
Et sylvam arboreis fœtibus auget aqua.
Jamq; ratis pondus valido sibi sustinet amne
Ferrato & scopulos anchora dente premit.
Iam tumet immenso diffusum rore fluentum
Æolios flatus jam sibi & unda vocat.
Oceanum complet vastis jam fluctibus omnem
Atque illo insurgit fortius ipse tridens.
Principium sic fontis habet liquor amne coactus
Et solum ut finem noscit habere mare.
Volvitur utq; salo, fluctu spumante tumescit
Et pelagi, haud fluvij tunc sibi nomen habet.
Grandia tunc nutrit squamoso corpore cete
Atque illo Delphin fusius urget iter.
Huic Boreæ flatus turgenti flamine fervent
Et rapido cursu per vada summa rigent.
Erumpit Zephyrus gravius quà personat unda
Impetit & toto fervidus ore Notus.
Iam non Nilus adest, nec magnus fluctuat Ister,
Sed solum pelagi stant sibi prata trucis

Et qui fonte habuit primordia summa fluente
In caput assumptis viribus ipse redit.
Serpenti dum currit humi quoque gurgite stridet
Per scopulos spumans rumpitur ipse suos.
Multo etenim repit per terræ jugera flexu
Et sinuosa suo membra liquore movet.
Hinc roseis vestit ripas sibi caulibus altas
Hinc florum variis frondibus arva tegit.
Et populo potum: multam quoque præbet & escam
Atque Alvis pariter dat loca magna suis.
Frondenti septo Phaëthontis depulit ignes
Non æstum per aquas tunc sinit ire leves.
Cymbaq; percurrit nitidi sacra terga liquoris
Et mutis dulcis piscibus unda strepit:
Rore cadente fluit compulsus flumine gurges
Aucto nam crescit tunc niveis imbre latex.
Haud secus ut fluvius de fonte refunditur alto
Austriaco Princeps maximus amne suo.
Desilit erumpens per Martia jugera torvus
Et ripas fluido nescit habere sinu.
Regia saxa madent nascentis Principis amne
Regia nam Regum gurgite saxa rigat
Telluris petit antra suo madefacta liquore
Et nil non tanti perbibit omnis aquas.
Hoc fortuna suum labrum quoque proluit omne
Hoc & natura deperit ipsa sitis.
Austriacus fons ipse fluit, sed præterit unctus
Cæsareo Tybris quæ sibi rore rigat.
Et quod Danubius vasto premit amne per orbem
Iam nunc Hispano fonte fluente silet.
Fons Hispanus enim fluvium modo fundit amœnum
Quo pelagus totum verius esse potest.

Sistant jam cursum Libyæ diffusa fluenta
Hispanus poterit fons dare prata mari.
Italiæ Eridanus non mittat in æquora fluctus
Auctior Hispano fonte erit Oceanus.
Phœnix ore suum nimium quoque siccet Orontem
Nam non ad pelagus jam satis illo patet.
Hunc fluvium quoniam dum profert campus Iberus
Illo nunc felix æquora tota replet.
Vis dicam melius, non flumen, pontus at ipse
Hoc nunc fonte fluit quo sibi terra madet.
Cuncta rigat sceptro terrarum jugera magno
Hæc tellus pariter tota fluenta bibit
Fortunæ ratibus multum dat pondus aquarum
Per quas nunc præceps jam rota currit ovans.
Hoc generis laticem divino gurgite ducit
Quo nil jam totus dulcius orbis habet.
Regnorum strepitat generosis fluctibus auctus
Queis penitus terras obruit ipse suas
Qua patet exoriens, quâ Titan labitur ardens
Hæc propriis semper flumina potat equis.
Hoc Diana sinus nimium madefacit eburnos
Hoc sua præcipuè candida membra lavat.
Hic Nympharum antrum saxosis continet arvis
Hujus rore sitim semper Apollo necat.
His natat effusis Phœbus demersus in undis
His & Parnassus vel sua poma creat
Hoc fluvio currente quidem modo terra rigatur
Extinguitq; æstum quo nimis acta calet.
Hoc sibi regna tenent quidquid dare nubila possunt
Ut fœcunda solum latius unda juvet.
Austriaco namq; imbre madet felicius orbis
Nam nati capiunt fluminis arva cibum.

Mars etenim tanto lætatur amœnius imbre
Atque illo terris dat sua tela simul.
Permiscetq; ignem belli jam pacis in amne
Stat flammis, & aquis ferrea messis atrox.
Est etenim Martis flammas diffundere in arma
Principis est tenui rore fovere solum
Et veluti ferrum exhorret stridente favilla
Sic vires fuso fortius imbre capit:
Nam chalybis robur duris fornacibus ardet
Mollibus & pondus malleus urget aquis.
Hoc nunc flumen opus nascentis Principis aptat
Nam veluti flumen Martia ad arma venit
Ut quatit æra furor, gravius ciet æra fluentum
Extincta fervent durius æra siti.
Iam Mavortis erit gravior manus ipsa furentis
Ignem quo ipse calet, quam bibit urget aquam
Mergit ut Austriacis arma instringentia in undis
Conflantur tantá durius acta manu.
Nil potuit natura quidem producere majus
Quam quod stirpe fluit fortius Austriaca.
Fons tanti fluvij patet ipse Philippus Iberus
Littora qui Gallo nunc sua rore premit.
Exoritur Princeps veluti de fonte fluentum
Qui toto semper affluit orbe vagus
Turpe decus sine stirpe patet, sine jure tribunal
Ut sine Marte genus, & sine rore solum.
Nunc ergo Austriacis roratur terra fluentis
Nam tantum Austriaco flumen ab amne salit
Jam rosa virtutum nimium madefacta rubebit
Atque rigata bibent lilia pura decus.
Non arenti autem tellus squalore jacebit
Nam Princeps propriis prospera fundit aquis

Ut Nilus

Ut Nilus ſeptem ad pelagus tenet oſtia magnus
Hic ſtatuit totum jam modo mille mare.
Auſtriacus fluvius currit, liquor undat Iberus
Nil majus terra maxima labra bibent.

Vincentij Marinerij Valentini GENETHLIACON.

PRospera *ſtellanti Aurora ut jã concita currũ*
Rorantes rutilo ſibi lumine ſparſerat orbes
Et matutino fulgebat ſidere Titan.
Dum chorus aſtrorum lætantia jugera cœli
Iam radiis variata novis percurrerat ardens
Auſpiciis terras ditans cœleſtibus omnes
Nunc quando æterno tellus ſtetit omine felix
Et magno ſperabat opes ſub Principe Iberus
Æternas, numénque ſoli ſibi jure petebat.
Tunc ecce Auſtriaco ſurgit de viſcere Princeps
Inſpicit & lætas divini luminis auras
Et latum propriis proſpectat viribus orbem
Incipit & felix totum ſibi ducere Martem.
In viridem palmam victricia commovet arma
Et chalybis varios ferventis conflat honores.
Et gentes telis ſubdit vibrantibus ipſas,
In galeam, & ſcutum Vulcania robora pellit
Accenſiſq; quatit ferrum fornacibus atrox
Fulmineiſq; premit flammantes cenſibus ignes
Pilaq; ſublimi Mavortia forcipe verſat
Eximioſq; uno clypeos ſibi comprimit ictu.

Victriciq; parat sibi tela horrentia palma
Et furit in sævos tanti vis Principis hostes
Cujus & immensum jam terras commovet omen
Cujus & æterno jam fulget sidere cœlum.
Oceaniq; stupent nimium vaga compita summi
Nereos & vitreum jam jam sibi subditur antrum
Et tanto horrescunt quoque spumea Principe prata
In nebulas belli exoritur tantum æthere fulmen.
Hispane terret quod cunctas nomine gentes
Grandibus & Martis rigat imbribus omnia sævi
Obruit & multo trepidantia pectora fluctu
Extinguitque faces gladij quæ viribus ardent
Nec patitur valido bellum dare labra latratu
Adversum, ut torquet sua maxima Cerberus ora.
Bellonaq; manus proprio tenet undique vinclo
Romuleasq; Aquilas sacro premit omine magnas
Dat sibi Cæsareo totum quoque pectore mundum
Undique victoris jam surgit nomine felix
Nil sibi terra videt quod non huic territa subdat
Et dum lætatur nascentis honore triumphi
Vincentis sperat divina trophæa vicissim.
Et pariter tanto tellus Duce percita gaudet
Et quibus horrebat dimittit ubique tumultus.
Nec pavido tandem consistit concita campo
Sed segetes facili componit ab ubere Martis
Qui jam fertilibus se miscet ubique trophæis
Signaq; supremo protendit in aëra jure
Cuncta premit, cunctósque fugat Mavorte superbos
Terrarum strepitus, tuto silet undique ferro
Et tanti jam cuncta movet sub Principis aura
Et sese toto jam sperat tollere cœlo
Aurea & invicto sibi cernere sæcula motu.

Et nihil

Et nihil adversum fortunæ noscere casu.
Nascitur ecce puer, naturæ at viribus ingens
Terrarum numen, majestasq́ ipsa potentum.
Aura virûm, Mavórsq́ Ducum, Cæsarq́ furentum.
Fama armis, morúmque jubar, decus omnéque sæclo
Virtutis munimen ovans, legi ordo supremus
Relligionis honos, Christi Dux inclytus alti
Et magnus terræ Princeps, stupor ipse Tridentis
Lux Sophiæ, quoque juris apex, & gloria rerum.
Calliope jam surge quidem, cave, persona & aude
Ore tubam famæ flanti perfringere dulcem.
Concute & æthereos verbis resonantibus orbes
Atque ipsam Iovis aulam intra cantúque sonoq́
Et nati defer per sidera clara decorem.
Austriacumq́ jubar Titani impone micanti
Quo crescat, quo auctusq́ suum ferat æthere currum.
Atque novo radios Hispano fulmine gestet.
Lumine majores, jubaris splendore coruscos
Et generis sacri flammantibus ignibus auctos
Quos in humum fundatq́ graves, totumq́ per axem
Devehat astriferum, forment qui protinus astra
Flammiferis facibus toto splendentia cœlo
Hæc nunc Musa refer, si hæc jam potes ipsa referre
Vox tibi si ipsa satis, tua si tibi guttura substant
Et tot sufficiunt cantu resonare potenti
Quot Princeps modo natus habet cœlestia dona
Et quot naturæ dotes desumpsit ab ortu.
Quot dabit ipse orbi divino numine lucra
Quot sacro ducétque sinu sibi sidera clausa.
Quæ in fidei fundat lumen, quæ in pondus & æqui
Ostentet, claroq́ illud quoque complicet igne
Iustitiæ in rutilum compellat denique vultum.

Hæc cantu dicenda tibi, si dulcia cantu
Cuncta tibi hæc poterunt pariter deducere dulci
Audebis fortasse sacris hæc ferre tabellis
Rumpere & æterno jam muta silentia bombo
Et facili resonare tuba, flatúque sonanti
Et removere polos, terraéq; agitare recessus
Parnassi & sylvas cantanti impellere voce
Et fontem alatus quem terris protulit unguis
Pendenti incutere hic strepitu, molliq; susurro
Per bibulas semper nimium deducere arenas
Flectere mellitum per cantus jura liquorem
Et labris suavem torquere sonantibus undam
Audax Musa canes, si tot canis ipsa suprema
Quæ vix tota capit telluris machina summæ.
Principis in tanti quæ condita pectore substant
Quæ Austriacam stirpem referunt nascentis in aura
Quæ cœli augurio natum dant orbe supremum
Sanguinis & præbent cœlestia jura superbi
Qui tot sceptra regit, totam qui pondere terram
Equat, & sacris semper moderatur habenis
Qui summi petit antra poli, genus atque deorum
Incutit & sese nimium permiscet in illis
Qui tanta quoque prole micent, quot sidera cœlum
Continet, & frondes quot tellus arbore condit.
Præcipue atque isto, qui Princeps nascitur ingens
Ut frons divinæ splendescens arboris altus
Ex qua fructifero stant pendula sceptra lacerto.
Quæ & fessis umbram, quæ & cunctis commoda præbet
Cœlica, quæ vario telluris honore resurgit.
Hæc soboles magni surgit modo nata PHILIPPI
Quam nimium miratur humus, quamq; astra stupescunt
Quam colit & pressus devictis viribus hostis

Quam vereatur honor, sibi quam fortuna resumat
Et quam nobilitas in stirpis honore reponat.
Hic puer æternas secum vehit undique flammas
Insplendet quibus unus adhuc oculosq; refringit
Agminis hostilis, cæca & caligine turbat
Livorem invidiæ, jubet & pallescere semper.
Nec patitur lucis divinum cernere munus
Quod per cuncta Asiæ diffundit jugera magnæ
Quod Libyæ in tractus flammanti discutit igne,
Europæ quo tecta movet, montésque perurit
Et quod distentis assumit Americá campis
Et quod felici Phaëthon quoque lampade ducit
Et quod sidereum exoptat retinere cacumen,
Et quod perquirit toto vis Martia mundo
Quo niteat, quo bella domet, quo comprimat arma
Et quo pugnaces protendat in omnia vires.
Secula prolapsis sibi terra dolebat in annis
Non tribuisse Ducem, qui illis extolleret orbem
Nec venisse virum membris vir qui omnibus esset
Prælia qui justo constaret maxima Marte
Pelleret & merito confusos jure rebelles
Et pacis fundaret opes, opus ipseq; legum.
Conderet eximium, quo vel tranquilla maneret
Justitiæ facies, cunctis formosior una.
Extitit at Cæsar Romana per arva supremus.
Qui terræ varios tractus, partésque subegit
Ensibus & pressit ponti vada spumea sævis
Subdidit atque armis diros flammantibus hostes
Romuleum nomen per cœli sidera fixit.
Cæsareumq; jubar telluris in arcibus addit
Mavortiq; manus per tela horrentia fudit
Magna sciditq; animo, supremaq; condidit armis

Altaque suscepit fastigia scandere rerum
Quæ Martis subiit nimium volitantibus alis
Queis tenues venti flatus concusserat ipsos.
Atque agitavit atrox furibundo cuncta volatu
Atria quæ toto sibi continet Æolus orbe
Ascendit robustius item per culmina terræ
Tarpeiaq; apicem pede conculcavit acerbo
Et domuit lucos umbrosis fortius antris
Impete consurgens per saxa virentia sylvæ
Extitit & Macedo Princeps qui terruit orbem
Ejus qui in faciè siluit, totusq; subactus
Paruit, atque uno sub jussu constitit illi
Hic proles pariter magni est enata PHILIPPI
Græcis qui in cœlos se montibus extulit altos
Terrarum & petiit multo vaga compita Marte
Oceaniq; patris diro terit æquora ferro
Spumiferis indit victricia fluctibus arma
Et clausit valido surgentia robora telo
Extitit immensis Pompeius magnus in armis
Eximius bello, multis clarusq; triumphis
Affulsit terris armatus Scipio fulmen.
Terruit & Libyæ tractus Marte Appius ingens
Marcellus belli tonitru strepitúq; dedítque
Æacides, Mavortis agit ferientia pila
Claruit & famæ divino munere Gracchus
Sed doluit terris nondum venisse per illam
Qui premeret belli durissima vincula sævi
Qui pacis deferret opes, qui legis honorem
Spargeret, & sacris cunctos pervinceret armis
Carolea de stirpe fluit qui maxima præstet
Munera justitiæ, qui gesta patrétque suprema
Pacato cui terra ferat sua pondera mundo

Quem

Quem virtus noscatq; pium, vereatur & altum
Et cui cedat apex rerum, quem nomine summum
Et ferat, & servet, nimioq; reducat honore
Hic est nempe puer sacro quem pectore fudit
Austriacus campus, qui tot gerit undique glebas
Divinis tumidas Ducibus, sceptrisq; potentes
Quæ terræ complent frondentia Regibus arva
Quæ juris moderamen habent, quæ sacra ministrant
Munera virtutum, cunctorum quæ arma coërcent
Viribus & quorum totus compescitur orbis
Nunc nascente quidem tanto sub Principe gaudet
Non dolet ut doluit Martis caruisse lacertis
Nam tenet, optavit quidquid sibi denique summum
Quidq; optare potest, & quidquid ducere possit
Eximium, eximium si quid possederat ipsa
Possidet ipsa modò, modò nam sibi continet omne
Quod magnum, quodq; acre subest, quod perstat & ingens
Et quod supremis superat summa omnia donis
Et quod nobilibus perfundit fascibus orbem.
Et quidquid natura potest dare grandius orbi
Hoc puero nascente tenet, retinetq; vicissim.
Atque immortali secum servabit honore
Hic puer est etenim rerum certissima summa
Principium, & finis rerum, spesq; altera terræ
Gentibus & cunctis ad maxima quæq; columna
Nunc qui Atlantiacis perfulciet ardua membris
Pondera terrarum, summo & caput inseret axi
Et totum elato sustollet vertice Olympum.
Regna orbis sub jure suo modò temperat ipsa
Omnia corde petit, proprio & tenet omnia corde
Et quasi sub domini sibi legibus omnia torquet
Omniaq; immenso deflectit maxima sceptro

Et si regna suo semper sunt fulta sub axe
Sub quo volvuntur, sub quo fundamina sumunt
Et quidquid possunt, possúntque movéntque sub illo:
Hic puer axis erit mundi sine fine rotantis
Imperio tanti sceptri,& sub robore tanto
Quod membris summum nimium gerit ipse pusillis
Artubus & totis latis dominantibus efflat
Et quod vel pelagi rapidas protendit in undas
Sidera Phœbei detorquet in aurea claustri
In cunctosq; movet,terras quoque concutit illo
Si regnis caput esse solet magnúmquo poténsque
Quo spirant, animæq; tenent vivacia jura
Quo & majestatis sustentant pondera magnæ
Hic puer ipse caput cunctis erit undique regnis
In quæ jure caput flectit,quæ & lege capessit
Possidet & sceptre, auspiciis quoque continet altis
Quæ regit & multo Mavortis nomine subdit
Nascitur ecce potens ut latè cuncta gubernet
Cunctáque divino nimium moderetur honore:
Nec terræ linquet sibi quæ sunt regna profusa
Quæ non perpetuo sceptri regat ordine semper
Et quæ non multo juris sibi numine tangat.
Hic populos ducet pace insplendente beatos
Tranquilliq; dabit felicia munera sæcli;
Non muris,non Marte premet,sed pace benigna
Omnia convolvet, versabitq; omnia felix
Omnia pacifico solidabit maxima saxo
Quod non adversis dirumpat flatibus ævum
Quod non hostili fortuna intorqueat hasta
Quod non Herculeus diffundat in orbe lacertus.
Nascitur in magnos puer hic mundi undique casus
Ad quæq; egregia, & quæq; immortalia jura

In quæ

In quæ fertur ovans, præcépsque movetur in illa
Proclivi quæ sæpe subit sibi pectore cuncta
Viribus & nunquam violentis illa capeßit
Namq; ut regnorum firmo status extat in axe
Sic hoc regna quidem stabunt quoque Principe firma
Et stabili assurgent per cuncta potentia sceptro.
Atque ut magnetis vis ferrum provocat atrox
In seséq; trahit, divino & robore cogit.
Sic etiam Austriacus sibi regna reflectit ubique
Hic puer, & proprio tanquam spiramine ducit
Ad seséque movet, sibi subdit, adítque, tenétque,
Et regnis parat omne jubar, quod nobile cunctis
Ipse parit, summúmque fovet, magnúmque reponit
Aßiduo & gestat, jubaris velut ignea lampas
Quæ sceptri commota rotis volat æthera totum.
Et lati inspectat curvamina maxima mundi
Et cunctis flammas, dátque aurea sidera regnis
Luce sua ut vigeant, utq; ignibus ipsa perurant.
Arma trucis Martis, cogántque vibrantia pila
Legibus & regni legum dominatibus addant
Juréque devincant, & toto robore conflent
Et pariter semper subsint diuturna per orbem:
Et sic perpetuo referant sua jura favore
Et firmata nimis sceptro, & stabilita potenti
Et sacrò munita viro, quo terra tremiscit
Quo jus splendescit, quo claret & ipsa corona
Laurea & assumit, nimiúmque virentia jura.
Monstrat iter facilem ad rerum fastigia gressum
Et via quæ substat certâ patet omnibus arte
Sic itur per summa quidem, & salebrosa per antra
Et via saxosos cumulos ostentat & atros.
Quos fugiat, linquátque simul celer ipse viator

Et faciles intret calles, gressusq; refigat.
Tutos, illæso currat pede cuncta vicißim
Semper inoffenso tendens in maxima passu
Semita tota potest quæsitam ostendere metam
Ducere & ad finem, ad quem qui se denique flectit
Per pelagiq; vias spumas vitare sonantes
Et fluctu scopulos, & saxa latentia diro
Luce micante fugit, lucisq; nitore relinquit
Navita præcipiti dum se rate torquet in illa
Hæc via nunc mundo natant ad culmina rerum
Ad quæ apicem virtutis item, adq; extrema triumphi
Per quam itur, facilemq; gradum quis collocat ipsum
Audaciq; petit, quidquid petit undique motu.
Absque metu graditur vel si cæcutiat ipse
Nam Duce sub tanto nihil est quod lædere poßit
Nil quod forte pedes gradientis comprimat atrox,
Nilq; nocens quod læsa premat vestigia cuivis
Princeps monstrat iter quo quis se flectat ad alta
Ad quæ natus adest, ad quæ se misit in orbem.
Ad quæ nempe venit cunctis ut præbeat ipsa
Hæc via magnarum est cunctis tutißima rerum
Hic lex est culmen qua quis se flectit ad omne
Hic erit & regni norma, & præstantia sceptri
Hic & iter certi præbebit ubique triumphi
Et facilem ducet per summa cacumina gressum
Nam quo majus habet regni sub jure cacumen
Tanto etiam melius cunctis se præstat habendum.
Ad decoris nomen, quo maxima, quæq; refulgent
Omnibus & facilem præbebit greßibus arcem
Ad quam fortè volat, nam Principe fortè volabit
Qui pennas Mavortis habet, quibus aëra torquet
Et quibus æternos statuit sub jure triumphos

Utq; via est cunctis ad præstantissima quæq;
Sic illo suprema tenet sibi quisque viator
Sic surgit, sic calcat ovans graditúrque potenter
Nobilitatis iter cunctis sine fine paratur;
Cunctis semper adest tuto via certa trophæo.
Non scopulos petet ipse truces vel si æquora tranat
Non salebras, non saxa teret, si montibus instat
Non caveis cedet, lacubus non mersus obibit
Non lapidis pertinget onus, non spinea sensu
Atrio sublæso percurret, noxia linquet.
Undique & effugiet lædentia saxa viarum
Si sequitur tanti fulgentes Principis ignes
Qui freta commonstrant fluctu feruentia cæco
Quiq; viam præbent facilem, nulliq; sub umbris
Delegit atque anguis suprema venena latentis
Et digito extenso certi dat signa favoris
Et quasi voce vocat facili ad sublimia quemque
Austriaco movet ipse loco quemcunque vocabit
Ad virtutis iter cunctos revocabit amœnum
Corda feret per tuta viæ vestigia semper
Et regni ostendet lætissima sceptra potentis
Quæ mundus nimio semper miretur honore
Quæ gens quæque colat, quæ vel fortuna stupescat.
Quæ proprio Phoëthon lustrāt sublimia curru.
Et quæ naturæ vis maxima tota perornet
Namq; ornare potest solum natura suprema
Et quæ Principibus subsunt sublimia magnis
Principis & nati quæ possunt tollere numen.
Omen & æterno per cœlos ducere fato
Augurio & sacro rutilantibus addere flammis
Iam quibus Austriacum latè jubar ipse refundit.
Ut nub egreditur fulmen, tonitruq; remugit

Et cœli strepitat penitus per concava magni
Curvatóque ignis tunc splendet in æthere flexu
Et subito ardescit per nubem fulgure densam
Igniferum & format per nubila maxima cornu
Tegmina dissolvens tunc toto umbrantia mundo
Ecce furit disjecta polo flamma excita sacro
Incutit atque metum in pavitentia pectora plebis
Atque minis tunc dira strepit ferventibus alti
Et quasi per terras ignescere fervida cunctas
Ejecto spondet motu, quassúque tonanti
Atque ignes miscet fumantes imbribus ipsis
Atque ubi labenti pars roscida liquitur unda
Stillanti tonat unda ictu, flammáque refulget
Vallibus, & sylvis vires tunc montis inundat
Collibus obtectus summæ caput irrigat arcis
Obruit & collo tunc culmen verticis arcto
Et multo tunc terra madet saturata liquore
Et fluvio currente riget, nimiúmque rigatur
Totaq; nubifero dispergitur undique fonte
Sic salit ex utero Austriaca de stirpe resultans
Ut fulmen Princeps toto tonat orbe profusus,
Fulgurat & radiis generis, Martísque favillis
Fulminis atque instar terram tremescecit ubique
Et quâ nocte horret belli face promicat acta
Omnia lucifero quatiens sub fulmine tecta.
Atque imbres belli spargens pugnacibus armis
Sylvarum obtundit tractus, montésque virentes
Effusis radiis Mavortis concutit acris
Et jam sparsuro tela horrida Marte furescit
Cunctáque fulmineo nunc incipit urere telo
Et rapido exsurgit vincentis pondere belli
Nam tonitru ut rupit Mavortia viscera magno

Terra hæsit, Titánque stetit, Márſque ipſe latravit
Et populus tanto concuſſus fulmine ceſſit,
Ducit Iberiacos membris horrentibus ignes
Gallica permiſcens effuſis fulmina flammis
Et generis vires gemino vehit imbre fluente
Quo rigat obrector telluris protinus orbes
Quo madefecit item Europæ latè atria magna
Auxit & ingentis ſpumantia flumina ponti
Littoráque undivago tranſire coëgit ab imbre
Cunctáque vaſtanti quaſi territat undique quaſſu
Et jam Mavortis dat præſcia ſigna futuri
Iure ſubacturus lati vaga jugera mundi
Et per conatus ſparſurus tela potentum.
Fulminis hoc munus miſſo terrore peregit
Hoſtes dum cæca vaſtat formidine diros
Injicit inq; illos tonitru Mavorte fureſcens
Quod ſtrepitat quaſſu per terras ſemper iniquo
Flatu & dirumpit belli arma horrentia ſorti
Et jam pacis opes armis fert ipſe fugatis
Et ſedem firmi præbet tutaminis altam
Qua ſedet & terris jura aurea & ignea confert
Fracturus fraudis vehementia retia diræ
Belláque rupturus divinis imbribus æqui
Perfundit jam cuncta ſuo loca maximus imbre
Et quaſi ſub pluviis nimbo currentibus alto
Cuncta rigat, cunctíſque offert vitalia dona
Fulminis ut profert ignita tonitrua ſævi
Quo nituit, quo jura dedit terrentis, & atra
Flamma, venturas compeſcens fulgure nubes
Et nullo cogens illas ſpiſſeſcere fumo
Halantes pariter nec ſumere poſſe vapores
Velo nec denſo tandem turbare fluentum

Agmine sublati terrarum ex valle madoris
Atque vaporifero circundare inania velo.
Et miscere truci tenues densamine campos
Et velat umbranti protendi tegmine cœlum
Et quoque nubifero fundi velamine sidus.
Dum tellus radiis bellantis Martis iniquis
Horrebat nimium, requies nec quæque dabatur.
Cessantis nec jura boni bonus ipse videbat
Fervida sed duro horrescebant tela furore
Atque Dionæus terras vastabat adulter
Tunc finem imponat fessis ut rebus amatum
Exsiluit Princeps veluti globus igne refusus
Exploso qui ex ære tonat, validóque sub ictu.
Incutit aëreos flammanti sulfure campos
Pulveris atque atri tonitru quatit æthera totum
Ferventi & stridet per venti tegmina plumbo
Evolat & nimium rapido secat obvia quassu.
Et gressu stridente furit, scindítque volantes
Æolios flatus, accendítque aëre flammam.
Fervidus erumpit latè, quassúque strepente
Irruit & cæco grassatur denique motu.
Et calido liquit tunc ære trementia membra
Ignito nimium fumantia pulvere cuncta:
Non aliter Princeps ad prælia dira renatus
Dum Mavors variis pugnax incursibus horret
Dum ferrum peracuta acie, contóque cruento
Sanguineos petit omne sinus, furit indeq; fervens
Immanes conflans vindictæ ubicunque tumultus
Tunc, tunc ad requiem, pacísque ad jura micantis
Egreditur, terræq; videt spatia inclyta magnæ
Vt globus ignifero compulsus ab impete sævus
Vastet ut obductos belli Martísque furores

Diruat

Diruat átque dolos quos nectunt pondera ferri
Evertátque truces Bellonæ deinde lacertos
Nec sinat urgentes rerum subrepere casus
Et quatiat mundi molem, gladióque secundo
Cuncta premat, si cuncta premi jam Principe possunt
Ecce satis stridente sinu, movet aëra fervens
Exploso are tonat naturæ, quo exsilit ardens
Sulfureo generis dimotus pulvere magni
Vt globus erumpit, terrasq; invadit ubique
Nomine jam terrens, jam vastans numine cunctos
Et tonitru famæ summi quatit atria Olympi
Flammantíque ictu terrarum comprimit arces
Ecce furit, quassúque domat, cursúque fatigat
Obvia quæq; premens, intacta & nulla relinquit
Hispanóque tonat telluris in antra boatu.
Quáque vel Æthiopum tractus non audit Iberum
Arrepto cogit cunctos Mavorte timere
Principis atque animo victos parere potenti
Cervicémque jugo pariter nodare superbam.
Obsequio & cæcum penitus deflectere collum
Hinc jam summa quies tanto sub Principe perstat
Hícque dies lætus vivacia sæcula noscit.
Jam, jam bella tacent, jam discunt vincere Iberi
Atque globo tanto tormentum explodere Martis
Et bellis pariter lethalia pellere tela
Et pacis decorare domum, firmare quietis
Antra, nec obduci permittant squalida cæco
Æra situ, fervétque acies, acuítque furentes
Marte manus, ferróque movet pugnantia membra
Iam nunc fausta micant quæcunq; micantia substant
Cuncta favore novo surgúntque, paténtque, feréntque
Principis & nati desumunt omina læta

Et sic ad magna parant ad tempora magna feruntur
Feliciique gradu felicia cuncta patescunt
Nam dum Phœbus agit splendentia dona diei
Nox fugit, & lucis radiantia munera regnant
Et nullis stat cæca minis umbra invia terris
Caligóque petit Plutonis dira cavernis
Et stygios adit illa lacus, linquitq; nitentes
Terrarum sedes, quas Princeps lumine lustrat
Evehit & proprio per cœlos omine claros.
Lumina tranabant cœli Titania partem
Qua rutilus fulget complexus Scorpius astris
Vis cœli divina quidem rorante cadebat
Imbre poli, spargénsque solum fundebat honores
Astrææ post terga dabat sua lumina Phœbus
Semiferi præceps spectabat & ipse pharetram.
Aureus astriferis bellis quàm balteus arctat
Ignita & complet velox sub cuspide fagus
Alatoq; ornat nimium quoque caule volanti
Tunc Phaëthon currebat ovans sua sidera lustrans
Et laxis flectebat equos per culmina habenis
Siderei montis per quæ jam pectore anhelo
Sub matutino surgebant rore jugali
Auratis Phœbus cincinnis cœperat ortum
Et jam purpureos fundebat in æthera cirros
Aurum quos cingit divino plexile nodo
Muricis & succo cœlestis tinxerat ostrum
Tunc roseo vultum ostentabat in aëre curru
Quem tellus spectare nequit quia lumina magna
Non humana potest vis ullo cernere pacto
Surgebat gaudens soboles tunc Memnonis alti
Indutus radiis, quos tunc color imbuit ingens
Puniceus pallente croco, simul inde rubente

Ostro, purpureis madefacto ex sidere guttis
Et niveo inspersas tunc Sol candore refudit
Aëre sudanti tellus madefacta fluebat
Obliquo accipiens Phaëthontis munera vultu
Et gremio injiciens rorantia dona sacrato,
Et rutilo complens nimium sua pectora Phœbo
Mercurij aspectum Solis dabat aurea lampas
Atque donum Cypriæ ingressu tentabat adire
Sub pedibus charitum Chelásque reliquit acerbas
Atque gradu celeri Martis vim compulit acrem
In quadrum aspiciens formabat in axe choream
Astriferam, objiciens telluris sidera campis
Hermetis lux alma micans dedit aurea sæcli
Principia æterni in sceptri fundamina magni
Tunc etenim Tegees nimium regnabat alumnus
Divino eloquium inspiramine fudit opimum
Mella & apum labris cœlesti nectare ponit
Quæ florum foliis sumpsere madentibus astris
Atque hæc sugebant ut sacris illa labellis
Insererent, quæ solo darent tunc dulcia mundo
Nec liquit suprema suo dare jure Dione
Lampadis & radiis Phœbeum miscuit ostrum
Atque ut diffudit Cyprij tunc roris amœni
Plena venustatum pulcherrima munera abunde
Tunc galeatus enim Mavors horrebat in axe
Vibranti stabat per cœli jugera telo
Ore vomens ignes, oculis flammasq; premebat
Bella minis atque arma manu, ferrúmque lacertis
Ostentabat atrox lateri nascentis adactus
Principis & teneros firmabat viribus artus
Occultis robur nimium dabat ille medullis
Et Nemeea potens nectebat in artubus ossa.

Herculeum pondus sacris infudit in armis
Æacidæq; hastam fecit constringere pugno
Vibranti & statuit terras contundere nervo
Et forti Pallas puerum stetit ægide circum
Et clypeata suo promisit pectora jure
Et dextram ostendit, vires spiravit Olympi
Nascenti & propius totam Iovis intulit arcem
Et divina simul permisit tradere tela
Hoc cœlum aspectu nascentem cepit in orbe
Immortali illi palmæ primordia fato
Contulit & sacri cœlestia stemmata doni
Ridebat viridi tectus sub fornice campus
Dum maduit cœli labentibus imbribus alti
Suscepítque anni felicis semina magni
Amne latex strepitabat ovans ripasq; soluto
Flumine præteriens messis dabat inclyta glebis
Munera, venturi spondentia commoda sæcli
Et variis fluit unda strepens, stridénsque lapillis
Quos nitido condit sibi Mauzanarius amne
Et Nymphis, quas ipse colit tunc tradidit ipse
Humida Hamadryadum stagnantia claustra sonantum
Arboreo cinctus sinuosa per atria cultu.
Et roseis fragrans per totam frondibus auram
Mantua divino quam felix ebibit ore
Et qua respirat, sæpè & felicius halat:
Insonuit cœlum dum matutina micabant
Munera rorantis Phœbæo lumine currus
Principis eduxit præstantia pectora nati
Felici ostendens splendentia membra nitore
Quæ sibi composuit formis ISABELLA *supremis*
Gloria Gallorum, Hispanorum & gloria felix
Una virum, dedit una Ducem, qui Marte secundo

Prælia perſtringet, terras premet ipſe ſubactas
Imperio & ſubdet quidquid tenet orbis, Ibero
Et ſceptro adjunget magno quæ robora condit
India ut aurifero flavet ditiſsima campo
Et fulvo dum tecta rubet quoque magna metallo
Quod creat Hiſpano magno qui jam imperat orbi
In mundum & ſpargit dum condidit illud Iberus
Et Domini ſibi jura tenet, titulúmque viciſsim
Ut natus fuit orbe puer, terra ipſa tremiſcit
Pondere preſſa ſuo, ſenſitq; potentia membra
Et ceſsit ſubito, nec ſe ſatis eſſe fatetur
Principis auſpiciis, cœli quibus appetit aulam.
Sidereum & tectum pede quod ſibi conteret alto
Naſcitur eximius ſumma de ſtirpe refulgens
Tanta puerperio deſultant gaudia tanto
Et nati totus miratur Principis orbis
Robora, quæ regno ſurgunt felicia magno
Et vincunt pariter terræ ut Mavortia molem
Hic erit immenſis qui ſubſit major ubique
Hic primus, primaſque feret ſine limite partes
Regis & æternos ſemper deſumet honores
Regibus exortus magnis ſibi Regia condit
Sceptra quidem quæ Marte queant ſuperare feroci
Et quidquid ſibi terra tegit depromere felix
Regis & arbitrio in proprium diſponere ſceptrum
Hæc erit ars tanti jam ſemper Principis una
Pace frui, paciſq; decus dare nobile terris
Præteritos ſuperare Duces, ſuperare futuros
Et ſimili præſens Mavortis jure carere
Qui Auſtriacum jubar ore vehit, quod vincere neſcit
Terra potens, ſi terra potens huic dicitur ipſa
Huic niſi perſiſtat tandem commiſſa poteſtas

Atque illo teneat quidquid tenet illa supremum
Nam suprema dabit qui est sic supremus, & ingens
Quo tumet omne decus, gemino & duplicatur honore
Quo crescit virtutis honos, quo augetur opimus
Sæpe locus rerum, sumitáque sedilia summa
Magnifici juris tanto si Principe gaudet
Quo ventura micant jam nobis sæcula cunctis
Et nascentis habent exordia Principis alta
Ut felix stat Sole dies sine nube refulgens
Et nullus tenuem densat vapor aëra motus
Nec patet obducto cœlum velamine opacum
Sed rutilo spatia orbis habent Phaëthonte decorem
Et claro incedit gressu lux alma diei.
Proles ecce oritur robusti magna Leonis
Qui Hispano horrescit per terras natus in orbe
Nec timet Æacidæ violentia membra potentis,
Nec rhopali ærati sibi pertimet arma cruenta
Nec validos horrore gravi pavet ipsa lacertos
Per sylvas maculosam horret neque Tigrida densas
Ursi non ungues tandem ferus horret aduncos
Impiger insurgit prædæ fugientis in escam
Intrepido quoque corde furit, nimis ingruit audax
Cuncta rapit, per cuncta horret, domat undique cuncta
Invicto invictus persistit pectore semper
Et sævis totum turbat rugitibus orbem
Oréque victores longè depellit hianti
Faucibus & flammas efflat sub dente voraci
Hic Leo produxit catulum similémque gravémque
Qui tenero nunc ungue capit jam pondera terræ
Incipit & luco prædam sibi quærere denso
Horrida terribili vultu petit antra ferarum,
Et crassis sua colla jubis ferventia vestit

Stirpe satis magna generoso & corde resultat
Atque refert gravium naturæ jura parentum.
Sanguinis & rabiem vel solo nomine ducit
Quo jam supremo in cunctos Mavorte superbit
Quo subit alta furens terræ fastigia latæ.
Quo temnit fera tela Ducum, quæ disjicit ore
Mortifero & pariter penitus terit omnia morsu
Audaci & graditur sylvosa per atria corde
Nec retro sua fixa pedum vestigia vertit.
Nec vultum in tergum novit convertere magnum
Nec potuit sævo terreri, angive tumultu
Cuncta Leonis habet, pectúsque, sinúsque, manusq;
Atque Leonino terras petit ipse furore
Alcæa feriente latus rabiem induit atram
Hostem nec patitur validis insurgere membris
Et quâ sylva rubis potius frondentibus horret
Dumosos saltus molitur adire furentes.
Indagatq; feram, sævis trahit unguibus illam.
Seu cornu petat illa hostem, seu dente minaci
Ungue vel ardenti contraria robora calcat.
Sic Leo nempe salit patrium linquitq; cubile
Egrediturq; furens, cunctosq; rapacibus urget
Dentibus, & sylvæ sceptrum sibi suscipit omne
Horrenti rugit totam stridore per aulam.
Non fletus, non ora fames turbatq; premitq;
Nam quâ corde solet tacito petit ore volantem
Assiduis prædam pedibus, caveisq; latentem.
Impetit & lucos, ramosaq; retia frangit.
Et laqueos spernit, nimium fera præterit arma
Grassatúrque animo, totum sibi circumit orbem,
Quam sceptro ascribit magno, quem viribus addit
Ipse suis, totumq; suis terit undique palmis

Effervet Mavors sed non deferbet in hostem
Arma ruunt, manus ipsa secat, domat impetus ardens
Attollit sese in cunctos, cunctósque refringit
Atque ubi ferventi circundatur ipse cohorte
Non segnis, non arma piger vocat ipse cruenta
Et pede consistens valido stat fortior ipse
Persistítque potens, expectatque agmina sævus
Et ruit intrepidus, gradibus properantibus instat;
Hinc jam, jámque illinc robustis volvitur armis
Invictóque sinu non verò suscipit actus
Sed sperat si forte queant sibi vulnera inesse
Quæ nequeunt tanto persistere pectore nulla.
Et tantum possunt nunquam pertingere pectus
Victor ovat, victórque manet, victórque vagatur
Quá sylvis illum comitatur turba Leonum
Et sociis ferventer adit vaga montis Iberi
Antra alti, saltusq; terit, lucosq; perurget
Et jam divinæ secum capit omina partis
Quæ patris gestat merito sub sanguine vires
Quæ stirpis suprema vehit sibi stemmata avita
Quæ generis numen divino nomine profert.
Naturæ vastam componunt germina molem
Iam viridi ramo, jam caulis honore fragrantis
Iam foliis spargunt pulchris faciem indeq; terræ
Hic rosa, & hic violæ, hic puro stat caltha vapore
Hic amaranthus adest, niveis stant lilia membris
Et quasi divino sic fragrat aromate campus
Hanc vim naturæ sequitur nunc Regia proles
Hanc stirpis sacræ divino imitatur odore
Dum postquam varios produxit in aëra flores
Qui illustrant mundum, cœli qui tecta perornant
Nunc ecce ut de caule salit rosa mira sacrato

Quæ nuper vultum foliis lætantibus offert
Purpureo & vinxit sua membra recentia velo
Atque aperit pulchrum gemmanti germine vultum
Et quasi frondenti nimium patet ore papilla
Exclusoq; patet sibi tegmine bacca repicta
Et terras nimium perfundit odore fragranti
Mavortisq; ornat pomaria sacra potentis
Quam quærunt divina Ducum viridaria semper
Et virtutis agris sibi suscipit inclytus hortus
Ut rosa pulchra salit stirpis puer insitus arte
Spinisq; armatur Martis quibus impetit hostes
Nec tangi patitur fuso nisi sæpe cruore
Fronde viret, ramoque viget, fulgétque colore
Et jam Mavortis ferventia purpurat arva
Et jam nobilium foliis tegit arma venustis
Et jam mirifico in terris quoque fragrat odore
Ut flos hic Princeps mundo producitur ipsi
Ex quo divinum sperat desumere fructum
Tam Martis, quam pacis ope, & florentis honoris
Quo se mundus alat, quo vitæ pabula sumat
Et quo perpetua famæ quoque voce fruatur
Hic flos naturæ ditat viridantia prata
Indorum peregrina quidem quoque germina vincit
Et quidquid fœcundus Arabs dat gramine opimo
Et quidquid Libyæ sacris frondescit in arvis
Quæq; per Hyblæos florescunt germina lucos
Et quæ Pæstanis fulgent florealia campis
Et quidquid dat Tybris aquis currentibus altum
Et quidquid magnum propriis dat fluctibus Ister
Omnia frondenti flos hic nunc pectore vincit
Germina naturæ, quæ summis dotibus olim
Florida mirificis fuderunt munera ramis

Vt flos parvus adest Princeps, qui frondibus heret
Caulis adhuc monstratq; parum sua membra per orbem
Quæ quando accrescunt foliis sub grandibus ampla
Obducent terras cunctas, cunctasq; vigenti
Fronde exornabunt, quam Mavors pascitur ipse
Et quam detondet sacris apis inclyta labris
Ut sua mella probet, quæ floris rore creavit
Hic flos ingentes Martis jam conteget hortos
Quem rigat ut Mavors, sic Mavors ducitur illo
Exoritur Mavortis enim de germine magno
Desilit armorum sacrâ nutritus ab esca
Et Regum de stirpe salit, qui jugera Martis
Semine fœcundant magno, glebasq; vicißim:
Perfringunt forti gestorum juris aratro
Hi tanti floris genitores denique substant
Nascitur his ramis tanto flos aureus arvo
Qui non marcescet, quem nullus deteret æstus,
Et quem immortali servabit Flora decore
Et quem Nympharum nutriet quoque cura sacrarum
Cujus & extollet fragrantia pectora tellus.
Iam majora canam, mihi tu modo concine Musa
Quæ poßim dare voce tua, cunctisq; referre
Dum te nostra vident toto modo carmina sensu
Vt quæ percipias quæ Princeps grandia spondet
Quæ quoque constituet suprema, potentia, summa
Quæ nulli tandem semper dabit ipse secunda
Quæ poterunt superare quidem majora virorum
Gesta, Ducumq; manus manibus constringere magnis
Hic etenim nunc natus adest ut maxima condat
Quæ stupeat Mavors, penitus quæ cuncta supremo
Sæpe peracta gradu nullo discrimine vincant
Calliope tu namq; potes dare tanta vicißim.

Princi-

Principis ut tanti regalia pectora cernũ
Vtq; ejus natura infers nitidißima dona
Stet quibus egregius, mundi ſubeatq; cacumen
Erigat & criſtas ſumma in faſtigia cœli
Tu ſolum namq; ejus habes ſacra omina menti
Augurio namq; ipſe tuo clamantia fama
Guttura ſæpe movet, lauro dare & incipit artem
Qua æternum vigeat ſectis ſplendentibus altè
Hic Princeps quoniam dum Martis robora torquet
Fama etiam ſub Marte tubam feret aëre totam.
Illamq; afflatu immortali ſæpe replebit.
Mirifico & ſonitu cœloq; ſoloq; tonabit,
Concutiet terras, aſtrorúmque impetet aulam.
Atque ſua de ſede quidem ſub pectore magno
Mavortem ejiciet, pedibusq; refundet adactum.
Ipſe ſuis, namq; ipſe ſuis tot viribus audet:
Iam, jam demonſtrat venturi robora ſceptri
Quo nova ſuſcipiet terrarum lucida regna
Adjungétque ſuis ſi quid tenet orbis opimum,
Quod nondum teneat, quod nondum viderit ore
Auſtriacum ignoret quod forſan nobile pondus
Si ignorare poteſt quidquam quod Sole pateſcit
Quæ radiisq; colent ejus curvamine mundi
Quem circundat enim ſceptri ſub numine totum
Quemq; ambit ſub jure ſuo, ſub viribus auget
Namq; augere poteſt quæ continet inclyta tellus
Principis alta manu, quæ ſeſe ad cuncta refundat
Et fermè hic toto conſtringit maxima pugno
Atria telluris, proprio quæ robore cogit
Iámque ſuo tremefecit enim ſub nomine mundum
Atque daturus adeſt victricia plebibus arma
Cuncta quibus ſuperent, ſi quid non ſubditur illi

Hic nempe existit sublimia ut inferat armis
Munera victrici quæ perstent undique voce
Quæ terrere queant vel corda domantia terræ
Quæq; premant suprema Ducum tela alta potentum
Et quæ constituant sublimia jura per orbem.
Hic solus poterit, quæ vix potuêre vicissim
Cuncti orbis Reges, nam Rex erit iste supremus
Qui cunctos subigat, qui vel profliget & omnes
Ejus ut auspicium est jam regna hic cuncta domabit
Comprimet, evertet, superabit, adibit, habebit.
Atque unus cunctis semper fortissimus ipse
Sufficiet quoque jure suo retinebit & acri
Utq; ejus sunt magna quidem primordia cuncta
Insurget validas vires cum conferet ætas
Atque Gigantæo se tollet in æthera collo
Atque humeris totum jam sustentabit Olympum
Tellurisq; antris sese validissimus indet.
Ejicietque hostes trepidos vel more ferarum
Inq; fugam vertet, famam dabit altus Ibero
Cujus habet sceptrum, cujus moderatur & arma
Cui natus, cuiq; aptus adest, cui denique substat.
Ejus ut attollat per sidera cuncta decorem:
Et terris cunctis decoris det jura mirantis
Quæ nitido de corde effert, cunctisq; ministrat
Ut dare cuncta potest quæ sunt sublimia cunctis.
Naturæ rapuit quæ lucida furta Prometheus
Ignem ut distribuit clarum mortalibus ipsis
Quo spirant, viviintque simul, quoque aptius halant
Et quo immortalem condunt sub pectore vivo
Cuncti animam, quæ vita subest dum permanet ipsa
Excutitur silicis venis ferri acriter ictu
Et quassu apparet, nitidus fulgetque per auras

Ignis

Ignis fulgenti toto datus orbe favilla
Ferriq; occultam facit ictu surgere flammam,
Et validos ad vitæ usum dat habere vigores.
Quo motus faciles sibi membra rigentia sumunt.
Haud secus hic Princeps totum salit actus in orbem
Scintilla ut flammæ Austriacæ quæ Martis ab ictu
Exsilit ex silicis divino robore Galli
Et quasi jam terras urit, penitúsque calenti
Spiritu hic ipse fovet, vivo & movet undique sensu.
Nec mirum flammæ rutilantia sumere dona
Qui lucis simul omen habet sub nomine Lucæ
Quo claret, quo clara refert quoque munera lucis
Atque insplendenti semper fovet omnia Phœbo
Sic etenim excutitur Martis de viscere Princeps
Sic salit, atque ortu surgit feliciter orbi
Sic & terrarum totas sibi continet arces
Cujus adumbrantur sublimia culmina fumo
Flammæ surgentis qui dat super antra vaporem
Telluris validi qui condit nubila Martis
Et denso cœlum bellorum tegmine velut
Ignis habet nam jura quidem suprema potentis
Fulmineis qui bella quatit nimis ensibus ipsa
Qui ferit ignivomo terras mucrone rebelles
Qui flammanti agitat tenentia robora motu.
Qui premit ardenti fugientia terga lacerto
Qui & scintillanti tellurem lumine stringit
Atque oculos Martis cæcat ferventius igne
Et rapit egelidos telis terrentibus hostes
Frigora dira metus Mavortis discutit igne
Inq; metum rigidum flammantes commovet auras
Ignis & officio fasces comburit iniquos
Quos segetum cumulo telorum bella ligarunt

Quos peperit quoque terra furens bellacibus arvis
Pabula & hic semper Mavortis concoquit ignis
Vt crudos superat bellorum robore casus
Effunditq́ꝫ potens validas ad maxima vires
Austriaco & terras turbat splendore rigentes
Quo sese subdant, quo submittantur & illi
Quo ruat acre nemus telis glaciantibus horrens
Hostilis montis Mavortis jure tumentis
Efferus insplendet, radiisque perurit obortis
Quidquid frigoribus toto riget acribus orbe
Zodiaci hic ignis Martis vaga jugera lustrat
Et totam proprio circundat lumina zonam
Ex qua dimittit calidos per cuncta furores
Qui certaminibus terras agitantibus ardent
Ardenti qui Marte furunt, quique acribus urgent
Iam nimium flammis queis mundi accenditur aura
Ignis enim sibi munus habet qui confovet orbem,
Qui & sceptro gestat magno, qui & nomine munit.
Austriaco, & sacro tenet undique jure PHILIPPI
Hic etenim Princeps Martis ceu filius ignis
Obscurum patitur terras nihil esse per ipsas
Quas ipse illustrat, quas lustrat lampade Martis
Quas subdit ferro flammanti, atque ære furenti
Et quas sceptrigero nimium sibi jure reponit
Sumit enim tellus tantæ spiramina flammæ
Hic vivit, vivetque diu, spirabit in ævum.
Vel dum spirabunt Mavortia corda sub illo
Vel dum Phœbus aget radiantes lumine currus
Et dum natura procedent semine cuncta
Non etenim tempus jam tantos finiet ignes
Fomite quos famæ nutrit tuba persona mundo
Et quos telorum sustentant denique fasces

Et qui-

Et quibus injicitur vivacis Palladis unda
Quæ persistenti gliscit sub robore flamma
Sumit & æternos motus, vitamq; perennem
Atque animæ recipit vivacia jura potentis
Quæ nullo extingui jam prorsus nesciat ævo.
Perfidus hostis adhuc diro quasi Marte furebat
Perfidiamq; animi bello torquebat iniquo
Ut qui non esset qui sub certamine certo
Arma daret, bellíque trucis fera tela moveret
Non expectabat victricem Principis auram
Surgere, nec potuit tantum sperare lacertum.
Quo caderet, quo colla juga sua traderet acri
Nescivit fati jam jura potentia summi
Quo natus Princeps sibi perfida corda trucidat
Quo superare parat vel tela furentia semper
Atque triumphanti gentes sibi subdere ferro
At quia victori Princeps modo Marte resurgit
Atque novos orbis circunspicit undique tractus
Iam tremit, & fractis nimium simul ossibus hæret
Et nequit elatos attollere in alta furores
Ardua namq; illum circunstant prælia latè
Nec spirare sinunt fugientia pectora cæca
Sed tardare gradum multo depressa timore
Perfidiæ jam namq; locus datur undique nullus
Armis cuncta ruunt, cunctis sunt obvia tela
Atque ubi sanguineus fervescit spiritus armis
Solo persistunt tunc ardua quæq; cruore
Vulneraque exhorrent, duris scatet ictibus aura
Ense furit Mavors, turbantur & omnia ferro
Terra tepet fuso per membra recussa liquore
Purpureo atque amnes contingunt littora fluctu
Insueto & sulcis tellus quoque fluctuat imbre.

Et nil maturo persistit in arbore pomo.
Devoluit fortuna potens diro omnia bello
Ex quo divinis oritur pax aurea donis
Et sibi tranquillo desumit jure quietem.
Principe quam tanto certis complectitur ulnis
Et jam venturo certam quoque prospicit avo
Nam vinci poterunt hostilis perfida gentis
Pectora, & eximio Mavortis robore subdi
Qui tanto sub Rege calet, fervétque vicissim
Et circunscriptus nascentis in artubus extat
Nam Princeps cum Marte viget, cum Marte vigebit
Cujus ut ex silice est natus furor ignis ab ictu.
Hic patre Marte patet, patre nam salit ipse Leone
Unguibus incurvis qui terras ipse domabit
A nullo qui forte smet se robore vinci
Qui quamq; invadet securo pectore prædam.
Et propriis sylvam tutabitur ipse lacertis
Ut genitus genitor, simile est quoque robur utrisque
Alter & alterius viva sub imagine splendet.
Unum est virtutis specimen simul acre duobus
Et generis similis robusta potentia substat.
Nomen idem quoq; numen idem simul omen & ipsum.
Magnus hic, ille potens, est atque invictus uterque
Atque utroque micat felix Hispania semper
Non hic namq; potest illo quid majus habere.
Una manus, munusq; unum, vis una superstat
Martigena hic substat, Martis de semine & ille est
Marte satus genitor, quoque Martia corda reducit
Hic genitus, fert namq; sua pomum arboris auram
Atque ignis sic nempe calor, sic flamma nitescit
Et sic luce dies, qualis stat Phœbus in axe.
Non aliud gurges quam flumen perstat in undis

Æquale

Æquale & segetis subſtat cum ſemine robur.
Qualis equus ſic curſus adeſt, velóxque volatus,
Et nil diſſimile eſt natura viribus ejus
Sæpe patris natus propriis fert pondera membris
Sic ſtirpis manet acre decus ſub frugibus ipſis
Et campi vires fruges ſuxêre virentes,
Et ſurgunt ſimili quo perſtant ubere glebæ,
Nec vas majori unquam completur ab unda
Utq; eſt dextra volat ſic miſſile in æthera tortum
Atque ut virtutis fulgor ſic illa refulget,
Nil ſuperatur enim propriis à viribus ipſis.
Iam vires animi ſi vis perpendere Muſa
Mente vola celeri, Parnaſſia culmina ſcande
Interno ſtat nempe genus ſic nobile cordi
Ipſa ut nobilitas ſemper ſubſiſtat in illo
Et tanto de fonte fluat ſe ut ſpargit ubique
Illic & ſedeat, propria & quaſi ſede locetur
Ipſe animus ſurgit virtutis mole ſuperbus
Atque oculis rutilis intrinſeca robora fundit
Dat facie ſpecimen, proprio & genus omne ſub ore
Evomit in cunctos, quo Princeps ipſe pateſcit
Quo ſeſe oſtendit dum parvo & corpore vagit.
Exultant animi virtutis numine vires
Atque ita perſiſtunt dotes virtutis avitæ,
Ut genus oſtentent cœli de culmine lapſum
Nam cœli ſapit omne jubar quo ſplendet in omnes
Et cœli capit omne decus, quo illuſtre vigeſcit
Non animo ab tanto Mavors removetur acerbus
Cujus habet ſedem, cujuſq; receſſibus hæret:
In quo perpetuum belli dedit ille triumphum
Et cui conceſſit terrarum ducere ſceptrum
Et tanquam natum quinto cœli orbe reducit

Nomine qui quintus toto stat in orbe PHILIPPUS
Et quinti dedusit opes sine limite sensus
Qui visum capiti prima dat sede repertum
Altior ut pateat, totoq; excelsior ore.
Ipse regat qua nempe pedes vestigia formant
Et totum proprio moderatur lumine corpus
Ipseq; Phœbæum secum vehit undique munus
Et quasi divina gemina se lampade tollit
Et frontis campum radiis illustrat obortis
Atque animi certo cunctis notat indice dotes
Et pleno effervet nimium quoq; lucis honore
Sic Princeps quinto splendet Mavortis in orbe
Et quintus pariter domuit quoque CAROLUS *orbem*
Sic orbem quintus sibi subdet ubique PHILIPPUS
Omine sub quinti fortunam sumit opimam.
Sic supra Phœbi currum se sustulit altum
Sic surgit, sic alta tenet loca maxima avorum,
In quibus hic animi deponit aperta talenta
Quæ superare queunt pretium mundi undiq; lati
Si pretium mundo substat quod non premat ille
Namq; animi robur toto quia se extulit axe
Mundi temnit onus, nec se mundo objicit ipsi
Virtus namq; sedet cœlo, cœloq; resultat
Quam defert animo ingenti, quam sustinet ille
Ut proprium pondus, sed quod leve viribus extat
Regia stant animo semper splendentia jura
Innumeris quæ sumpta vehit rutilantia sæclis
Austriacum ut viguit nomen, nituitq; potestas
Austriaci sceptri terræ per compita nota.
Nunc animus cœpit jam Principis alta tenere
Atque alto se ferre loco, & per sæcla futura.
Alta sibi pariter conatu quærere toto

Nec su-

Nec supra Martem consurgere nititur aerem
Altius ut subsit cum solum perstet in illo
Nec quintum retinere gradum sibi denique spernit
Altior hic cunctis cùm sit, Phaëthonq; sub illo
Semper permaneat quartus, sempérque nitescat
Nam quæ quinta subit loca, clara refulgens.
Magna patet, quoq; magna volat, neq; decidit unquam
Imparibus fulcitur enim super astra columnis
Quo numero Deus ipse nimis gaudere videtur.
Nam sese imparibus noluit concludere membris
Et tellus pariter fulta est simul impare dote
Qua virtus claret, nam claret semper ab ipsa
Dote etenim virtus diuina sub impare perstat
Tanquam supremo semper tutissima fulcro
Et veluti quæ sola potest sibi stare suprema
Et constans, & firma nimis, splendénsque micansq;
Et totum stabilis semper fundata per axem
Cui tanquam proprium nimis undique munus adhæret
In quo sola sedet, nam sola sedere videtur.
Hic puer assumpto juvenilis robore cordis
Ætate & crescet solida, saeclóq; tumescet
Iam forti, & robusta suis dabit arma lacertis
Tunc discet Martis miscere furoribus artus
Et pede sylvosos scopulos tranare potenti
Atque hastas vibrare manu, & torquere sagittas
Et galeam nitidam fulgenti opponere Soli
Et validum clypeum dare fortibus hostibus ipsum
Ictibus incussum sed nullo vulnere scissum
Sanguine pertinctum hostili, madidumq; cruore
Agminis effusi, bello cedentis & omni
Fulmineúmque ensem, rapidúmque per alta rotabit
Aëris antra levis, flammam quassu exprimet ipso

Æoli & accendet valido vaga jugera ferro
In rigidum campum ferventes inferet ignes
Atque acie chalybis ventos perscindet acuta
Quando non subsint qui pectore vulnera sumant
Et quos flammifero victos mucrone sequatur
Et quos intrepido nimium Mavorte trucidet:
Tunc pelagi spumante salo vada curret acerba
In fluctus rapidos latè sua brachia tendet
Et quasi discindet laticem velut aëra pennis
Vt revolat gradibus velox sublimibus ales
Impetet insueto bellaces impete cives
Qui belli turbata movent incendia sævi
Ingruet inq; illos, sicut lupus urget ovile
Vtq; Leo petit ipse greges sub dente minaci
Faucibus & siccis variis hiat undique prædis
Jamq; ungue admoto ferat ardua membra ferarum
Et lata lambit tunc membra trementia lingua
Purpureo & tinxit furibundum sanguine labrum
Arida & inspersit saturato guttura ventre.
Et vorat assiduis prædarum morsibus artus
Huic similis Princeps sibi Martia gesta parabit
Et rapiet bellacis opes ferventius hostis
Indomito & surget, quâ fervent prælia, corde.
Artibus his Martis discet renovare triumphos
Maxima & æterno retinere favore trophæa
Arma atque invictâ semper dissolvere dextra
Non glacie tremet actus iners, non decidet æstu
Nec sua membra gelu tandem vitabit ab acri
Cernere nec Solis calidos sibi respuet ignes
Telaq; nec fugiet diro venientia motu.
Nec solidum objiciet jam tela per ardua tergum
Dat quibus invicto semper sua pectora jure

Ferrato

Ferrato & vires nimium thorace retundet
Hostis atrocis, aget ciliis flammantibus astra
Quæ superent victos, cæca & caligine subdant
Inspiciet ferventis onus Mavortis in arma
Non ut jam metuat, sed Martem vincat ut ipsum
Nam quæ jam Princeps per belli conspicit artes
Non verò segni tandem videt illa timore
Sed premat ut gravius, graviusq; perurgeat atrox
Etsi forte ferox jam quidquam occurrerit illi
Obvius ipse ferox funditque, rapitque, teritque
Invictóque quatit dextræ ferientis ab ictu
Incutit & sævè, innuentibus ictibus angit
Vulnere lethali fini simul objicit illud
Et victor surgit, stat nam victoria fato
Hæc decus assumit, sumptum retinétque vicissim
Et tribuit pariter nimium quoque dona retenti
Hæc schola Mavortis modo Principis instruet arma
Et varias artes Martis, mortisq; docebit
Nam virtus est scire mori bella ipsa per alta
Stat mortis supremus honos cùm dignius ensis
Infligit vulnus digno quoque sanguine tinctus
Temnere nam vitam Ducis est ad magna creati
Munera virtutis, stant morte perennia sæcla
Quam sequitur tunc fama tonans flatuq; refundens
Defuncti meritos per maxima prælia honores.
Quos sibi palma tenet viridi, quæ nomine floret,
Et quæ supremo percurrit in aëre gressu
Et quam felici deportat dextra boatu
Et cui bellorum præbet fortuna triumphos.
Est Regis munus regimen, sceptriq; potentis
Ducere jura sibi, populi atque inflectere habenas
Et legum torquere manus, dare præmia justo

Parcere supplicibus scelera acria tradere pœnæ,
Et vitam plebi curare, & pellere mortem
Hæc sunt quæ proprio statuunt conamine Regem
Hæc Regem statuunt, qui Rex modo nascitur orbe
Hæc de fonte fluunt quæ jam desumpsit avorum
Regibus innumeris sua semina tradita subsunt
Principióque caret tantorum gloria Regum.
Principio possunt si Regum sceptra carere
Ab proavis nam regna vigent, quæ sæcula multa
Præteriere quidem, vincent venientia & ipsa
Nesciet & finem tanti stirps Principis alta.
Irriguo nam jure madet, quod marcida nunquam
Unda vehit, quæ jura vehat peritura per ævum
Curret honos ætate pari cum tempore sæcli
Utq; uno vivent motuq; sinúque vicissim
Hoc est Regis onus, nullo sub pondere flecti
Et nulla sub lege premi, sed tollier illa
Illa & supremos semper componere casus
Tanta etenim præstat validissima machina sceptri
Pauci Regis habent digno sub nomine nomen
Quos fortuna facit Reges hos devehit illa
Quos natura creat, merito probat ardua virtus
Lege regit, qui Regis habet tutamina certa
Est regnare, probis se subdere legibus ipsum.
Iura sequi, virtute fidem componere sacra
Non sua, sed populi mentis, bona ferre, sub arte
Dirigere & rectum, si quæ tamen avia substant
Hæc non obliquo sed tramite tradere recto
Semita quæ ducat per quam cœli itur ad astra
Et quam felicis regni sibi continet ordo,
Et quam divino calcat pede sæpius æquum
In qua justitiæ trutinantur munera sacræ

Est quoniam Regis trutinam moderamine recti
Semper in æqualem tandem deflectere metam.
Regem hæc constituunt referunt quæ munera Regis
Nec belli, nec pacis opes sine Rege patescunt
Nam regimen torpet sibi vel florescit utroque
Utq; est justitiæ trames, via sic quoque regni est
Calcat iter regnum quod jam sibi subjicit æquum
In foveam nam sceptra cadunt, quæ pondere tandem
Ducuntur cæco, caligantésque sequuntur
Iure pedes, laqueósque adeunt erroris iniquos
Rex est virtutis specimen, bonitatis & aura.
Exemplar juris, legúmque columna sacrarum
Hæc statuunt nam jura orbis, si jura per orbem
Felici possunt quidquam componere lege
Namq; ut crimen agit discrimina maxima cæcum
Nulla suo stant tuta loco, vitióque labescunt
Fœtido & assumunt damna improbitatis iniqua
Rex populum cogit, legi prius ipséque paret
Si Regis sibi nomen habet quod lege paratur.
Nam leges Regem statuunt, delént que vicissim
Et sine jure nihil nec stat, nec stare videtur
Nec sibi stare potest certo quod jure fatiscit
Virtus sola quidem statuit sacra pectora Regis
Nam virtus sub lege micat, sub lege vigescit
Et quod forte jubet lex est, legísque potestas
His pedibus semper graditur Rex ipse supremus
Cui si fortè alter desit, tunc claudicat ipse
Regnáque non stabili pariter quoque jure moventur
Nam virtus sine lege jacet, lex ipsáque quærit
Virtutis vires, vires ut sumat amœnas
Stet quibus invicta, immota & persistat ubique
Qualis adest tanto modo Principe fulta supremè

Qualis erit semper dum vivet Principis ævum
Quod non deficiet dum tempus nempe manebit
Semper erit, nam tempus erit, dum Principis aura
Incutiet famæ flatus, sæclumq; reducet
Immortale sibi, quod cœli sidera forment
Et cum sideribus simili videt æthera gressu.
Sic est fortunæ cunctis manus ardua magnis
Vt magnos faciat quos vel volet ipsa per auras
Tollere sidereas, & sede locare superba
Tanta potest hæc nempe manus concedere mundo
Quanta simul nimis ipsa potest quoque sæva negare
Elevat hæc Reges, hæc Reges deprimit una
Hæc aufert, hæc cuncta simul donátque refértque
Omnia namq; rapit digitis stringentibus ipsa
Nulla manu labuntur enim quam claudit, & arctat
Regia majestas fortunæ perstat in arce
Et quidquid fortuna parat, subståtque venitq;
Atque proculdubio donare bonúmque malúmque
Ipsa potest, namq; ipsa potest proba, & improba ferre
Articulis digiti fatum violentius urget
Quos ut deflectit tanto sub robore jungit
Vt nequeat vinci digitus, nequeatq; moveri
Quem fato astrinxit, nodo stabiliq; ligavit
Et quem direxit venturi ad vincta pericli
Hanc ergo fortunæ acrem, furiisq; potentem
Marte manum Princeps dextra premit ipse furenti
Hanc movet, & quâ optat flectit, quâ vultq; retorquet
Astringitq; sua, ducitq; aperítque, fugátque
Et Regis virtute quatit violentius ipsam
Nam nil fortunæ sibi non optavit opimum
Et primam tenuit fortunæ numine sedem
Qua labi nescit, nam stat vis Regia firma

Principis & robur nunquam torpeſcere novit
Nam viget æterno fortunæ viribus ævo
Et ſceptri radiis nunquam obſcurabitur ullis
Et geſtorum etiam toto ducetur ab ævo
Vincit enim quæcunque audent in Martia ferri
Tela, trucémque ſuis nimium premit artubus hoſtem
Et vix jura hoſti concedit fortia iniquo.
Seminis expromunt vires data germina magni
Et referunt ſtirpis ſuccum, robúrque remixtum
Talia & ex ramo pendent viridantia poma
Qualis ſeminibus vis deſilit ipſa paratis
Et qualis ſulco frondens excluditur arbor
Et qualis quoque fontis erat quam perbibit unda
Atque ut ſidereo fati ſtetit axe poteſtas
Sub qua frugis adeſt ſuccus naſcentis amœnus
Aut plena, aut minima favit lux alma Dianæ
Quæ plantæ vires, virides fœcundat & hortos,
Et foliis fructus, nimium vegetantibus auget
Sic etenim Herculeum viguit genus acre virorum
Et ſic Æacidæ ſtirpis quoque gloria fulſit
Et ſic Cæſareus tetigit ſummum æthera ſanguis
Nam ſapiunt naturæ artem, quæ nata ſub illa
Mundo ſubſiſtunt, rerúmque per atria currunt
Et nihil extra ejus ſubſiſtit originis ortum
Sive modo tandem diverſum, ſive vigendi
Curſibus aut ſimile, aut aliqua compagine adæquans
Hoc Regum ſibi ſervat honos, hoc ſtirpis & aura
Regia quæ ſpirant vivacia pectora ſemper
Et ſceptri aſſurgunt ſpiracula viva per axem:
Suſcipiúntque alti victura cacumina ſæcli
Hoc nunc Auſtriacæ ſervatur in ordine ſtirpis
Ex qua profluxit divinus numine Princeps

Atque suæ divinæ refert primordia vitæ,
Ex quibus exploso fervent duo fulmina quassu
Gallica nempe manus, valida quoque brachia Iberi
Quæ ex humero Herculeo retinent Iovis alta parentis
Membra, & Martigenûm secum quoq; pectora constant
Cordáque robusto nutriunt fortißima Marte
Quæ nequeunt fera tela ictu contingere sævo
Adversum & pariter nunquam compellere fatum
Ecce etenim Galli dum servat jura potentis
Candida producit validus Leo lilia Martis
Lilia & immensum producunt Marte Leonem
Dum Gallo Hispanus, dum stat quoque Gallus Ibero
Atque uno in sese miscetur sanguine Mavors
Hispanusq; adfert sacra robora Gallica secum
Et Gallis infert Mavortia Iberica tela
Quorum est unus honos, una & spes, numen & unum
Plurima sed secum suscepit nomina Princeps
Est uno quia multus, habet quoque multa sub uno
Et dum divini ostentat sacra jura PHILIPPI
Hoc satis esse potest, naturæ ut monstret honorem
Quo Regum Rex ipse refert sceptrúmque decúsque
Nomen & augurium quo splendet regia proles
Et genitoris habet quæ regia semina ducunt
Et quæ cœlesti tribuunt quoque fata favore
Amplo quæ adveniunt in Principis omine membra
Quæ æterno texunt viventia stamine semper
Regali & condunt palmis victricia filo,
Et sceptri nectunt felici pectine sacra.
Nec poterant alia jam nunc albedine adesse
Lilia sceptrigero candore nitentia iure.
Quàm quem diffundit jam vis Hispana colore
Quo sua & invictus Mavors nunc imbuit arma

Quo terret jam dira ferox hostilia corda
Principe victa truci, superataque Principe forti
Quem juncto Hispanus, Gallusq; in sanguine constant
Compinguntq; sacris duo jura potentia nervis
Et miro condunt mundi duo brachia nexu
Hunc metuit jam terra sibi, pelagusq; perhorret
Et penè horrescunt rutili tecta astrea cœli
Et toto dejecta stupet quoque machina mundi
Terrarum pariter nimium curvamine summa
Atque suis sistit totum compagibus orbem.
Hic etenim dum magna refert sua jura parentis
Indolis Austriacæ specimen dat nobile terris
Quo majus fert terra nihil, nec clarius ipsa
Conspicere aut potuit, poterit nec cernere tandem.
Res mira est verò dum sic Leo lilia profert
Quæ candore polos, vincunt quoque sidera odorē
Et dum flos niveus secum fert membra Leonis
Qui fulvis sua colla jubis dat in æthera magnum
Provocat & Martem ferventibus unguibus atrox.
Hic etenim dum flore albet, virtutis honores
Objicit immensæ, cujus stat candor in illo
Dumq; Leonis agit rugitibus arma potentis
Purpureo velat palmæ jubar acrius ostro
Tegmine & insurgit tinctus, tectusq; cruentè
Nec nivei candoris item obliviscitur ipse
Quem felix natura dedit, fovitque vicissim
Et quem miscet ovans atris Mavortis in armis
Namq; albo, nigroq; furit sub pectore Princeps
Albo, dum pacis præbet conamina sacræ
Parcit subjectis, tranquillaque munera donat:
Nigro, dum belli ferventibus instrepit armis
Et ferri diras fundit per prælia vires

Pectore & irato vindictam poscit in hostem
In quem grassatur non exoratus, iniquè
In quem nigra vomit stygiis sub viribus arma
Et furiis compulsa atris tela horrida tendit
Et lethi permixta jacit quoque pila cruore
Invehit in sævos atro Mavorte rebelles
Nec patitur niveo florescere lilia vultu
Fervida dum cordis justè simul ira nigrescit
Et rapitur cæco per turbida prælia corde
Et verè Hispano dum turget pectore victor
Nam tunc supremo terras quia concutit ictu
Ut majus Mavorte nihil, nil Principe majus.
In grege sunt populi tuto custodia septo
Ora canum, diróque fugant qui sæva latratu.
Agmina prædonum ferventi dente luporum
Nec vulpem teneros patiuntur adire juvencos
Pastorum sed voce cient sopita vicissim
Membra, perurgenti grassantes ore repellunt
Et miro fidei tutantur ovilia jure
Non aliter tantus divini Principis ortus
Hispani gregis arctat opes custodibus armis
Et veluti multo supremus dente Molossus
Efferus insurgit rapido petit ardua corde
Pectora grassantum, pellítque rapítque potenter
Securo populum jam Martis jure relinquit
In tuto, tutúmque ipsum à diroq; periclo
Semotum, vitæq; vias patefecit apertas
Atque salutis agit stridenti cardine valvas
Sleutereo clamore fugat turbam impete fusam
Et longo vinctam ferri fervore catervam
Insilit ut catulus latrans, sceptriq; per arcem
Cuncta indagat atrox, vigili quatit omnia dextra

Adversa

Adversa hic studio, in sedem Mavortis Iberos
Immittit validos, certo & locat ordine cunctos
Inde sua reparatq; manu, ciet ipse latratu.
Virtutis miræ, quo belli concitat arma
Segnitiémque omnem membris depellit ab ipsis
Acremq; inspirat per pectora dura furorem:
Quo mundus terretur adhuc, stupet ardua ponti
Fluctivagis commota quidem modo cursibus aula
Neptuniq; arcem posito premit ipse Tridente
Et totus terræ sævè tremit ambitus illo
Ecce latrat præceps, Mavortísque impulit hastem
Et dum vagit iners per blanda cubilia fusus
Iam tenero turbat cunctos quasi murmure cives
Ad fera bella vocat, duram compellit ad iram,
Ad ferrúmque trahit, simili movet omnia Marte
Provocat & rapidos ad fervida tela leones
Et caulam simul ipse jubet jam linquere pigram
Excitat ardenti cunctos Mavorte ruentes.
Ore canis custodit atrox, premit ore Leonis
Ungue Ursi, quoque dente Lupi, quoque Tigridis arte
Velocem assequitur belli per maxima palmam
Tela nimis, telisq; furit volitantibus audax,
Invadit quoque more canum grassantia corda
Impete ferventum, rabidóque furore latrantum
Qui vaga spumanti conturbant prælia morsu
Et rabie incandent sæva, motúque feruntur
Invicto, capiúntque labris prædam acribus ipsam
Hæc natura canis, superat qui corde fideli
Omnia quæ terris serpunt animalia cunctis
Nam dominum sequitur, viq; ipsum indagat odora
Et sentit certo semper vestigia sensu
Nec removetur adhuc, vel si moveatur acerbè

Sors rerum, immoto dominis sub pectore inhæret
Atque fidem servat tutam sub viscere amico
Hic canis altus honos, hæc spes quoque Principis alta est
Qui fidei candore gerit tutissima semper
Agmina virtutum Christi per ovilia currens
Excitat ad belli palmam, cunctósque vicissim
Suscipit in gremio charo, fovet acriter ipso
Infidos pellit cives, sequitúrque fideles
Et tacito subit ipse sinu insidiantia pila.
Perfringítque ferus duris hastilia membris
Quæ multo in septum tentant insurgere conto
Et valida erumpunt in tutos cuspide sedes.
Hæc insectatur nimium, nimiúmque repellit
Et toto pariter fervens Mavorte refringit.
Relligionis enim tuta est modo palma micantis:
Nam tanto custode tenet validissima tela
Quæ incutiant hostes, pellant quæ horrentia durè
Arma trucis civis diro invadentia motu.
Hic etenim ut tanto jam noscitur ore furescens
Tradere spondet opem, vitámque reponere cunctis
Promittitque suo mundum servare lacerto
Atque locum dat habere suo munimine tutum
Et si ferventi insurgant hostilia Marte
Agmina, & ignivomo horrescant sub corde phalanges
Et si totus agat furiis bellantibus orbis
Arma sibi, totusq; furat, totusq; feratur
Totum Marte premet, belli & premet omine totum:
Nam toti satis ipse subest, quia sufficit ipsi
Utq; unus mundus, sic unus denique Princeps
Semper erit, dominum noscet quoque sæpius illum.
Nunc quoniam sceptris surgit dominantibus altè
Terrarum & cingit curvantia tecta furenter.

In regna & ſemota furit, modo ſubdat ut illa
In gentes ſurgit validas , validéque repellit,
Bella ciet, belloq; manet quatiente ſupremus
In bellum rapitur manibus ferventibus atrox
Et Martis ſibi numen habet, quia Martis honorem
Devehit, atque armis complet vincentibus orbem
Hoſtilem turbam rabie petit ipſe canina
Et niſi devicto nôn ceſſat protinus hoſte
Impetus immenſo ſemper furit undique Marte
Nec noſcit ſimilem quando per fervida tela
Arma potens agitat, nam felix auſpice Marte
Cuncta ſubit, rapidóque quatit quoque prælia ferro
Hiſpanóſque acies ſecum victricibus infert
Invicti admixtus nimium, tutusq; trophæis
Et per divinos ſe rerum collocat orbes
Arcibus admotus ſemper ſublimibus unus
Quos unus ſublimis habet , ſervátque ſupremus.
Ut quando in pugnam furibundo corde trahuntur
Et canis, atque Leo, rabie duo fulmina ſæva
Hic animo accenſus valido, corde ardet & ille
Invicto, atque ira flammeſcunt ignibus ambo
Quiſque ſibi palmam generoſo robore ſpondet
Et certamen init, ſpe proſilit atque triumphi
Exacuítque iras, oculiſque minacibus ardent
Et torvo in ſeſe aſpiciunt ſine limite vultu
Atque prius quam atro ſeſe certamine tangant
Et cauda, pedibusq; ſolum quatiúntque premúntque
Atque agitant fulvam dimoto pulvere arenam
Impavido furit ore canis, Leo pectore ſævo
Erigit igne jubas, & colla furentia torquet
Et quæ diffuſo rapidum ſparguntur in armum
Crine nimis, rigido ſuſtollit in alta furore,

Atque instar teli toto stat vellere cuspis
Rugitu fremit ipse truci, quo provocat hostem.
Horrendo clamore tonat, stat faucibus ira
Et multo premit alta fames discrimine guttur
Exertisq; subit latrantem dentibus hostem
Fumus at ore halat densus, flammisq; remixtus
Iræ, ardore volat fumanti hinc halitus igne
Et multis squalent simul ora horrentia spumis
Quos moto tingit tunc purpura sanguine sparsa
Hic rugitu ardet sævo, furit ille latratu.
Dente ambo sua bella movent, hæc arma duobus
Ungue Leo, simul ungue canis se in prælia fundunt
Atque gradu celeri fervescit fortius ira
Et quanto vis ipsa potest, tanto ira furescit.
Tantus & in palmam simul impetus angit utrumque
Et fermè æquali surgunt Mavorte feroces
Non aliter verò, (nam fas est dicere verum)
Principis antè ortum mundi canis arma movebat
Pectore torquebat nimium sua tela latranti
Atque in sceptra suos agitabat denique dentes
Et rabiem in regnum, spumosa venenáque in arcem
Effundebat atrox, in qua sceptra alta locantur
Et decus æternas sibi sustinet undique sedes.
Sic etenim ferventer adhuc fortuna calebat
Igne truci Martis, quo totum accenderat orbem
Quo promittebat proprios victoris honores.
Ferre sibi, veram nullíque relinquere palmam,
At Princeps oritur, mundi Leo magnus Iberi
Sceptri ingénsque jubis, regni simul unguibus acer
Dente potestatis nulli par, stirpe superbus
Austriaci generis, mundi quod claustra gubernat
Atque potestatis freno, cohibétque lacertis

Indomitis

Indomitis quæcunque solum sublimia cernit
Et quidquid parere negat quoque viribus hujus
Si quid forte negat dare quod cogetur ubique
Ut mundi exortus vidit lata atria magni
Atque oculis lustravit item cœli astra supremis
Tunc fremuit canis orbis atrox, rabiémque remisit
Et vertit sua terga tremens, cesśitque fatiscens.
Nec sævis rabido ora movet latratibus audax
Et jam victoris veneratur Principis arma
Non bellum, non arma petit furibunda Leonis
Sed linquit certamen, abit fugiénsque treménsque
Impare se sentit tantum Mavorte Leonem
Pellere posse quidem , quem Mars neque deniq; pellet
Nec vis ulla premet, nec ferrum deteret ullum,
Nec teli cuspis, nec vis duri ignea plumbi
Nec sæva incutiet fortuna numinis hasta
Et nisi cedenti se semovet ipse sub arte
Vel sponte assumptos tunc ipse reliquerit ignes
Non martis fulmen sic horrida robora vincet
Non belli fervor, non arma satellite diro
Tanti corda Ducis vel quovis impete flectent
Nunc, nunc objecto se inspectant ore vicisśim
Marte canis, quoque Marte Leo fervénsque poténsque
Et jam nota suis subsistunt robora gestis
Rugit hic, ille latrat, fera corda furore moventur
Rugitus sed corda gravi quatit ipsa timore
Est animal Princeps cunctis Leo, jubilitur illi
Quodlibet, & victo pariter quoque robore cedit
Et sine bello etiam certa est victoria semper
Tantæ justa feræ peperit quam candida Phœbe,
Cui nivea objecit valido sua cornua corde
Astrifero déque orbe dedit sua pectora terris

Viribus immensa, invictóque horrentia jure
Cui cœli vis alta subest, quæ venit ab illo
Nam qui prima tenet rerum loca magnus, & altus
Non terra, sed dona poli vehit inclyta secum
Nam victor cœlestis habet vim juris, & auram.
Cui favor astrorum palmæ dedit aurea dona
Cui terræ stat forte nihil, nam summa potestas
Non est telluris magni tota ipsa sed axis
Hanc Princeps modo corde refert & jure Leonis
Hispani generis, qui montibus acribus horret
Et genus omne sibi in prædam movet ipse ferarum
Hispanáque ex arce simul salit acer in orbem
Quem totum sceptro subigit, nova & arma per illum
Commouet, atque novo format nova nomina Marte
Et gestis, manibusq; altis mundi incitat arva
Quæ auspicio illustrat sacro, sceptróque potenti
Dirigit, & claro componit ubique triumpho
Et vero certam præbet quoque jure coronam.
Hoc nunc exortu tanti Phaëthontis in orbe
Nullus erit (sic Musa canit, sic percepit ipsa.)
Occasus, nam nullus erit jam lapsus in illo.
Semper enim surget, nulla & caligine splendet
Nec noctis tenebras hic magnus noverit ortus
Nam nulla sub nocte quidem fax occidet ista
Magna orbis, qua totus habet sua lumina vitæ
Et qua splendoris per quælibet arva refundit
Egregios radios, queis tellus aurea cernit
Sceptra quidem fulvo splendentia semper in auro
Quæ movet Austriacus divina lampade currus
Quam nunc jam felix sibi continet axis Iberus
Quam stupet orbis adhuc, & adhuc sibi comprimit orbem
Luce micans nimia, qua Mavors uritur ipse

Qua

Qua accensum decus omne ardet per sydera Phœbi
Et quam regna vident quavis sub parte micantem,
Siue per Antipodas semper sua lumina lustrent
Sive per Æthiopum nigrantia claustra nitescant
Sive orbem inspiciant quem Cynosura perenni
Lumine convoluit, septémque trionibus ornat
Et qua splendet item divina luce Bootes,
Omnes telluris jubar hoc tenet undique partes
Hic Leo nam terras cogit rugitibus omnes
Solis & hic ortus sub nullis occidet umbris
Hujusq; aura rosæ telluris in omnibus halat
Partibus,hic Martis tonitru globus omnia terret
Hícque ignis belli silicis cuncta arma perurit
Hic Princeps tandem natus nam ut fulmen in orbe est
Igne premet, Martísque ipso mundum imbre rigabit
Quem sibi perpetuo sceptri sub robore subdit
Austriaco & Mavorte domat, quatit impete Ibero
Atque immortali semper tenet ipse triumpho.
Ergo dies hæc clara suis stat denique fatis
Qua natus Princeps lumen prospexit Olympi
Atque erit iste dies mensura immobilis ævi
Æterni intervalla dabit sacra temporis ipse
Sceptri atque immensi spatium producet in astra
Attollet variis & nomina Iberica regnis
Evehet in summos fortunæ ubicunque potentis
Ipse gradus populum, faciet quoque luce Senatum
Iam tanta Hispanum toto clarescere mundo.
Iste dies metæ dabit ultima munera longæ
Producti sæcli, quod tempora nulla coërcent
Quod nullo rerum tandem variabitur auso
Quod claris semper procedet ubique trophæis
Quod sine fine jubar tanto de Sole reducet,

In quo telluris verus fovet omnia fomes
Atria, & excelso dat lucis pabula in igne
Immortale dies hic terris protulit ipsis
Numen, & Hispano semper mirabile mundo
Et Scythico pariter jam formidabile campo
Indiacisq; arvis multo venerabile cultu.
Phocarúmque antris sævi est quoque causa timoris
Quo totum cogant commoto Nerea fluctu.
Atq; tridentiferis compescant æquora conchis
Atque globum mundi conturbent undique curvum
Namq; ut prosiluit lux hoc Titane diei
Nox abiit tenebrosa suis compulsa tenebris
In lucos densos rigidas diffudit & umbras
Per saxa, & scopulos, quos vertex ultimus arctat
Sese protendit, sedes quæritq; nigrantes
Cimmeriis dimissa quidem modò tractibus horrens.
In quibus assumpsit toto loca diruta mundo
Obsita & umbriferis nimium squaloribus ipsa
Et quæ vix possit lucis scintilla videre
Nam pacis nunc lampas ovat, nunc summa quietis
Lux splendet, nam nota die jam subsistitit isto
In quo nascentis fulgur modo Principis ardet
In quo terra quidem lucis tenet omnia jura
In quo fortunæ nullis rota motibus horret
In quo perpetuis persistit spiritus armis
Atque halabit honor, buccis & hiantibus ipse
Evomet æterni jubaris quoque sæcula longa
Igniferisq; dabit toto decus ore sub armis
Sic vivet nunc clara facis vis maxima Iberi
Vt vel perstringat radiantibus undique telis
Conspicuos oculos mundi, radiisque occulat altis
Nam claudi cogentur adhuc, cæcóque refundi

Squamosi vitio nimium squaloris, & atri
Et conniventi confundere lumina motu.
Et turpi cilium torpedine volvere clausum.
Humenti & sese sub lippitudine cogi
Tristitiisque atrum lachrymantibus obdere lumen.
Hæc lux summa facis, quæ extremo est aucta supremo
Qua dedit iste dies pacis, lucisque futuræ
Principium egregium, qua fulgent jugera mundi
Qua belli cava tota ruent vehementius antra
Et cernent lucem quam non videre coruscam:
Magnorum sub jure Ducum quos Græcia novit
Et quos Roma sacris aluit quoque collibus altos
Et quos Assyrius magno dedit omine campus
Et quos Persarum vis inclyta contulit orbi
Nam solum hi radij, qui Hispano Principe clarent
Non alio potuere quidem clarere vicissim
Huic nam felicis substant data tempora fati
Semper inardescit naturæ & prona facultas,
Vt nunc iste dies lætus mundo obtulit illos
Quos Mavors cernit, quibus & sua frigora vincit.
Et timidos pellit sub lucis munere casus,
Et nova constituit belli munimina summi
Et per luciferos se voluit ubique recessus
Ecce dies hic tanta dedit, vel quanta dederunt
Sæcula cuncta orbi quæ præteriere potenter
Vt nunc subsistat nati fax inclyta Martis
Qua sese accendit cunctis victoria terris
Hispanum & nomen cœli dimittit in axem
Austriacúmque jubar telluris in antra reponit
In quibus assiduo semper premit arma furore.
Vincere & instituet quos pavit munere ferri
Quod tanta sub luce urit, quoque conflat in enses

Invictos sævo, qui fervent fulmine belli
Quos sanguis tingit inultis hostilis in armis
Quos fugiet turba ipsa trucis Mavortis iniqui
Quos lateri adjunget jam semper victor Iberus.
His etenim radiis lux splenduit ista diei
Vel potius furiis totus quibus excidet orbis
Excidere hic si jam ipse potest, meritúmque triumphum
Tollere victori qui jam debetur Ibero
Et si forte diem magno Duce terra notavit
Eximium, nunc iste dies sic vicerit illum
Ut solum hic possit nomen sibi ferre diei
Quo nox adverso periit Mavorte coacta
Quo micuit fax alma quidem, & divina salutis
Quo natus potuit terras sibi subdere Princeps
Et jam natorum propriis delere trophæis
Gesta Ducum, & summis fulgentia dotibus arma.
Nam quem tota queat majorem cernere tellus
Non erit, atque fuit nunquam velut iste refulgens
Quo sibi fama tonat, quo jam sibi terra tremiscit
Et quo se cingit sacris Hispania sertis
Queis cœli igniferis totum caput inserit astris
Et mundi pariter sibi subjicit atria cuncti.

IN NA-

IN NATALITIVM Principis Hispaniarum Epigrammata.

HERCVLEO Hesperiæ Princeps de sanguine natus
Antra petit Nemees quæ Leo dente ferit.
Se sensit pariter natum de stirpe Leonis
Et sæva exoptat se quoque pelle tegi.
At quia ferventi Mavors furit ungue superbus
In Martem exacuit nunc ferus ora trucem.
Quas vires genitor magnus superare reliquit
Robore subjectas has petit ipse novo.
Nascitur & magni cum conspicit arma parentis
Sola illi subsiat laurea palma Leo.

Epigramma.

EXoritur generis magnus splendore PHILIPPI
Atque ipsis currit ipse PHILIPPUS *equis.*
Hos vehit ardescens similis per sidera currus
Horum nam nescit ducere terra pedes.

Aliud.

SOle dies ut clarus adest, sic Principe mundus
Nam mundi Princeps & sine nocte dies.

Aliud.

VIscere de Gallo, Hispano de semine Princeps
Ad belli fulmen nascitur ut tonitru.

Epigramma.

AVstriaca Hispanus florescit in arbore fructus
Quem nec ferventi Mars sibi dente premet.

Aliud Epigramma.

OCcultus Princeps multo ferit ante sub ævo,
Majorem haud poterant noscere vota virum.
Ecce patet, votisque parem gerit acribus auram
Nil potuit majus quærere magnus amor.

Aliud.

CVi daret imperium decrevit Iuppiter orbis
Et nasci voluit, cui sua sceptra daret.
Ad regnum salit arte potens, quia regna sub isto
Hoc referent terris quod Jovis aula polo.

Aliud.

TErra virum jam tota tenet, quia natus in orbe est
Qui solum magni fert sua jura viri.

Aliud.

VT ponto exsiliunt fluvij spumantibus undis
Vt fons est ingens sic quoque flumen adest
Debuit ergo ingens hoc flumen Principis esse
Quem ut fons Austriacus nunc parit Oceanus.

Aliud.

SI ut Sol exoritur Princeps Hispana per arva
Austriacis radiis fert sibi terra jubar.
Lucidior stat namq; illis, quia lumine oborto
Austriaco, terris nunc atra est facies.

D. O. M.

D. O. M.

MAVORTIS DE LIMINE PROSILIT
AURORÆ UT MOTO CARDINE TITAN
TERRÆ SIDUS, PONTO NEREUS AUSTRIACUS
GENEROSO PRODIT GENITORE SALUS
ADHUC INERMIS IN ANTRO CUBAT
NEC EGREDI CAVEA SUA POTEST
RUGITU VAGIT, DEFLET MINANS
TENERIS STANT CHALYBIS IURA MEMBRIS
UTRAQUE MANU GYROS DISJICIT ANGUIUM.
IMPLUMIS IAM SE AD VOLATUM PARAT
VULCANI, NEPTUNIQUE DOMAT VIRES
ISABELLÆ VISCERE ORTUS
THETIDIS PROLIS INDUIT ARTUS
EDENTULUS
DEVOLVITUR, REPIT, EIULAT.
NAM
VINCERE, PREMERE, SUBDERE,
PUER POTEST, IMBELLIS SUSCIPIT, NUDUS ABSOLVIT
ASTRA
AD ORTUM, AD MERIDIEM, AD OCCASUM
VOCAT FESTIVA, POSSIDET FAUSTA, MOVET AUGUSTA
ECCE PARENTUM NASCITUR IURE POTENS
PARENTI ÆQUALIS DUM TERRAM QUATIT
FACILE COELI EXCUTIET SIDERA.

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS,

AD

SERENISSIMUM
Ferdinandum ab Austria Hispaniarum Infantem S. R. E. Cardinalem, Archiepiscopatus Toletani Administratorem & Supremum Castellæ Cancellarium.

Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

AD IL-

AD
ILLVSTRISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM

D. D. Melchiorem Moscosum de Sandoval, Episcopum electum Segoviæ, & Serenissimi Infantis Ferdinandi à cubiculis, &c.

Vincentij Marinerij Valentini
PRÆFATIO.

MIRIFICO, Præsul, dum splendes numine magnus
Laudum divinos suscipis orbe choros,
Est laudum suprema quidem & tutissima sedes
Vis meriti, virtus pectora magna ciet.
Quæ virtute sonant, per summa encomia laudes
Hæ feriunt aures vel super astra Iovis
Ascendunt voces, rutilumq; per æthera scandunt
Quas virtutis agit nobilis ala levis.
His etenim fulcitur honor sibi viribus ingens
Æterna his etiam stat sibi fama sonis
Hoc exundat item virtutis gloria fonte
Quo meritum laudes per sua prata rigat.
Hoc etiam accrescunt, divino & culmine surgunt
Indolis egregiæ germina sæpe sacra:
Namq; virtutum laus frondibus induit auram
Per cœli culmen vocibus acta strepit.

Cyllenij tua Musa polos talaribus intrat:
  Nam semper Maiæ vel tibi natus adest,
Hinc & Stentoreo similis stat gutture flatus,
  Nulla viros simili jam tuba voce tulit.
Non quos marmoreo defixit robore fama,
  Vivunt ut virtus quos sibi summa vehit.
Hac tecum exoritur fulva ut Pactolus arena
  Quo cœli cunctis flumine ducis opes.
Vita quidem virtute subest æterna micante.
  Virtus nam nescit candida sola necem.
Sanguinis hæc dubitat, casusque vicésque modosq;
  Sola polum tristi vel sine morte terit.
Laude agitur, laudésque potens, agit ipsa vicissim.
  Atque ubi stat virtus, laus ibi clara viget,
Quando ut Apollineo jubar incutit æthera curru
  Effulget toto lucidus orbe dies.
Hæc duo sic tecum divino munere vivunt
  Abduci ut nequeant pectore mota tuo.
In te virtutum tanto stat fulmine splendor
  Æternam ut cogat per sacra jura facem.
Romanæ sedis tecum modo splendet imago,
  Ad quam felici proficis ipse pede.
Te te jam summis spectant Capitolia gestis
  In quæ fulgescens erigis ipse caput.
Tu Moscosiadum generosa cacumina tollis,
  Rogiadum sacro stemmata honore vehis.
Tu Sophiæ, tu lumen agis virtutis avitæ,
  Atque Sacerdotum tu loca prima tenes.
Ambrosij sequeris celeri vestigia gressu.
  Tempora ut insplendens infula sacra premit.
Hæc laus summa viri est, semper florescere laude
  Hoc jus divino stat tibi corde virens.

Nil

Nil ergo majus poterit tibi ducere virtus,
Quàm, quam contemnis vel tibi laude frui.
Stridonis tu facta senis virtutibus auges
Musarum, & sacro tu vomis ore chorum.
Qua ratio vitæ, quæ mens, quæ Palladis hasta
Fulta tua semper substat ubique manu.
Quàm summo tandem fulgescis munere rerum,
Vix oculus cernet, vix quoque lingua dabit
Dumq; juventa viret fragranti concita flore
Nestoreo profers sæcula mira sinu
Incipis excelsos te rerum attollere in orbes
In summum & solus desinis ipse locum.
Nec te desinere est apicis tibi sumere culmen.
Nam quæ primus habes vltimus inde moves
Ut qui per fluctus spumas secat æquoris alti
Sic rerum fœlix deteris ipse vias.
Oceanum haud aliter torquet Neptunia dextra
Quàm tu terrarum vel tibi jura quatis.
Alta subis, divina tenes, supremaq; ducis
Et qua te effundis vertice major ades.
Exsurgis, nimiumq; volas, petis astraq; gressu
Musarum pennis nam tibi summa capis.
Et si quis simili similis quoque numine fertur,
Distat hic à meritis terra ut ab axe tuis.

Magnifica Attollens Iucundius Omnia Rectus
Divina Evibrans Constantius Arma Supremus
Terrorem Incutiens Lucescens Legibus Acrem.

Ad Serenissimum
FERDINANDUM
AB AVSTRIA HISPANIARVM

Infantem S.R.E. Cardinalem Archiepiscopatus Toletani Administratorem & supremum Castellæ Cancellarium Epigramma, in quo prima cujusque dictionis littera nomen ejus mirificè complectitur.

Vincentij Marinerij Valentini
EPIGRAMMA.

FELICES *Effert Radios Divinitus Infans,*
Numen Adest Nobis Diffundit Vbique Suprema
Aufert Barbariem Attollit Validissima Sceptra,
Tradit Regni Ingens Artes, Habet Inclyta Solus
Phœbo Ardens Nimium Ipse Astris Respergitur Vnus
Musa Infert Numen Fama Altus, Nomine Summus.

AD SE-

Ad Serenissimum

FERDINANDVM AB AVSTRIA,

HISPANIARVM INFANTEM S.R.E. Cardinalem Archiepiscopatus Toletani Administratorem, & supremum Castellæ Cancellarium

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS.

AVSTRIADVM cane Musa genus, jubar objice Olympo
Voce fidem, sermone decus, Phœbo excute Regna
Astriferis fulgent quæ clariùs æmula cœlis,
Sceptrisque auratis Saturnia sæcula ducunt,
In quibus æternum persistit in æthera nomen,
Sydereisque domus micat Austria fulta columnis,
Vtq; poli exemplar divinis legibus ardet,
Cœlica Cæsareos pretendit & area campos,

Epigramma.

A *Vstriaca Hispanus florescit in arbore fructus*
Quem nec ferventi Mars sibi dente premet.

Aliud Epigramma.

O *Ccultus Princeps multo ferit ante sub ævo,*
Majorem haud poterant noscere vota virum;
Ecce patet, votisque purem gerit acribus auram
Nil potuit majus quærere magnus amor.

Aliud.

C *Vi daret imperium decrevit Iuppiter orbis*
Et nasci voluit, cui sua sceptra daret.
Ad regnum salit arte potens; quia regna sub isto
Hoc referent terris quod Jovis aula polo.

Aliud.

T *Erra virum jam tota tenet, quia natus in orbe est*
Qui solum magni fert sua jura viri.

Aliud.

V *T ponto exsiliunt fluvij spumantibus undis*
Vt fons est ingens sic quoque flumen adest
Debuit ergo ingens hoc flumen Principis esse
Quem ut fons Austriacus nunc parit Oceanus.

Aliud.

S *I ut Sol exoritur Princeps Hispana per arva*
Austriacis radiis fert sibi terra jubar.
Lucidior stat namq; illis, quia lumine oborto
Austriaco, terris nunc atra est facies.

D. O. M.

D. O. M.

MAVORTIS DE LIMINE PROSILIT
AURORÆ UT MOTO CARDINE TITAN
TERRÆ SIDUS, PONTO NEREUS AUSTRIACUS
GENEROSO PRODIT GENITORE SALUS
ADHUC INERMIS IN ANTRO CUBAT
NEC EGREDI CAVEA SUA POTEST
RUGITU VAGIT, DEFLET MINANS
TENERIS STANT CHALYBIS IURA MEMBRIS
UTRAQUE MANU GYROS DISJICIT ANGUIUM.
IMPLUMIS IAM SE AD VOLATUM PARAT
VULCANI, NEPTUNIQUE DOMAT VIRES
ISABELLÆ VISCERE ORTUS
THETIDIS PROLIS INDUIT ARTUS
EDENTULUS
DEVOLVITUR, REPIT, EIULAT.
NAM
VINCERE, PREMERE, SUBDERE
PUER POTEST, IMBELLIS SUSCIPIT, NUDUS ABSOLVIT
ASTRA
AD ORTUM, AD MERIDIEM, AD OCCASUM
VOCAT FESTIVA, POSSIDET FAUSTA, MOVET AUGUSTA
ECCE PARENTUM NASCITUR IURE POTENS
PARENTI ÆQUALIS DUM TERRAM QUATIT
FACILE COELI EXCUTIET SIDERA.

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS,

AD

SERENISSIMUM Ferdinandum ab Austria Hispaniarum Infantem S. R. E. Cardinalem, Archiepiscopatus Toletani Administratorem & Supremum Castellæ Cancellarium.

Πρὸς ἐπὶ τύχαις γὰρ ἐπὶ φρένας κεκτήμεθα.

AD IL-

AD
ILLVSTRISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM

D. D. Melchiorem Moscosum de Sandoval, Episcopum electum Segoviæ, & Serenißimi Infantis Ferdinandi à cubiculis, &c.

Vincentij Marinerij Valentini
PRÆFATIO.

MIRIFICO, Præsul, dum splendes numine magnus
Laudum divinos suscipis orbe choros,
Est laudum suprema quidem & tutißima sedes
Vis meriti, virtus pectora magna ciet.
Quæ virtute sonant, per summa encomia laudes
Hæ feriunt aures vel super astra Iovis
Ascendunt voces, rutilumq; per æthera scandunt
Quas virtutis agit nobilis ala levis.
His etenim fulcitur honor sibi viribus ingens
Æterna his etiam stat sibi fama sonis
Hoc exundat item virtutis gloria fonte
Quo meritum laudes per sua prata rigat.
Hoc etiam accrescunt, divino & culmine surgunt
Indolis egregiæ germina sæpe sacra:
Namq; virtutum laus frondibus induit auram
Per cœli culmen vocibus acta strepit.

Cyllenij tua Musa polos talaribus intrat:
Nam semper Maiæ vel tibi natus adest,
Hinc & Stentoreo similis stat gutture flatus,
Nulla viros simili jam tuba voce tulit.
Non quos marmoreo defixit robore fama,
Vivunt ut virtus quos sibi summa vehit.
Hæc tecum exoritur fulva ut Pactolus arena
Quo cœli cunctis flumine ducis opes.
Vita quidem virtute subest æterna micante.
Virtus nam nescit candida sola necem.
Sanguinis hæc dubitat, casusque vicésque modosq;
Sola polum tristi vel sine morte terit.
Laude agitur, laudésque potens, agit ipsa vicissim.
Atque ubi stat virtus, laus ibi clara viget,
Quando ut Apollineo jubar incutit æthera curru
Effulget toto lucidus orbe dies.
Hæc duo sic tecum divino munere vivunt
Abduci ut nequeant pectore mota tuo.
In te virtutum tanto stat fulmine splendor
Æternam ut cogat per sacra jura facem.
Romanæ sedis tecum modo splendet imago,
Ad quam felici proficis ipse pede.
Te te jam summis spectant Capitolia gestis
In quæ fulgescens erigis ipse caput.
Tu Moscosiadum generosa cacumina tollis,
Rogiadum sacro stemmata honore vehis.
Tu Sophiæ, tu lumen agis virtutis avitæ,
Atque Sacerdotum tu loca prima tenes.
Ambrosij sequeris celeri vestigia gressu.
Tempora ut insplendens infula sacra premit.
Hæc laus summa viri est, semper florescere laude
Hoc jus divino stat tibi corde virens.

Nil ergo majus poterit tibi ducere virtus,
Quàm, quam contemnis vel tibi laude frui.
Stridonis tu facta senis virtutibus auges
Musarum, & sacro tu vomis ore chorum.
Quæ ratio vitæ, quæ mens, quæ Palladis hasta
Fulta tua semper substat ubique manu.
Quàm summo tandem fulgescis munere rerum,
Vix oculus cernet, vix quoque lingua dabit
Dumq; juventa viret fragranti concita flore
Nestoreo profers sæcula mira sinu
Incipis excelsos te rerum attollere in orbes
In summum & solus desinis ipse locum.
Nec te desinere est apicis tibi sumere culmen.
Nam quæ primus habes vltimus inde moves
Ut qui per fluctus spumas secat æquoris alti
Sic rerum fœlix deteris ipse vias.
Oceanum haud aliter torquet Neptunia dextra
Quàm tu terrarum vel tibi jura quatis.
Alta subis, divina tenes, supremaq; ducis
Et qua te effundis vertice major ades.
Exsurgis, nimiumq; volas, petis astraq; gressu
Musarum pennis nam tibi summa capis.
Et si quis simili similis quoque numine fertur,
Distat hic à meritis terra ut ab axe tuis.

AD

EXCELLENTISSIMUM & Illuſtriſsimum Principem D. Gaſparem de Guzman, Comitem de Olivares, & Hiſpaniarum & Indiarum Regum Hippiarchum, eorundem à Cubiculis, Indiarum Cancellarium &c. Epigramma in quo prima cuiuſque dictionis littera nomen eius mira contexit arte.

Vincentij Marinerij Valentini

EPIGRAMMA.

DAs Orbi Numen, Geris Aſtra Suprema Polorum
Aurea Regali Ducens Encomia Gyro
Unus Zodiaci Manifeſtas Alta Nitentis
Compoſito Orbe Nites, Divina Et Dulciter Effers,
Ora, Levas Ingens Verè Ardua Re Effera Solvis.

AD EX-

AD

EXCELLENTISSIMVM & Illuſtriſſimum Principem D. Franciſcum Gomez de Sandoval, Ducem de Vzeda, Ducem de Cea, Protarchonta Caſtellæ, Comitem de Santagadea, & de Buendia, Dominum de Dueñas, Calatravę Clavigerum, & Hiſpaniarum & Indiarum Regum à Cubiculis, aureæ clavis ſplendore ornatum, &c. Epigramma in quo ſub cujuſque dictionis initio nomen ejus attextum comprehenditur.

EPIGRAMMA.

DElius Ornavit Natura Facta Refulgens,
Altis Nominibus Conſervas Inclyta Solus,
Culta Offers, Divina Effers, Sublimia Adornas
Nobile Ducis Opus Vehementer Apolline Lætus
Digna Vehis, Quoniam Vires Et Dignus Effers
Vernanti Zephyro Eductas Divinitus Alte,
Dotes Virtutis Quæſitas Viribus Effers
Dulciter Egregius Cunctas Effuſius Augens.
Augens Divitijs Etiam Lucentibus Alta
Nobilibus Titulis Altiſsima Devehis Orbis

Magnifica Attollens Iucundius Omnia Rectus
Divina Evibrans Constantius Arma Supremus
Terrorem Incutiens Lucescens Legibus Acrem.

Ad Serenissimum
FERDINANDUM
AB AUSTRIA HISPANIARUM Infantem S.R.E. Cardinalem Archiepiscopatus Toletani Administratorem & supremum Castellæ Cancellarium Epigramma, in quo prima cujusque dictionis littera nomen ejus mirificè complectitur.

Vincentij Marinerij Valentini
EPIGRAMMA.

FELICES *Effert Radios Divinitus Infans,*
Numen Adest Nobis Diffundit Vbique Suprema
Aufert Barbariem Attollit Validissima Sceptra,
Tradit Regni Ingens Artes, Habet Inclyta Solus
Phœbo Ardens Nimium Ipse Astris Respergitur Vnus
Musæ Infert Numen Fama Altus, Nomine Summus.

AD SE-

Ad Serenissimum

FERDINANDVM AB AVSTRIA,

HISPANIARVM INFANTEM S.R.E.Cardinalem Archiepiscopatus Toletani Administratorem, & supremum Castellæ Cancellarium

Vincentij Marinerij Valentini PANEGYRIS.

AVSTRIADVM cane Musa genus, jubar objice Olympo
Voce fidem, sermone decus, Phœbo excute Regna
Astriferis fulgent quæ clariùs æmula cœlis,
Sceptrisque auratis Saturnia sæcula ducunt,
In quibus æternum persistit in æthera numen,
Sydereisque domus micat Austria fulta columnis,
Vtq; poli exemplar divinæ legibus ardet,
Cœlica Cæsareos pretendit & area campos,

Quorum jure patet dominusq; paterq; PHILIPPUS
Divinæ ut prolis Majestas purior astris,
Qua tellus, pelagusq; simul Mavorsq; resurgunt
Majorem, & magnus conantur viribus auram,
Summa petunt, divina volant, Iovis antraq; scandunt,
Ad latus & statuunt divini pondera sceptri,
Atque Aquilæ curvo diffundunt fulmina rostro,
Terræ & Principibus rutilantia sydera tradunt,
Tinnulo, & astrifero currunt super axe rotatu.
FERDINANDI *alto sydus modò carmine profert,*
Quo totum illustrat, ceu puris aëra flammis
Dejicit, & denso volitantia nubila vultu,
Umbrisq; in terras cunctas horrentia nigris,
Et cæcam puro depellit lumine noctem.
Hic primis divina Dei loca sublevat annis,
Artubus, & pueri prodit sacra membra Gigantis,
Atlantisq; instar stellantia tegmina fulcit,
Et neque depresso caput indit in æthera collo.
Erigit hic primas virtutum nomine sedes:
Et primus sacro sepit munimine cunctas
Herculeisque potens nimium fert viribus illas
Auspicijs divina suis terræ inserit astra,
Et quasi vagitu felicia sæcula profert
Aurea pacis ope, & virtutum numine sacra
Felici obtendens regni pia munera dextra:
Quæ quamvis parva est, totum complectitur orbem,
Et solo totum depellit pollice cœlum,
Excutit atque Iovis ferventia fulmina, totâ.
Iura tenet, sceptrúmque quatit, regna impulit illa
Viribus atque optat diram minitantibus hastam,
Hispana & miro jam jam vibrat impete tela,
Non humeri vires, cubiti nec suscipit artem,

Dum

Dum solo dextra se in cœlos robore fundit.
Signa dedit cœlum fœlicia parte sub alta
Ad dextri lateris cornu, quà surgit Apollo,
Et radios purâ scintillat lampade miros,
Cùm FERDINANDUS *materno viscere clausus*
Prodijt in terras, mundúmque inspexit obortus,
Atque oculos, tenues cœli dimisit in auras;
Margaris & divæ castißima claustra reliquit
Austriacísque solum mirè lustravit ocellis.
Tunc Aquila excelso penetrabat sydera motu
Directo, & Phœbum inspectabat lumine sacrum,
Atque levi sine motu ullo secat aëra penna
Tunc ortum, occasumq́; simul se vertit ad ipsum,
Quáque Aquilo perflat, quà spirat & humidus Auster.
Quinque & perlustrat cingentia climata mundum,
Atque vago purum, cœlum natat omne volatu,
Et nullo in terras casu se misit ab alto,
Alta tenet, solùm alta petit, cuncta alta requirit,
Peliacúmque apicem objecto supereminet Ossa:
Et prorsus terræ sæpè obliviscitur omnis
Portentum hoc ingens, cœli est monstrúmque supremum,
Quo puerum Austriacum nasci ad sublimia signat
In cœlósque caput posita tellure daturum,
Et terræ sceptrum missurum in sydera cœli.
Tanta est jam pueri virtus, tantum undique numen,
Quem proprio cœlum monstraverat indice magnum,
Et ceu flammifero protenderat inde Canopo,
Ut magnæ prolis germen divinitus ingens
Principis ut fulmen summum ut quoque viribus orsum,
Quo exoritur numen sceptri, terræq́; potestas,
Et toto robur generis distenditur orbe.
Hic igitur ceu gemma nitens candore corusco

Phœbæos radios, quæ haurit sub viscere conchæ
Combibit & rutilos divinæ lampadis ignes.
In medio pelagi cœlestem suscipit imbrem,
Atque globum pura vestit nive prorsus eburnum,
Neptuníque antrum decorat formosa fluentis,
Abluit hanc toto fluxus mersam æquore ponti,
Et flavum bibulis littus sibi sumit arenis,
Et curvo pictóque tegit sibi tegmine fœtus
Concha parens, strictáque coit compagine secum
Invida, & includit conceptam viscere prolem,
Quam studio Nabathæa petit gens concita multo
Fœmina, quæ pectus, quæ albentia colla perornat,
Qua Æthiopum crescit, ceu vena divite gaza
Thesauri & Regum tanta quoque prole tumescunt.
Non aliter sacro puer hic sub pectore clausus
Ejus, quæ gremio suscepit munera cœli;
Ejus, quæ cœlos miris virtutibus ornat;
Ejus, quæ & totum virtutum sparsit in orbem
Ejus, quæ hunc genuit, ceu puris Margaris undis,
Et veluti Martis complexu protulit acrem,
Dum magnis teneros formavit dotibus artus,
Libertas charo & sibi carcere constitit alta
Regia, dum cuneis perfregit mœnia carnis,
Membráque regali constrinxit limite pura,
Erupit, cœlíque subit terræ antráque magna,
Quod priùs & cœlum dederat super æthera signum
Dissolvit, proprióque simul quoque disjicit ortu,
Atque diem sub sole novo lætum omnibus infert,
Imperij, & sacras distendit pectore metas,
Et quasi jam totum alto cernit vertice mundum
Divino, & cunctas decorat quoque sanguine gentes
Virtutis, regníque hostes fugat ille furentes,

Et sum-

Et summis cunctas illustrat honoribus urbes,
Atque probos cœli summas sustollit in arces,
Armáque depellit ferventi Marte cruenta,
Nec sinit hinc Furias diros afflare labores,
Aspera sed penitus jam disjicit omina belli,
Quo præsente nequit terras conspergere sanguis:
Nec diro ferrum in populos horrere furore,
Mavortisque atrum dextrâ terit undique pectus,
Et pede conculcat, secat hasta, & robore tundit
Palladis, & viridi ducit signa aurea fronde,
Concordíque ligat, quæ subsunt dissita nexu,
Fœliciq; ortu spondet vitæ omina nasci.
Ut jam per terras incepit serpere parvus
Ejus jam gemuit tellus tunc pondere pressa,
Et tergum inflexit, ceu tantâ concita mole,
Persensitq; sibi validum genuisse Gigantem
Alcidæ & robur toto subiisse sub orbe
Constitit, & pressis sensit vestigia formis,
Cognovitq; typos pedis, & jura ardua plantæ,
Et cœli admixtum secum putat ire cacumen:
Ille viam, celeratq; gradum, gressusq; refigit,
Atque puellari profert pede grandia jura,
Et tacito regale refert sub pectore numen;
Et magno in cunctos jam jam sub murmure vagit,
Ut quando in sylvis catulus fugit antra Leonis,
Et primo è cauea præceps tunc desilit ausu,
Densa videt virgulta sibi spisso obsita ramo
Sentibus, & sentit campos horrentibus omnes,
Ora fames lacerat, rapidos ad guttura dentes
Sistere vix novit, charam & dimittere prædam,
Atque brevi tunc ungue manus, sed fervet acuto,
Præcipiti fertur lapsu, saxa ardua tranat:

Hunc Cervus, timet húncque Lupus, Tigris effugit audax,
In grege languet Ovis, vita & molimina nescit
Atque fugæ ignorat mollis conamina certa;
Ille rapit, multóque furit ferus undique dente,
Stipatoq; pecus caulas petit agmine notas,
Et pastor, metuitque canis, custósq; sagaxq;
Grex grege miscetur, terrentur cuncta tumultu,
Conferto & pendent, stridéntque mapalia cœtu.
Nunc FERDINANDUS *magni de stirpe Leonis*
Exoritur, qui sceptra solo dat grandia cuncto,
Fervidus, & toto jam tandem rugiit orbe
Imperij & latè crinito vertice surgit,
Non quem ferrata Alcides clava incutit ingens
Perniciem campis Nemeæis qui intulit atram,
Claros æternum subijtq; per æthera cœlos,
Assidet, & quinto Phœbæis ordine stellis,
Et sacro erupit Luna de semine claræ.
Hoc genitus fortes sceptris illustrat Iberos,
Atque Arabas terret, fugat Istrum, frangit & Indos.
Et jam jam primis, terram simul atterit ausis,
Quam pleno ut cœpit tandem sibi subdere jure
Cœlestes primum, & sacros suscepit honores,
Christiferique humeris ducit gestamina templi,
Agni ejus portat sua pallia tincta cruore
Purpureo, ut perfusa rubent sua lilia peplo,
Et rosa fragranti perfulget murice mira
Flammea distinctas ut tingit purpura frondes,
Et sanie inspergunt conchylia rubra liquata,
His gradibus nunc terra suis jacet undique pressa,
Cui cœlum astrorum sic infert veste colorem,
Flammantes oras chlamydis sinuamine nectens,
Assutoq; suos conjungens sanguine nexus,

Auspicium

Auspicium color iste refert divinitus actum,
Quo terras cœli est Princeps missurus in astra,
Atque hostes atro tincturus sanguine belli,
Et completurus multo terra antra rubore.
Fimbria quem vestis, Martis trahit aucta trophæis,
Qui abjecto insultat per gressus pondera limbo,
Et pedibus teneris rubri dat signa metalli,
Ardent dum totis semper vestigia filis,
Et cruor emisso substernitur undique jactu,
Magnum sanguineis obtendens gressibus omen.
Sic, sic jam tenero terras pede concutit ipsas
Herculeúsq; illum cunctis color objicit altum,
Inq; omnes spargit terrorem nomen avitum
Sauromatas, Bactrasq; terit, Cycladásque perurget
Omnia, vel terræ subvertens mœnia summa,
Et ratibus quatiens Neptuni cærula sævi,
Nereos atque antrum disturbans classibus altis
Utraq; & emissis conculcans littora telis,
Immortale decus, numénque nepotibus addens,
Et sibi desumens spolium, prædámque relictam
Omnibus, & patriam protendens undique dextram.
Civiles attollit opes pia Principis aura,
Qua spirant urbes, populorum & gloria gliscit,
Et certo vivunt equitum, ceu fomite jura,
Quámque trahit patulo lex tradita gentibus ore,
Quáque suam plebis vitam quoque spiritus effert
Hanc Princeps plenis qui præbet flatibus orbi,
Et velut Æolijs emittit in ardua buccis,
Hic regni, jurísque jubar sceptro excitat ipso,
Hic pacis, bellíque aperit sub numine portas;
Per quas ingreditur, pedibúsq; volantibus exit,
Et cædes, atque una quies, damnúmque salúsque

Hac totis subſtat rerum ſacer urbibus ordo,
Inq; atrum nebulæ volvuntur ubique vaporem,
Atque ſerenato vultu quoque redditur æther
Juſtitiæ & flammæ hac ſubeunt Iovis undique fulmen,
Quo feriunt terræ firmata pericula cuncta
Majora & quatiunt ſubjiratis culmina ſylvis,
Nec ſpirare ſinunt horrentia ſordibus antra,
Ætnæosq; globos hæc pellit acerbior ipſis
Obliquo ut perflat per terras tramite quaſſas,
Utq; levi Zephyro miſcetur, ſubvehit æqua,
Attractoq; ſinu vitam per pectora confert,
Quæ Princeps proprio ſuſtentat corde recepta,
Et membris conjuncta ſuis vita erigit omni
Civibus hanc auram cœli de culmine lapſam
FERDINANDUS *habet, ceu ſacris follibus arctam,*
Quam laxat, cogitque ſuo ſimul undique juſſu,
Quam dat in æternum virtutis pondere donum,
Quæ, cúmque ipſe jubet toto coit orbe refuſa,
Hancque Auſtri proprio ſumptam de nomine mittit.
Tunc hilari vultu cuncta evocat unus in unum,
Tunc & diſpergit, cùm res vult undique ſpargi.
Indolis & miræ parvo dat corpore ſigna
Divini & juris mortali pectore leges;
Cœleſtis jubaris terreno ſomite flammas,
Iudiciumq; ſenis puerili ætate retextum,
Ut dicas animum totos fluxiſſe per artus,
Et cœlos tetigiſſe pios, cœli aſtra tuliſſe,
Et grandi in parvam cecidiſſe hinc ſemine molem,
Qua vehit Auſtriaco perfuſos ſanguine Divos,
Qua ſeſe attollit ſublimia in aſtra polorum,
Et toti præbet fundamina maxima mundo,
Sydereoq; ipſum præcingit ſtemmate ſemper.

Hispanas acies Aquilis volitantibus effert
Augurio, & sacro tanto sub Principe surgunt,
Non quia fraterno non tangant sydera sceptro,
Quo sibi cuncta domant, cunctis juga duráque nectunt,
Atque Hispaniacum ducunt super æthera nomen.
Sed quia divino in regnum cita jure feruntur
Arma viri totos quæ terrent viribus hostes,
Quæ strepitu concussa solo dant tegmina Martis,
Ingentíque omnes quatiunt formidine terras
In spem militiæ sacræ vexilla reducit
Terrea per Christi pacis conamine templa,
Cujus dextra equidem nimium sinuata vibrantur
In varias discussa plicas toto æthere strident,
Inq; globum conjuncta unum, solvuntur in auram,
Atque Aquilæ pennas geminato vertice passas
In Crucis effundunt donis cœlestibus arcem,
Huc illuc deflexa sonant, strepitantq; voluta,
Atque alto incutiunt Mavortis verbere bella,
Tum terras, tum jure premunt vada maxima ponti,
Atque illis totus deducitur Æolus ingens,
Quaq; illa exsiliunt, sequitur flatu excitus aër,
Et quà torquentur flexa obliquamine cedit,
Regalisque ferunt molimina viribus aulæ,
Cujus divinos tollunt in sydera postes,
Et Jovis in magnas hanc formant sedibus ædes,
Quam Maurus metuit concusso perfidus ære,
Quam veneratur Arabs extremo & climate Japon,
Quam colit invitus cæca formidine Turca,
Cui mundi magni tandem nova sceptra parantur,
Quam cupit & vitreo circumdare gurgite Nilus,
Cernere Norvegiæ & nive frigora densa remotæ,
Et pedibus calcare suis Neptunus ab undis,

Cui fluctus voluit, sceptro æquora plurima versat
Classibus Hispanis terga ardua ut apparet ipse,
Atque salo incusso pertingant littora portus,
Victricesq; rates cogant sua carbasa malo,
Et levia inflectant dimissis suppara stagnis,
Flavâque curvatam contrectet arena carinam,
Et cava suscipiat subducta viscera navis,
Terra parens, noscátque suam fusam æquore prolem,
Frugibus atq; sinus discincto remige cingat,
Principis Hispani magnos quoque sentiat actus,
Quo FERDINANDI *persultet nomen in astra,*
Et ferat invictas invicto Marte phalangas,
Horreat & cuneis, validísque cohortibus orbem,
Terra suis quatiat, proprium & petat Austria cœlum.
Desuper hic Princeps tantis vocat æthera factis,
Tanto & factorum strepitu caput extulit altum,
Atque omnis varias ferit orbis ubique ruinas,
Ut proprio terras in cœlos nomine mutet,
Atque novis totum componat legibus orbem,
Rupibus Hispanis Scythicos ferat undique colles
Arcadiæ, & campos fluvijs conjungat Iberis,
Viribus & summis Parthos Nemeæaq; rura
Iam subdat, telísq; premat cœlestibus ipse,
Et vasti pelagi vada, Tænariúmq; cacumen
Hellespontiacos deflectat jure recessus
Divino augurio Austriacæ molimina stirpis,
In totum effundens sub Martis robore mundum,
Nec linquat spatium terræ, quod non premat armis.
Nec venti, cui fræna ferox non ingerat arcta
Omnia, qui sanctis nimium domat ipse lacertis,
Et varios virtute offert super astra triumphos,
Casibus & rutilat semper fœlicibus unus,

Purpu-

Purpureum niveis nectens candoribus ostrum,
Christiferique jugi sustollens pondera sacra,
Hic totum divinus opus subit undique Christi,
Qui jam rore arctat secum sua membra rubenti.
Et velut inspersis foliis rosa sanguine splendet,
Atque aperit primo sua pectora pura corymbo,
Quo spinæ insertis propendent frondibus altæ,
Et parvo jam caule viret sibi turio natus,
Dumq; Aurora calet radiis cita lucida totis,
Rorantíque madet per cœli jugera fronte,
Instillans foliis nascentia munera vitæ,
Discutiénsq; sinus noctis caligine clausos,
At pulchris formosa typis pulchra omnia format
Plantarum, campíque decus luce undiq; monstrans,
Tunc rosa distincto fundit sua viscera labro,
Fronde fragrat, vultúque rubet, placet acta colore,
Et niveum tingit secum sibi purpura rorem,
Quem dum candor agit, spectabis sanguine tingi.
Si fortè in folio sedem rubro accipit ipse,
Cui rosa dat speculum, proprium speculíq; colorem,
Quo rores, campiq; vident sine crimine vultus,
Vicinusq; viror, plantaq; rubescere suescunt.
Sumere sanguineis pariter sua munera guttis,
Mutari aspectu, veréque virescere semper,
Dum primo Titan calcat curru aëra surgens,
Sic FERDINANDUS, *quem tellus tota veretur,*
Quem colit & cœlum, quem jam timet æquore pontus,
Puniceis superat Pæstana rosaria textis,
Nunc roseis corpus præcinctus vestibus album,
Cui candor virtutis inest, cui & candida Musa
Donat habere sinus, gremio & fauet undique sacro,
Ut rosa purpureis decorat sub frondibus hortum,

Hispana & tollit fluviorum littora donis:
Fontibus & sacras reddit quoque margine ripas,
Ordinis omnis habet secum noménque, modúmque,
Virtute & populum, face turbam, vi elevat urbes,
Principibus veros semper committit honores,
Atque equitum genus acre vehit proprio omine secum,
Omnésque in proprios commutat sæpè colores,
Allicit in meritum, summam trahit undique in arcem,
Vertice quæ cœlos, firmat fundamine terras,
Regaliq; sibi cingit sacra mœnia muro
Distento & secum præcingit sydera fine,
Ut rosa perstat adhuc parvis vita frondibus ipsa,
Incipit enatum per terras spargere caulem,
Cui velut Aurora Austriacum genus addit ab alto,
Virtutis radios labenti numinis imbre,
Et spirat sacrum cœlesti flamine vultum,
Ore refert patrios semper fulgente Philippos,
Caroleúmque caput sublato vertice in astra,
Aurea divinis Aragonia lumina flammis
Queis spectat terras, queis cœlos conspicit ipsos,
Atque instar Lyncis longè abdita ritè capessit,
In quibus ingentis specimen micat indolis ingens,
In quibus est animæ robur, mentísque potestas,
Et quibus effundit divinos ætheris ignes,
Elatæq; decus præbet Burgundia frontis,
In qua subscripsit cœlestis munera cordis,
Inclusi, & cerebri sinuamina flexibus aptat,
Aspectumq; viri certo notat omine magni,
Fulva coma est auro, cui stat sub Sole metallum
Proxima syderibus, radijs, vultúque, modóque,
Atque colore pari, similíque rubore nitescit,
Non coma, sed varijs tectum caput emicat astris,

Quod

Quod cœlum est illis, quæ alta capit apside secum:
Quod cœlos penetrat summo medicamine sacros,
Quod tangit cœlique jubar, cœliq; cacumen,
Si & pedibus se tollit adhuc super æthera transit,
Atque Iovis divina subit fastigia puri:
Divorum & sedes, stellataq; inambulat arva,
Nobile at os tribuit supremis Austria donis,
Cæsareum quo numen habet, quo regna ministrat,
Imperij & varias sibi continet undique sedes,
Bœtica utrumque polum tanto depingit in ore
Divite, & effudit fulgentia præmia gaza,
Et natum, lapsumq; refert Phaëthonta vicißim,
Atque Aquilam gemino dimittit vertice magnam,
Quæ retro, quæq; ante videt, quod suscipit orbis,
Quodq; infra, quod supra effert sibi natus Olympus,
Occultumq; aliquid nullus tenet angulus orbis.
Austriadûm lateat, quod semper splendida sceptra,
Quod non scrutentur divini robore Regni,
Hispano & subdant vehementer milite cuncta
Robore, at invicto hoc corpus Germania cingit,
Threicioq; ornat sub magnis viribus ære
Ferrato & pectus semper thorace suburget.
Quo Scythicos campos, glacialia ruraq; calcat,
Ingentem & varijs quoque combibit haustibus Istrum,
Aspera sylvarum contundit, & undique saxa,
Abruptosq; secat telorum cuspide colles,
Et gelidos Aquilonis adit tractúsque, sinusq;
Incutit atque metum in cunctos, terretq; potentes:
Sed taceo quæ magna refert fera Mexicon illi
Diverso & dives, quæ maxima præbuit orbe,
Romanas qua vicit opes, & Græca talenta
Sunt, quibus huic altè subcincto crura cothurno,

Queis graditur, regnúmq; maris ſibi ſubdit opimum,
Ingenti Oceanum contundens claſſe ſtrepentem,
Spumantiq; illum, ſævóque Tridente coërcens,
Atque auri venas rivo vehit ardua fulvo
Argenti & lateres utero coquit illa potenti.
India diſtentis hunc finibus extulit alta,
Et toto fermè orbe ſonat vox alta PHILIPPI.
Nullibi & æripedes occaſu torquet Apollo,
Quin ſummi videat vel maxima regna PHILIPPI
Quæ tenebras ſpectare queant ſibi noctis opacas,
Et non exorto niteant Titanis ab igne,
Chinicadum regio umbratur caligine denſa:
Tunc radios Orientis habet ſacer Heſperus orbis,
Cúmque Aſiæ inſpectat viridantia jugera Phœbus,
Europæ erectas illuſtrat lumine rupes,
Aphrica & effuſis ejus ſimul ignibus ardet,
In quibus effulgent, rutilántque PHILIPPEA *regna,*
Auſtriacúmque jubar radijs ſcintillat obortis.
Hæc igitur puero facies, hic deniq; vultus,
His roſa ſtat folijs, hoc tandem fragrat odore,
Hac FERDINANDUS *cælos ſibi ſtirpe reducit.*
In ſolito auſpicio terris inſplenduit æther,
Atque novo ſummos concuſſit fulmine montes.
Cum tantus Princeps cœpit vagitibus orbem
Perterrere ſuum, pedibúſque retundere terram
Oſtendit veros naturæ viribus artus.
Etſi ſint tenera ſecum compagine nexi,
Herculeos animos ſemper deducere ſecum,
Atque Gigantæo robur grave ferre lacerto,
Quod nunquam natura dedit puerilibus annis,
Quod nunquam natura tulit genialibus horis,
Sic præter morem membris vim contulit æquam

Principis

Principis excelſum,qui eſt nunc decus omne daturus,
Atque modos ſolitos proprium flexurus in uſum,
Atque alio ſortis curſurus tramite certa,
Cui fortuna ſuis paret vaga curſibus ipſis,
Et promptis concuſſa rotis parat atheris auram,
Et celeri ſemper præceps volat excita motu,
Quod nec conceßit,nec ſe concedere ſuffert,
Nec patitur retuliſſe vices cuicunque negatas,
Huic niſi fœlici natura munere ſacra,
Cui ſubſtat,cui tota hæret, cuiq́; imminet una
Ampla bonis, fœcunda bonis, plena arte bonorum,
Quæ ſolito dare prona modo cuicunque pepercit,
Nec digitis dextram diſtendit provida paßis
Omnibus aſſuetas rerum quibus intulit artes,
Et quibus elatos permiſit nectere caſus,
Et cœptis miris ſacros abſolvere fines:
Nam quorum natura manus firmavit in alta,
His fortuna negat conceſſos robore ſenſus,
Atque atrox lacerat, vexátque volubilis illos,
Nec fortuna ſimul felix naturáque currunt
Hæc, ſed dejicitur, dum tollitur illa per auras,
Atque ambæ ſubſtant trutinato pondere lancis,
Semper inæquali flectentes omnia ſorte,
Nec libramentis rerum ſtant jura coactis,
Vno nec ſurgunt eventus undique greſſu,
Sic ſolitum id mundo eſt, ſic eſt miſerabilis orbis,
Dum fato ſubjectus adeſt duróque,trucique,
Caſibus & varijs caſus volvuntur ubique,
Et ſecum calcata inſtant ſæpè undique lege:
Mutuus & rerum redit,& cadit ordo pererrans,
Quod FERDINANDO non lævo contigit orſu
Supremo,cui jura manent nata ordine cuncta.

Est urbs antiqua celebris Regum arce Toletum,
Turrito, quæ summa sinu sua mœnia cingit
Imperij, atque amplis munimen sedibus ambit,
Alta sedet magno viridis sita culmine montis,
Quo nondum terris natum videt æthere Phœbum,
Illo nec lapso fusas citò suscipit umbras,
Sic orbem erecto superat sacra vertice totum
Murali, & cunctas illustrat stemmate terras,
Atque Aquilis nidum præbet regalibus altum,
Quo celeres in pura Iovis dent astra volatus,
Præcipiti & mundi percurrant culmina penna,
Hanc medio in gremio sibi condit Iberia fulgens
Vbera, cui plenis offert natura papillis,
Et pingui totas effundit pectore vires,
Fertilis æterna campus viret arbore semper,
Cui curvam divina Ceres sacrat undique falcem
Messibus, & gazam donat flaventibus omnem,
Dulcis Thyrsigeri nimium, & scatet unda Lyæi,
Frondibus, & sacræ pinguescunt Palladis arva,
Pandoræq; tument varijs prægnantia pomis
Floret ager, rigidiq; viget quoque vomeris ictu
Florilegas, & mitis apes flatu evehit Eurus,
Dat ferrugineus sacros Hyacinthus odores,
Et vernat per prata domis Amaranthus obortis,
Halat ut excussis nardus Phœnicia spicis,
Mella rubens nectitq; crocus, thymus enutrit ipse
Multo atque alituum ventis turba agmine pendet,
Innumera umbrosis nimium fera saltibus horret,
Fontibus emissus varijs liquor undique ridet,
Et vitreo quoque prata rigat viridantia cursu,
Atque Tagus rapido circundat gurgite campos,
Flavétque auriferis tellus ibi fluctibus aucta,

Et Ze-

Et Zephyrus, quatiúntque sacrō Notus arva fragore,
Labitur & toto Phœbus Iovis æthere in urbem,
Harmonico atque avium persultat gutture cantus,
Præcipua hic fulget sacrarum gloria legum,
Sensusq; humani afflatu extolluntur Olympi,
Et vitæ divinus honor quoque civibus astat.
Hæc igitur sedes, hæc tanti est Principis Aula,
Hæc Primatis habet noménque, locúmque, facémque,
Augustámque arcem tecto sibi continet alto
Vertice, & imbriferas nubes superare minatur,
Tangere & auratis radiantia sydera tectis,
Et FERDINANDO *Phœbi sibi subdere currum,*
Hic sacra flammantes ejus tegit infula crines,
Et petasus rubro fronti dat tegmina cocco,
Christiadúm hic vertit cœli quoque cardine portam,
Cujus divino pulsat pede limina summus,
Ejusq; attactæ strident compagine valvæ,
Atque manum tangentis amant, & limen apertum
In sacrum thalamum linquunt, & in atria Divúm,
Quæ subit, & magnus jamjam divinitus intrat.
Hinc atque Eugenij (cujus succedit honori,
Cujus sede sedet, gressus sequiturq; per alta,)
Se virtute parem gestis splendentibus offert,
Cujus divinos imitatur pectore sensus,
Et cujus radijs per prata Toletica fusis
Adductus, recto vestigia tramite figit,
Quem fidei, legisq; vehit pia semita sacræ.
Hic Ildephonsi cœlestes conspicit artes,
Christo toros, cui virgo dedit textam æthere vestem:
Sic pro defensa tunc pro virginitate supremum
Munus, nam officijs haud præmia numina debent
Divina, sed sæpè suis stipe donare pendunt,

Utq; solo, sic magna quidem dant munera cœlo.
Hic avido Eulogij prospectat lumine pectus,
Cui virtus se tota dedit nitidißima latè
Martyrij, & rubrum sacri thoraca retexit,
Qui non Sidonio, sed sanguinis emicat ostro,
Quem fidei multo divinum coxerat igne
Longo, & pœnarum quoque stamine texerat amplum.
Helladij sunt gesta sacris præstantia donis,
Quæ pastoralis perfecit robore virga,
Qua Stygios vicitq; canes, repulítque latratus
Cerbereum, & toto perfodit numine guttur
Lethæa, & pepulit sævos per flumina Manes.
Hic Iulianus opes inopum dedit ipse catervæ,
Cœli & Thesauros manibus quoque condit egenûm
Prodigijs, & cuncta pijs auxítque, dedítque,
Et quanto imminuit Cerealia munera largus,
Tanto per cumulos creverunt horrea fructu,
Scriniaq; ardenti nimium illuxere metallo.
His studijs Princeps animo se fundit adacto,
Et tantos spectare Duces, excedere & ipsos
Proponit, virtutis opem palmæ inclytus addit,
Hanc spem semper alit, totumq; hac sublevat orbem,
Divitijs cumulare omnes ingentibus optat,
Pellere & hic steriles manibus ditantibus annos
Fertilitatę Tagum, & liquidis quoque vincere nubes
Imbribus, & terræ fructu superare recessus
Magna pijs, divina probis, cunctísque suprema
Largo promittit semper diffundere corde.
Præsertim hic magno Ximenius astat honore,
Qui Musas, quiq; arma simul jure extulit alto
Hesperio & sceptro Orani lata intulit arva,
Gradivo palmas, Musis spolia ampla refudit,

Parnaßi

Parnaſsi dum collis iter direxit Iberis,
Et quem Pegaſei fontem dedit ungula ſacrum
Magna pedis, tribuit mirè ſluitantibus undis,
Et plenis mundi cuncta obruit arva fluentis,
Hunc Princeps imitari altis conatibus orſus,
Cum Muſis cœpit, Phœbi & ſacra pabula lambit,
Mobilibus cujus digitis quatit undique plectrum,
Et ſacræ variat numeroſa foramina buxi,
Doctorúmque gregem regalem mittit in aulam,
Iam Stoico hanc vertunt pendentia pallia vultu,
Pythagoræ hāc turba, hāc ſervat ſchola magna Platonis,
Hanc populus Thomæ, recoluntq́ Euclidis alumni,
Atque novem hanc calcant proles celebrata ſororum,
Et quos æterno Sophiæ tulit ore Lycæum:
Sunt alij, quos firma polo celeri evehit ala,
Quorum virtutes, magnarum & pondera rerum
Sedulus & ſequitur Princeps, vincitq́ ſupremus:
Nam cui magnanimi in ſe ſubdit gloria cordis,
Magnorum robur nullo diſcrimine cedit,
Hic ſed præcipuè tanto qui numine fulget,
Quanto vix Princeps terris inſplenduit unquam,
Quem vel laudabit verborum ſyrmate nemo,
Sive ampullanti tumeat ſibi gutture magnus,
Seu grandi increſcat laudum ſpiramine cantus,
Summaq́ Theſpiadum toto tuba perſonet orbe:
Hic decus omne ſibi facili ſæpè allicit arte,
Præripit huic famam, virtutis pondera & illi,
Geſta his, ſedem illis, cunctis pietatis honorem,
Cunctorumq́ una ſecum locat omnia lege,
Qua Phœbi ariſonos urgent ſacra plauſtra jugales,
Hic fidei lituos factis ſpirantibus inflat,
Sopitamq́ ciet Themidem, ſurdum incutit orbem.

Hæc laudum seges alta sacris modo pullulat arvis.
Uberior surgit, vel quovis germine terræ,
Seu Paphijs nascatur agris, seu culmine Hymetti,
Hanc nunc sæpè suis fulgens terit area Musæ,
Flaventíque Ceres nimium sibi sumit arista,
Qua in niveam nectit serta insplendentia frontem,
Principis & tanti miro ligat ordine famam,
Quam stupeat tellus, quamq; omnia sæcula spectent,
Thuriferisque sacrent per tegmina regia fumis,
Panchaicusq; exhalet odor, ferat aura Sabæa,
Atque Arabum reserant Cedri sub aroma tepentes,
Quassa vaporifera & diffundant cinnama myrrhæ,
Qua volet Elysium nimium revoluta per axem,
Stellatoq; simul totum caput exerat orbe,
Indigetum & cœtum subeat, numeretur in illis
Æternum, & summis comitetur vocibus ævum.
Cynthia ut albenti totum curru æthera transit,
Et media nitidam facie dat cernere frontem,
Qua fratris sumit rutilantibus oscula labris,
Intentoq; videt labentia lumina vultu,
Donec perfectum cœlo integra compleat orbem,
Haud aliter Princeps medio modo perstat in axe
Sub minimo ætatis compressus tempore parvæ,
Et tenero inflectens terris vestigia cursu.
Namq; dies numero parvo sibi contigit ipse,
Nec pubertatis tetigit vim tardior annus,
Hebe cui fulvo vetuit sua vellera crine,
Sed primo, teneroq; gradu pes proterit orbem,
Sed nec adhuc validis conculcat jugera plantis:
Respicit objectam fraterni luminis arcem,
Atque oculos nitidos, & frontem torquet in illam,
Sic patria & complet radijs fulgentibus ora,

Quo vultu, noctis stipatam discutit umbram,
Et paucas patitur sua lumina fundere stellas,
Excusso & nebulas venti secat ipse vapore:
Præbet iter, facilémque viam currentibus ornat,
Et socium cunctis lumen sub nocte ministrat,
Apparat & varios rerum conamine motus:
Humida flammiferis infundit munera bellis,
Extinguítque acres Mavortis ab igne favillas,
Pectore nam miti, miti ceu Cynthia vultu,
Noctis agit duros per terræ compita calles,
Fluxibus utq; illa hic jam cuncta humentibus auget,
Crementum & campi præbet viridantibus herbis,
Fructibus & dulces maturat rore sapores,
Et pelagi incussis ciet horrida cærula spumis,
Ardentes fratris mundo simul effugat æstus,
Atque hilari terræ faciem quoque temperat ore,
Et vario dum plena sinu celso axe vagatur,
Princeps non varios efformat pectore cursus
Constanti, sed corde tenax bona subjicit alta,
Discordésque terit virtutis numine casus,
Auget opes, & jura vehit, sacra munera complet,
Erigit abjectos, omnem fugat ipse ruinam,
Et stabili in cunctos consistit pectore præsens,
Austriacam effundens divino pectore mercem,
Atq; Ducum, Regumq; effert largam omine dextram,
Qua pressos animo, cœlos attollit in altos,
Deprimit elato vehementer corde superbos:
Tela vibrat, jam bella ciet, jam fulmina jactat,
Relligionis opus potiùs nimis extruit illa.
Quæ sceleri populus committit turpia fœdo,
Est quoniam populus sceleri sine limite pronus,
Qui legem ignorat, temnit Iovis aurea jura,

Qui legem ignorat, temnit Iovis aurea jura,
Astrææ & phanum conculcat calcibus atris.
Hic Princeps alta subito secat ipse securi,
Ancipiti & nimium contundit cuspide fervens;
Nam tolerare nequit, quæ sunt contraria Christo,
Oppositísque furunt in cœli sydera telis,
Non scelus in terris solito discrimine vivet,
Nec nigro effundet sua pessima jura veneno,
Tabifico atque hominum afficiet membra impia potu,
Sed premet incussum per plebis pectora virus;
Et ruet ingenti detritum robore semper,
Legi subdetur sacræ, tradetur & igni
Amittet vires, mortis quoque pondera perdet,
Dissolvet naturæ artes, laqueósque refringet,
Quos stultæ menti obcæcatis objicit umbris,
Atque illis nimium depressos alligat artus,
Cæcisq; astringit mundi pia nexibus arva,
Et vitæ obturat manantia munera puræ,
Principe jam tanto amittet Plutonia tela,
Et vacuis Acheron fervens petet æquora cymbis,
Atria & obscuri penitus contemnet Averni:
Ætnæumq; ferox intrabit gressibus antrum,
Ore globos, flammásque atro quoque gutture mandet;
Invidus & terras fugiet toto impete sacras,
Quas FERDINANDUS *divinis legibus ornat,*
Quas virtute vehit, quas sacro pectore condit,
Queis serit & sophiæ splendentia semina magnæ,
Queis demit turpi spinosos germine caules,
Quasq; urit summo totas ut temperet igne,
Et sacra queis falce secat virgulta malorum.
Quas simul & vitreis cœli pius irrigat undis,
Pullulet ut vernans virtutis in arbore ramus,

Mirifi-

Mirificisq; ferat fructus sub floribus altos,
Non atro terrebit atrox scelus omnia vultu,
Non jam labentur morbo cita membra caduco,
Nec dulci fontem plebs sumet crimine amarum,
Mella scelus quo mixta vehit, quibus attrahit omnes,
Omnes jucunda semper sibi provocat esca,
Sed mortis tunc tela latent, & pharmaca dira,
Quæ duris semper rebus componit amaror,
Tangere quem nescit guttur, dubitátque palatum,
Nec santit gustus nisi jam ut perducitur intus,
Et varijs urit tabentia pectora flammis:
Quas penitus delet divino numine Princeps,
Quem suscepit ovans donis Ecclesia sacris,
Ut capitis donum Christiq; ut numinis omen,
Quem titulo, quem stirpe colit, quem pectore defert.
Iupiter ut nebulis totum tegit æthera densis,
Fulmina ut in terras, rapidos jaculatus & imbres,
Atque alto incussum cœlum tonat impete totum,
Et colles, tumulósque soli multa irrigat unda,
Obruit & fusis terrarum jugera rivis,
Præcipuè totum cum fulmine concutit orbem,
Turba timet, turrésq; tremunt, rupésque labescunt,
Et toto ripæ fluvio currente tumescunt,
Qui suetas nescit pro lapso gurgite metas,
Sic erat orbis adhuc tranquilla pace quiescens,
Nulláque persensit bellorum nubila tellus;
Non hostis vasto erumpebat Marte superbus,
At nato in terras jam tanto Principe mundi,
Cui cœlum, cui terra suas committit habenas,
Donáque distenti fœlicia præbuit ævi,
Et latum rerum sceptrum quoque contulit illi,
Qui veluti tonitru sacrum tremefecit Olympum:

Purpureo & vestis concußit fulmine terras,
Agmina quo terret castris inimica refusis,
Et toto pariter fervens simul insonat orbe,
Iam pelagus fluctuq; tumet, jam classe redundat,
Et penè ascripta amittit sua littora turgens,
Nec tuto piscis velox ponto innatat ipso
Grandia nec Cete fluctúsque, vadumq; sequuntur,
Intonuit Princeps tanto sub sydere natus,
Quem Iovis æterno terris dedit undique jure;
Omnia ut aßiduis Christi castra evehat armis,
Et Christi nomen sustollat in aëra summum,
Quo vitam pacémque pluat virtute remixtam,
Imbribus atque altis Martis dura obligat arva,
Quem veluti tonitru stupeat Turca undiq; grassans,
Et Persa ejectis comitetur in arma trophæis,
Aphricus atque horror perfuso horrore tremiscat.
Hic quoniam dum terra suis ruit excita rebus,
Ut tonitru emissum summa Iovis æthere dextra
Erupit, tonuitq; ferox, fulmenq; refudit,
Austriacum quo terra jubar, numénque recepit
Versicolor solum, quod pressum nuntiat Iris
Hispanisque pium, durum notat hostibus ipsum,
Hi lumen capiuntq; illi de fulmine cædem,
Quo sterilis concussa manet, tellusq; subacta,
Nec fructus viridi tandem dabit arbore suetos:
Non arbor frondescet humi, ramósq; creabit
Arida, sed tota subito tellure manebit.
Sic tellus concussa pio nunc Principe cuncta
Disjiciet proprijs evictis hostibus arma,
Et ruet à tanto veluti sub fulmine tacta,
Miratura truæem sic mitis Principis ortum:
Laudatura sacrum sic magni Principis ausum,

Qua

Quæ FERDINANDUS *pueri nunc corpore tractat;*
Audaci & tentat majus producere in ævum,
Nam quæ corde gerit, quæ mente & concipit alta,
Pectore quæ servat, manibus quæq; efficit ipsis,
Magna vehunt, divina probant, cœlósque resumunt;
Et nulli non mira patent, non summa feruntur,
Quæ quisquis dum nota videt, stupet undique pressus,
Cœlestisq; putat cordis non facta caduci
Immortale tenent, quæ tanto Principe robur
Divinum, quæ sæpè ferunt sub robore numen,
Armáque permiscent, junguntq; PHILIPPEA *cœlo,*
Castalidum mihi fortè chorus tot subjicit ampla,
Tot tribuit rerum labro miracula pleno,
Quæ nisi Musarum sermo componeret altus,
Et verbis pariter sæpè exornaret opimis;
Nulli hominum fas tanta loqui, nec cernere tanta,
Præsertim quæ alto Princeps sibi pectore condit,
Et proprio sibi jure tenet, servátque reposta,
Cùm superent hominum mentes, viréſque virorum,
Et tacitis flectant, movεántque silentia cunctis:
Hæc jam Pierius toto calor orbe refundit,
Hæc suscepit item distentus Vesper, & Ortus,
Atque utroque polo dat suprà sydera victo:
Augusta hæc moles cœli sibi continet axem,
Magnaq; splendentis fulcit quoque pondera Olympi.
Nam FERDINANDI *quæ subsunt nomine sacri*
Alta movent: non ima petunt, non repere suescunt.
Erecto sese attollunt sed vertice in astra,
Quo feriunt cœlos, quóque æquant tegmina cœli
Et rutilos tentant secum deducere divos,
His Titan verbis flammantes præstitit auras.
Nam sobolem Solis sermo qui laudat, & auget:

Debet & æternum sobolis revocare parentem
Inserere & natum summi genitoris in arcem.
Clamantis per claustra orbis tuba persona famæ,
Æternis terræ compellit flatibus antra,
Et FERDINANDUM *pleno sæpe intonat ore.*
Complet & illo alti semper vada maxima ponti,
Et penetrat quà hærent flammata corallia trunco
Et fundum quo alto lapidascunt germine cogit.
Atque ubi candidulis perstat concha ardua gemmis:
Quæ niveis granis pelago dat Punica mala
Stemmate stant nullo, sed Regia stemmata cingunt
Nereides perturbat ibi : Phocásque feroces,
Æquoreum & cœlum distantis vocibus arcet.
Hunc venisse inquit, terrarum in numen amœnum
Principis esse auram, Regumq; notabile sydus.
Quo virtus fulgere cupit, tellúsque micare.
Et totum semper flammis ardescere cœlum.
Hunc esse Austriacæ stirpis jubar undique clamat,
Hunc & in immensas natúmque datúmque procellas
Hostibus & Martis fulmen, fideíque futurum.
Hæc sensit mundus, finibus quoque sumit apertis
Hunc natum gaudet : tantum & miratur ubique
Et majestatem quam vultu projicit ipso
Voce probat, dextráque colit, tutatur & ense,
Et totis semper defendit viribus ardens.
In quo tanta videt, quanta haud se cernere censet
Quæ vix esse queant : nec jam consistere in uno
Unus habet Princeps, Princeps & suscipit unus.
Datq; unus, multusq; auget, sibi plurimus ornat
Præcipuos generis secum nam ducit honores.
Quæq; omnes uno secum duxere favore
Omnia conjunxit, sibi cuncta coëgit in unum.

Atque

Atque humeris etiam cunctorum pondera ducit
Pondera si subsunt quæ defert munera virtus.
His unus, multúsque subest sub robore Princeps
Sufficit & tantam Regum deducere molem.
Namq; corde gerit splendentia munera magno,
Non nisi corde suo possunt subsistere forti.
Non nisi fulta suis possunt quoque viribus esse
Principis & solum, ut sedem cognoscere pectus
In quo persistant, in quo sine limite degant.
In quo cunctorum referent quoque pectora cuncta.
Non alium sibi nosse locum fateantur ubique.
Hæc, fama, ut divina tonat, nequit addere plura,
Nec sunt plura quidem, quæ vel fama addere poßit
Et si addit, quæ forte potest nihil amplius usquam est
Absolvit quoniam tanto sub Principe cuncta.
Quæ dare, quæ & multo potuit subducere cantu.
Dum tuba supremis sonuit cita vocibus ingens
Detulit & veros, quos concipit Austria casus.
Quosque sua dat prole sacros, quos tollit in axem,
Quos cunctis profert, quos summa potentia fecit.
Quos lingua dulci dulces sonuere Camœnæ:
Qui & varijs toto patuerunt Vatibus orbe.
Quos fœdavit atrox nulla caligine tempus,
Nec potuit delere solum, nec perdere cælum
Hos, quid enim laniare potest, quid tondere tandem:
Quos manus Austriaca, æternis dedit æmula Divis
Et semper felix sacris ornatibus auxit
Et quos fama suo lituo sacra detulit unco.
Multiplici in cunctos devexit voce tonanti
In quibus impressa est veræ virtutis imago.
In quibus aurà nitet, quà vivit spiritus orbis
In quibus & virtus splendescit prospera mirè.

Et terit aßiduo molimine colla superba,
Et summis celebrat fulgentia sceptra trophæis.
Et Regni læti vibrantia frena capeßit.
Torquet & ora feræ, & duros quoque comprimit artus.
Vocibus hæc dixit gratantibus aurea fama
Hæc resono intonuit nitidißima gutture gesta.
Quæ clarius DEUS *ore potest exponere dulci*
Hæc si ferre queam, propria & deducere lingua,
Principis hic gravius nunc tanta encomia surgent.
Nécque dicta patent, forsan dixisse putabo
Ore novo dicenda quidem modo dicere nitar:
Nam novus hic campus sese offert laudibus amplum
Cui sulcos formare potens solùm audet Apollo.
Musarum & terere ingentes ibi vomere glebas
Figere & ingenij divinum robore aratrum:
Eloquij & stirpes radicitus inde subire
Hæc mihi jure novo cupientia pectora cogunt.
Hæc studio exornare sacro sermonéque culto,
Musarum auxilio facile est nova prodere verba
Quarum jus splendens vero movet omnia cursu
Membráque compellunt agitántque calentia Phœbo.
Harum jura viris, quibus est nihil orbe negatum.
Cœlipotens queis sceptra dedit rutilantia mentis
Atque inter superos, præstantes sustulit illas
Conspicuasq́ simul divinis artibus auget
Atque ut præsideant illis quoque numine, fecit.
Principibus quæ facta canant, quæ Vatibus ora.
Impellant, verbísque novis resonantibus ornent
Si FERDINANDI *studeant sacra dicere gesta,*
Quæ vel solæ illæ poterunt, vel prodere Olympus
Quæ nequit humano tellus cognoscere sensu.
Læta dies nunc orbe micat sub Principe tanto

Quo Romanæ acies, cœli sibi culmina spondent
Et leges Latiæ vivunt, fulgéntque Curules
Aurea Romuleos celebrat quoque purpura fasces
Quam chlamyde assumit Princeps, quamq; intulit altis
Fusam humeris, qua vertit humum, qua & sydera flectit
Quam Sophiæ filis attexuit alta Minerva,
Et manibus niveis mirè dea complicat ipsam,
In peplum affinxit, qui purum imbibit ostrum.
Ardenti & nectit pendentia stamine fila.
Finxit acus divina poli fastigia peplo.
Nam vestis secum stellanti tegmine fulget,
In quo etsi stellæ vario sub lumine perstant
Unum esse inspicies peplum solum undique sydus,
Unum astrum filis secum radiantibus ingens:
Aut dices Solem, vel Solis imagine stellam;
Quam FERDINANDUS *præfert sub veste rubente.*
Atque oculis nitidis, ceu Sol facis orbe, figurat
Quámque uno ille oculo, Princeps facit ipse duobus
Ne toto similis fieret sub lumine Phœbo,
Qui Phœbi est proles major Phaëthonte cadente.
Utq; Aquila immotis cilijs sibi conspicit ipsum,
Hoc septem geminus collis Roma emicat astro
Et Petri divina micant Capitolia summi
Quod triplici assurgit jam jam sub stemmate magni.
Regaléśque sinus sacra teget inde tiara
Cæsareum & numen, CHRISTI *dabit undiq; templo*
Hoc sibi Roma caput votis efflagitat ardens.
Hoc astrum, hunc Solem proprio cupit æthere ferre,
Quo Hispanum cœlum ceu sacro sydere fulget,
Atque alijs fundit splendentia lumina Regnis,
Oppositámque totam Luna sibi temnit in umbram,
Deficere hic quoniam nullo valet orbe reducto

Qui radijs mundum splendentibus undique lustrat,
Qui lætos dat luce dies, face sæcula læta.
Tempora & aßiduis sibi sublevat omnia flammis
Et sceptri miro ducit lætamine semper:
Nam fundit radijs ingentia gaudia puris
Quæ vultu præfert, clara & dat lampade vultus:
Hoc præsente quidem nequeunt horrere tenebræ,
Nec nebulis aër, nec tellus conditur umbra.
Consilio Nestor victores vexit Achivos,
Atque Agamemnonium distendit in æthera sceptrum
Hectoreos vicit gladios, preßitq; furores,
Et Paridis falso fregit connubia Divo
Quæ Argolica insonuit sacro chelys excita plectro
Ausoniusq; simul dempto sonus extulit ore.
Nunc quo consilio Princeps affulgeat ingens
Quam spem constituat, quam palmam spondeat altus
Non si Nestoreis studeat facundia labris
Dicere, tot dicet: quot tanto Principe splendent.
Est puer, hoc fateor, sed tanto est pectore magnus.
Ut sit mente Gigas; divinis viribus Atlas:
Consilij & radijs Regnum sustollere cœpit,
Pectore jam tacito casus sibi prævidet omnes
Attentísque oculis rerum conamina currit.
Ingenio & sceptri vires firmátque tenétque
Ac si illum vario docuissent nomine Athenæ
Delphica & extulerit sacro Cortina favore
Gesserit & gremio puro quoque cæsia Pallas,
Alto & Mercurius decorasset numine summus,
Pegaseasq; hausisset aquas, Pindumq; bibisset:
Incipit ingenti terram moderamine mentis
Tollere & adversum legum conglutinat orsum
Fulmine & effundit durum Salmonea diro

Cogentem

Cogentem nubes, tonitrúque micantis Olympi
Elide fingentem, & sceleris jura atra probantem
Sanguinei fervens etiam premit arma Quirini,
Pacifico & sceptrum semper velamine cingit,
Et Capitolinas celebrat virtutibus arces.
Aßiduis secum vivit prudentia donis,
Quam verbis factisq; refert quam stirpe ministrat.
Et proavi, & deducit avi molimine sacram,
Quos imitans recto terras pede currere cogit
Iustitiam, & nullo deleri pulvere moto.
Quæ semper progressa gradu stetit unica fœlix:
Principis & pectus donis vestivit amœnis.
Cùm qua progreditur, sedem desumit & unam.
Non alio currunt diversi tramite uterque,
Alter ab alterius semper moderamine pendet.
Quamq; habet illa viam similem quoque conficit ipse
Sceptriferisq; ambo percurrunt greßibus altis.
Non est nomen idem, sed idem patet undique numen.
Consilio quod semper agit sine limite Princeps.
Principis quod habet parvis, sed pectore magno.
Quod veluti pontem, quo quis vada transeat alta,
Obijcit & fidei componit littora sancta.
Pons etenim jungit divisas flumine ripas,
Quas quisquis sicco tangit pede sumit & alto,
Flumina nec pulsis unquam natat humida membris
Sic pectus cunctis divini Principis astat.
Ut pons, qui infracto cunctos vehit undique motu
Cujus consilio consistunt littora vitæ
Et facile est tranare quidem cæca æquora mundi.
Qui quoniam ut pons structus adest tutamine sacro
Magnam Pontificis jamiam sibi vendicat arcem
Et sedem noménque simul meritúmque resumit,

Temperie Sophiæ, quod voto & dirigat omni.
Vafriciæ & mentis prudentem vincat Ulyssem,
Cyclopísque terat vastam cum robore frontem
Incolumes sociósque vehat claßémque reponat,
Legibus & sacris totum quoque construat orbem.
Qui nisi consilijs numquam sibi maximo spondet,
Nam nervos, quibus ille viget prudentia præbet.
Hanc & consilium propria ceu sede reducit,
Cujus ceu proles illam vocat una parentem
Cujus divino se noscit semine natam
Divini & lactis fragrantia mella bibisse..
Nam sine prudenti rerum moderamine nullus
Consilium vel habet, vel habet jura aurea mentis
Qua FERDINANDUS *jam cœli sydera tangit*
Jam sceptri mundíque vehit sacra pondera cuncti
Christiferúmque caput divino stemmate cingit
Qua fratris sine lite greges componit & arces
Et claßis sibi robur agit, subigítque profundum
Cærula spumoso contundit & agmine Nerei
Æoliósque simul toto fugat æquore flatus,
Atque arcto includit luctantes carcere ventos.
Et pelagi frænum gemebundo concutit ictu,
Omnia & æterno mentis capit indice puræ
Et trahit aßiduis mentis quoque viribus orbem
Qui cœli terræq; vias pede præterit uno.
Et Petri leges & Regni jura ministrat.
Purpureo has decorat semper celebratq; colore,
Has patrio secum deducit sanguine nexas
Atq; in utrumq; polum est, qui æquè quoq; cogit utrumq;
Et leni ingenio durum sibi subjicit orbem.
Magnus ALEXANDER *mundū qui contudit armis*
Atque alios superesse sibi, quos vinceret idem

Deflevit

Deflevit mundos animum & distendit in omnes,
Ut puer inspexit Græcis structa agmina turmis,
Quæ pater eduxit per fervida bella PHILIPPUS.
Cùm victor rediјt palma auctus, ovánsque triumphis
Ægro animo, ægra & mente tulit sibi sceptra relinqui.
Quæ vincat nulla, & cæco quoque Marte retundat,
Cùm quæ bella pater Mavortis robore pressit
Non illum pressisse ferat, non ense scidisse.
Tantus ALEXANDRO *insedit furor undique summo.*
Tantus amor Martis, tantus victoriæ & ardor.
Quo juvenis flagrabat adhuc, quo cuncta petebat
Maxima, & immensis totum sese obtulit armis.
Sic FERDINANDUS *parvum sibi censuit orbem.*
Et cœlum petiјt quod viribus occupat ipse.
Sic pater illi astat magnus, validusq́; PHILIPPUS.
Augurio & simili Magni sibi nomina sumit.
Quique animo, qui mente subest magnúsque potènsque
Et qui consilio majorem nescit in orbe.
Si mundi variј vero quoque jure fuissent
In cunctos uno se funderet impete Princeps,
Atque pari cunctos summus virtute subiret.
Quos animo regeret, quos legibus inderet altis.
Quos sceptro, titulóque suo subscriberet omnes.
Sic animus vasto subsistit pectore semper.
Nec saturo perstat, per tot sacra munera, corde,
Sed tamquam vacuis finibus petit astra polorum.
Quæ complere queant quod cordibus advehit amplis.
Principis est magni sibi nil satis esse putare.
Et quæ mente videt toto sibi sumere Marte.
Seu cœlum, subeátque simul Iovis inclyta tecta,
Empyreósque polos vario conamine scandat,
Terrestres temnat colles, montésque supremos,

Et pede quæ calcat non se digna æstimet esse,
Non unum subeat mundum, si pluribus instat,
Et Solem propria tandem quoque sede repellat
Astra petat, summúsque volet, terat æthera Divus
Imperij & fines cum cœli limite cingat
Astra suis etiam sceptris admisceat alta
Ut FERDINANDUS *qui major protinus orbe*
Nititur egregiis cœlestia condere factis,
In cœlos & sceptra pios deducere magna,
Complere & summis sua candida pectora cœlis,
Et nihil in terris censet sibi vivere posse
Cui vita est cœlo, cui cœlum denique terra.
Iam geminis natura subest huic laudibus alta
Cui pia concessit duplicatis munera factis.
Felicíque dedit nimium dona aurea dextra
Quæ numeret nunquam Libyco sub pulvere littus
Nec Phrygio in bellis concussum milite vulnus
Fama duplex resono conclamat gutture gesta.
Hic fidei custos, hic est custodia Martis
Relligionis agit, Regni quoque maxima jura.
Maximus & spirat duplicata spiritus aura,
Scipiadûm fert corde truces agitante furores,
Cæsareos animos sub toto pectore voluit.
Audaces Marij sensus, dextramq; Metelli
Et Pompeiano desultat numine magnus
Caroleus stat mente calor, stat Romulus intus
Districtóque furit splendescens ense Rodulphus.
Et FERDINANDUS, *cui audax Germania cessit*
Maximus & rapidis se stravit fluctibus Ister.
Huic Gracchi studium, summusq; Themistoclis ensis.
Annibalisq; ardet prudentia magna Catonis.
Martísque est fulmen, pietas purissima Christi

Summus

Summus honos, virtusq; micans, animusq; supremus
Omnia divino splendentia Principe fulgent,
Quem duplici fatum naturæ roborat igne,
Ut qui corde duos nimium splendente refundat
Sæpe animos, geminétque animi quoque robora sacri,
Herculeasq; ferat mortali pectore vires,
Et Tyrio referat cœlestia jura colore:
Quo sydus, quo flamma poli micat aurea semper,
Auratísque ardet scintillis concita multis,
Et quasi divinis radijs splendentior exit,
Iam terris, jam cœlo astat, jam gestat utrumque
Montibus & sceptrum divinum conjicit altis,
Et saltu cœlos sceptri de collibus intrat.
Aureus & veste, atque animo aureus emicat ipse
Candida; quem virtus cingit, pietasq; benigna,
Et Charitum fulgor duplicato lumine vestit,
Sic Princeps virtute viret, sceptroq; potenti,
Sic hunc relligio meritis quoq; grandibus ornat,
Atque nitor generis, Soli jubar arripit omne.
Austriacúmque manu robur, desertq; cacumen,
Cui nec sorte quidem tristi fera fata repugnant,
Nec pietatis honos umquam sibi constitit hostis:
Nec vitæ candor non hunc sine limite novit,
Quem certis natura dedit sub legibus altum,
Nemo quo terris tandem queat altior esse.
Est sylvæ specimen virtus cœli inclyta gestis,
Quæ densis ut sylva micat, sæpe undique ramis.
Eminet atque alto super astra cacumine toto.
Monte tumet, frondente viret tota arbore circum
Præcipue & dulci ridet per jugera fonte:
Qui varijs strepit actus aquis, pictúsque lapillis,
Atque levi spumosus agit sua flumina fluctu

Herbidus atque fluit sinuosis undique ripis,
Nympharum & tenui delectat murmure pectus,
Quo sonat injustas unda excurrente querelas,
Assiduósque vocat cunctorum in guttura potus,
Et rivo fluitante sitim delétque, premítque,
Dulcia & effundit lætantis gaudia vitæ,
Arva rigat, viridésque nutrit sub collibus herbas,
Atque omnem sylvæ plantis alit ipse decorem.
Hic currit, desultat ibi, jacet inde vicissim,
Squamosum & toto concludit gurgite piscem:
Pastoris quem rete trahit, rostro evehit ales,
Et toto levis amne fugit tela ardua mortis,
Atque brevi linquit rivi loca spumea saltu.
Obliquum & fons torquet iter, curritq; susurrans.
Ingentes solis depellens fluctibus æstus,
Et gregibus, ducítque feris sua commoda pastus:
Et quanto primo nimium se fundit ab ortu,
Tanto per campos exuberat amplius amne,
Haud secus hic Princeps sylva in virtutis amœna,
Quam cælum cælíque jubar circundat utrinque,
Et felix altæ naturæ germen opacat,
Et ramo accumulat per pratum divite totum.
Hanc sylvam ut liquidis fons semper concitus undis
Ornat, alit, vestit, decorat, ditátque, colítque:
Et quid non Princeps sylva in virtutis habebit?
Quid non tantus honos virtutis in æthera ducet?
Quid non Austriacum numen dabit utile sylvæ?
Ecce ut fons oriens cælesti monte refusus,
Et fidei percurrit aquis, cuncta irrigat illis,
Fluctibus & generis toto tumet amne coactis.
Spumosisq; alti nimium quoque murmurat undis,
Insonat, & toto strepitantibus amne lapillis

Excitat orbis opus cursu, & compellit aquarum,
Ad potum civésque vocat, populúmque reducit,
Et sylvam decorat ramis viridantibus omnem,
Nec vivit, qui ejus dulces non ebibit undas,
Quas generis ditat sacra & dulcedinis humor,
Quas virtus ornat divini rore liquoris,
Et quas conspicuo illustrat quoque gurgite sceptrum
Quas cogit sacra labens pietate pruina,
Inq; gelu densat, crystallum & conficit altam
Virtutis miræ suprema & clara potestas,
In speculum & cunctis præbet quo quisque vicissim.
Prospectet vultus, vitium quoque corrigat oris:
Noscat & effusæ tandem discrimina gentis.
Et nitidum miretur opus, stupeátque supremum.
Principis in sacro conflatum pectore summi.
Ex quo ceu dulci manant sacra flumina fonte.
Et liquidis orbem fœcundant fusa fluentis,
Et modo virtutis, mentis modo flumina mittit.
Jam generis sacros derivat gurgite fluctus,
Jam pietatis opes, jam sacri jurgia Martis
Naiadas & secum fusis alit undique rivis:
Quæ pede desultant læto, ludúntque per undas
Austriacúmque bibunt labris rorantibus amnem
Atque chorum formantq; sacrum, ducuntq; micantem
Principe & æternum educunt agitante decorem,
Atque ejus virtutis agunt dona aurea in omnes
Cujus divino semper flectuntur amore:
Cujus supremis semper complexibus hærent.
Victor ut effudit telorum viribus hostes
Atque acies Mavorte scidit populúmque fugavit.
Armorumq; truci cunctos molimine pressit.
Lætitia effertur summa, capitúrque superbo

Elatus studio, palmámque jubárque reposcens
Ipse caput toto sustollit vertice in altum,
Et quasi divini cœli facit excitus astra
Atque nequit proprio se pectore sistere totum.
Effluit atque oculis & fundit gaudia vultu,
Et secum lato gliscit victoria gressu
Incedúntque una palmis florentibus ambo.
Ambo volant, ridéntque uno feliciter ore.
Hoc fortuna facit, cum felix obvenit ipsa,
Ejus nam vultus cui ridet dulciter actus,
Et palmæ concedit opes, & gaudia vitæ,
Iuráque felici victricia nomine confert.
Hoc vultu, hac facie inspexit modo Principis auram
Et FERDINANDUM *victorem personat orbe:*
Non quod crudeli jam milite vicerit arma,
Sed quia forte nequit vel summo robore vinci,
Et quia jam sacro præcingit stemmate frontem,
Quam timet hostis atrox, quam diligit orbis & ipse.
In qua tota patet rerum victoria felix:
In qua & naturæ subsistunt commoda sacræ
Victor ovat, pia victor habet quoque munera cœli
Atque vt victoris secum latum evehit agmen,
Et palmam secum viridanti fronde resumit,
Et spolijs omnes detractis undique ditat
Atq; suum populum haud patitur prædam esse subactam
Atque premi telis, fundi nec viribus ullis,
Huic nam sophrosyne divino robore substat
Qua sibi cuncta regit, sibi cuncta atque allicit unus
Et vincit summos hostes, & dejicit arma,
Illi quæ ærato subsistunt splendida conto
Ancipiti atque acie, & supremis viribus horrent.
Quæ dum forte vibrat dextra, & jaculatur ubique

Aura

Aura ſtrepit Mavórſq; timet, fugit horridus hoſtis,
Et quaſi ſcintillis venti vaga verberat antra.
Ejicit eximios, cunctos domat, excutit alta,
Et ſibi jam natos ſpondet turbare tumultus.
Nam FERDINANDUS *non ſtricto deterit enſe*
Conſilio ſed cuncta agitat, mente omnia vincit,
Hæc illi eſt enſis, qua lethi exſuſcitat ictus,
Quáque hoſtes populúmque ſuum flectítque, beátque.
Nam Princeps aliud non debet fundere telum,
Vel manibus valeat trucibus, validiſq; lacertis,
Quam mentis ſtructam in cunctos apponere molem
Hæc agitat, juſſúque movet, viq; incutit atri
Mens quoniam major ſubſtatq; potentior enſe.
Quod mens nempe nequit, nequaquam conſtruit haſta,
Qua regitur, ſævóſque ictus dimittit in hoſtes,
Nec palma eſt ferri, inſligit quod vulnera dira,
Sed mentis, quæ illud per vulnera duxit amara.
Ære hoſtes diros magnus concuſſit Achilles,
Et Laërtiades mentis telo ejicit hoſtes,
Viribus ille poteſt, Martis moderamine & alti
Artubus, & vicit rapidis, preſſitq; toroſis:
Et validis agitata ſcidit quoque prælia nervis.
Ingenio, ſed monſtra premit divinus Ulyſſes.
Circæo & ſuperat fera pocula plena veneno,
Et ſude combuſta Polyphemi concutit orbem.
Extrahit & ſocios, lethali atque evehit antro,
Æquore & eduxit læto, portúque reponit.
Littoris & fulvas cogit pede tangere arenas,
Et mortis ſævum vitare, & temnere caſum:
Nam quæ mens vero componit jure coruſca
Et ſubſtant vitæ, mortis deléntque ruinam,
Et teli cujuſque premunt fera robora diri,

Atq; hostem effundunt, magnum turbantq́; Gigantem,
Atque terunt sævæ lethalia pharmaca mortis,
Præstitit hoc Princeps, quo nata est tota voluptas,
Et quo vita subest, ingens bellumq́; fugatur,
Et quo virtutis succrescunt robora puræ,
Quo mentis radios in casus fundat obortos
Vix dicet quivis, nec verbis efferet Hermes.
Semper habet sociam secum comitémque Minervam,
Et tanta Princeps lætatur virgine semper,
Cujus & ora videt, cujus quoque pectore vivit,
Atque ejus gremio gaudet sumpsisse soporem.
Effusumq́; simul sacrum tetigisse cubile,
Et niveis aptasse semel sua stragula membris
Conjugis & munus summo servasse pudore,
Lascivæ & mentis luxus pressisse superbos,
Sed dulces tunc mentis opes sumpsisse sacratæ,
Inq; illam fixisse simul sacra oscula semper,
Dulcibus atque ejus pendentem hæsisse labellis,
Mellitumq́; illis jam tandem hausisse liquorem,
Quem vomit ore suo, finibúsque eructat adactis,
Et sacram toto eructat quoque corde phrenesim
Qua mundi sibi sumit ovans celebrata trophæa,
Et qua relligio nimium sibi sydera spondet,
Quæ Princeps effusa suo dat lucida cœlo;
Et veluti magno dimittit fulmine in orbem,
Quod mentis fornace coquit, dextráque retorquet:
Ingentis multoq́; ciet conamine nervi.
Hanc Princeps Sophiæ sacro munimine sepit,
Prima elementa subit, quæ sunt fundamina mentis
Cadmæámque colit nigra lolligine prolem,
Atque artis solvit præstanti pectore nexus,
Assequitur Romana suis idiomata pennis.

In cœlos

In cælos queis ipse struit fabricatque columnas,
In quibus excelsus Musarum splendeat æther.
Et toto Phœbus splendescat lumine purus,
Et Latio quæ lingua sono strepit incita sacro
Hæc sedet ore suo, hanc tentat quoque nectere labris,
Quam noscat; moveatq; illis, multusq; profundat,
Romulei quatiat qua splendida tecta theatri,
Cæsareósque vibret sensus lingua auctus eadem;
Imperij & sumat voces, quibus insonat orbis,
Quosque Aquila summo celeres vexere volatu:
Inq; Iovis misere latus, sedémque supremam
Et sacro posuere loco, sceptroq; potenti
Maxima quæ mentis struxere volumina magna.
Iam vario hunc studio jactatum laudis avitæ
Et volucres animare ausum sermonibus auras
Assumit Phœbus, cœpitq; educere in altum,
Mercurij atque alis attollit in æthera purum
Eloquium, qui forte dedit sermonis & arcem
Atque illi Veneres fudit, mélque omne loquendi
Florentis Sophiæ & virides dedit ipse lepores.
Labra sales, dant corda Deas, verba ipsaq; Phœbum.
Musarum est Princeps, quoniam multa hortulus arte,
In quo Musa canens sedet alta Principis umbra;
Et læto currit fontis liquor undique rivo.
Oris quem fluxu compellit Tullius ingens
Inde ut olor cantat divinos gutture versus
Musarum & pangit numen ceu dulcis aedon
Et numero astringit, quem solvit pectore cantum
Et quasi Threicio deflectit pectine cunctos.
Pectore nam condit suprema oracula Vatum,
Et parvo divina sinu sibi suscipit astra
Ingenij obtendens alta in miracula vires,

Quæ ſtupet & mundus, quæ etiam miratur Apollo.
Nam niſi ſupremum nihil eſt quoque Principe dignum
Mirifico qui ſæpe ſonat modulamine Phœbi.
Ipſe novem condit ſacrato pectore Muſas,
In quo ſicut apes nectunt flaventia mella,
Ejus dum libant roranti germine flores,
Atque favos Sophiæ claro ſub Apolline cingunt,
Quæq; ſuum diſtendit opus munusq; miniſtrat.
Intrare & tanti dignantur Principis hortum,
Hyblæo qui ſæpe viret ſub germine ſacro,
Et Cyprias ſuperat florentes arbore ſylvas
Alcinoi & campos divinis præterit undis,
Et prata Heſperidum vincit ſplendentia pomis:
In quo naturæ ſumma manus emicat arte,
Et ſemper florent gemmantibus omnia ramis,
Queis pendet virtus; pietas quibus una vireſcit,
Et modus & juſtis ſemper prudentia cauſis,
Candidaq; effuſis ſtat gratia floribus ipſis,
Muſarumq; chorus læto pede ſaltat ubique,
Atque pari viret herba gradu riguisq; fluentis
Flava Ceres ſegetem, nutrit quoque Pallas olivam,
Et myrthi puros alit ipſe Cupido corymbos,
Laſcivasq; jacit per maxima jugera baccas,
Quas Venus in lætos ſibi ſuſcipit aurea fructus,
Et tacitos illis nimium quoque ſuſcitat ignes,
Quos ejus vitreus, dum fervent irrigat humor.
Iuſtitiæ faciem niveo candore micantem
Auratisq; comis, divino in vertice tectam
Occluſo & cunctos ſpectantem lumine ſemper,
Virtus ſecum offert, comitem ſequiturq; cupitam,
Et caſu libratæ æquo trutinantur ubique,
Quæ Regni extollant rutilo tecta inclyta ſceptra,

Atque

Atque animos populumq; sacris quoq; legibus augent
Magna & firmato deducunt præmia jure,
Regia queis fulget ceu puris aurea flammis,
Imperij & soboles flammantem scandit Olympum:
Illa suum divino ornat sibi jure tribunal,
Et clausis oculis patulas accommodat aures,
Dumq; caret manibus semper cuncta accipit una,
Atque rubra se veste tegit, nam purpura Regum est,
Et gladio effusum circumfert ipsa cruorem.
Astreæ quo nomen habet splendentius astris,
Et Themidis frontem niveo dedit ore serenam
Qua tranquilla Dice casus circumspicit æquos,
Nec sceleris patitur mundum nigredine tingi,
Nec dextra vindicta truci sibi perstat inulta,
Nec sine morte lues, virtus sine merce nec ulla est,
Quæ semper toto florescit candida mundo,
Nulla timet, nihil ipsa fugit, secura superstat;
Virtuti quoniam quæ vis, quod robur & obstat?
Et quid sorte potest illi crudeliter hostis
Esse vel adverso bello consurgere in illam?
Esurit, hoc certum est, sed non sibi deperit unquam,
Et membris quoque nuda riget, sed Sole calescit.
Omnia contemnit; nullo at contemnitur ipsa,
Nam si dura fames totis premit artubus illam,
Illa suo contenta penu, sibi Regia substat;
Mercesq; ipsa sibi, Regum est quoq; munus, & aura
Non hostis gladios horret, non tela Tyranni,
Principis hæc dextra est, pectus quoque Principis ipsa.
Hac opus, illo effert, quidquid sacra Regna ministrat,
Quidquid habet sceptri mundum crementa per omnem,
Quidquid in astra vehit summi conamina Regni,
Atque inculpatum quidquid dat Principis ausum,

Nam FERDINANDUM *poterit quæ offendere culpa?*
Quod crimen? quæ causa doli? quæ denique sordes,
Aut maculis mentem, aut poterit fæce ungere pectus
Iustitiæ qui jura colit, qui in sydera vexit
Virtutis, qui flamma ardet, se & purpurat omnem,
Indolis & sacræ qui mirus munere fulget?
Iam puer excultam Themidis gerit undique dextram,
Qua sibi jura vibrat, qua & juris fulmina torquet,
Atque æquum sceptro nimium quoque temperat æquo,
Et libramentis semper regit omnia legum,
Et quas crudeli durus Draco sanguine scripsit,
Miscuit & vario pœnarum jure Lycurgus,
Miti condit ope, & sacra quoque sublevat aura.
Non tam Regna metus, quàm semper præmia servant
Principis atque animos toto favor explicat orbe,
Qui virtutis opes thesauro condit opimas:
Nam nihil ipsa nimis noscit, nilq; amplius æquo
Æquali quæ se circundat limite semper,
Obtegit, & nullis fulgentia pectora gyris,
Nec flexus obliqua urget sine jure reductos,
Nec veri vires præter sua jura refringit.
Hæc sunt Austriaci rutilantia munera sceptri,
Hæc FERDINANDI *referunt dona aurea summi,*
Hunc hæc sæpè colunt, hæc hic comitatur ubique
His hic subsistit, vivunt hæc omnia & illo
Et sese inspiciunt ceu Phœbum candida Phœbe
Et terra empyreos semper circumspicit orbes.
Sumit ab hoc virtus, sub Principe vivere claro,
Ex illa & Princeps, virtute nitescere mira,
Atque uno cuncti sic ornant pectora vultu:
Sic uno curruntque gradu, gressuq; sub uno,
Diverso & tandem gradiuntur tramite numquam,

Queis

Queis una est semper distinctis semita signis
Quam Romana olim calcavit Regia prolés:
Augustus justo preßit pede concitus æquus.
Claudius instituit, liquit Nero, Cæsar abegit.
Civili & populus concußit lite coactus,
Et tritam armato vastavit milite Sylla,
Qualibet acta cadit presso Respublica jure.
Claudicat & cæco figit vestigia gressu,
Dum legum despectus honos jurisque potestas
Nullo instauratur tutißima Principe magno,
Vivunt regna quidem summis animata trophæis
Principis & summi, vehementi prædita corde
Regnorum, quoniam Princeps est spiritus ipse,
Quorum ipse est motus, quorumpatet halitus omnis,
Atque auram Princeps, quam toto pectore ducit,
Regna trahunt, vivúntque suis quoque flatibus ipsa,
Atque eadem admittunt, si sunt contagia cordis,
Et sceptrum morbo fusum quoque torpet eodem,
Quem simili inpectus semper sibi gutture sorbet,
Et quem Rex servat, Regnum hunc quoq; servat honorem,
Fœlix si virtus illustrat viribus illum,
Iustitiæ & vultus si illum quoque conspicit altus.
Riparum fluvius dum limina præterit ima,
Atque tumens undis mergit sibi littora nota,
Non Bacchi soboles tuta est per jugera campi,
Non Cereris meßis, flavis concreßit aristis
Pandore, aut dulces florescunt arbore fructus,
Vastato sed agri sulco pereúntque, ruúntque,
Nec pinguis secum fœcundat semina gleba,
Obruta deficiunt naturæ pondera prata,
Stipato pariter fœdantur & omnia limo,
Et suffocatis pereunt quoque stirpibus arcæ,

Non aliter si culpa viget, si crimina turgent,
Et si virtutis linquuntur littora sacræ:
Non Regnum, non sceptra suo vel jure fruentur,
Non Princeps poterit lætam diffundere pacem.
Iustitiæ & veros secum exercere favores,
Tunc Regni mors certa subest, cum jura labascunt:
Sicut Romanis jam contigit Arcibus olim,
Quæ sua per terras fuderunt mœnia cunctas,
Nec circumscribi potuerunt jure Senatus,
Patricióque simul miserunt crimine fasces,
Dulcia nec legum, norunt juga denique plebes,
Nec facinus didicit gressu mansuescere justo,
Non hilaris læti perflavit temporis aura;
Frigora nec pulsis tandem cessere pruinis,
Crimina dum laxo secum erupere flagello:
Inq; urbes cædes vitijs venere vocatis,
Tot mala, tótque neces fert Principis horror iniqui.
His plagis concussa gemit secum obruta tellus,
Et raro novit divinum Principis ortum,
Illam qui egregijs evexit legibus actam,
Illam qui miris virtutibus objicit astris:
Quam vel jure sacro divinam reddidit omnem.
Pauci sunt, donis coluit quos Iupiter istis,
Et si qui substant, cunctis est clarior unus,
Nunc FERDINANDUS *qui alto Iovis æthere fulget,*
Qui virtute nitet propria, & splendescit avita
Commoda qui in terra natus sceptra aurea gestat
Legibus & mundum, summum & moderatur Olympũ.
Sarranoq; rubet ceu stella hic nobilis ostro,
Vt fulmen numenq; Iovis, fulgórque polorum,
Quem natura suis decoravit dotibus altum,
Quem vel jura vocant dominumq; patremq; jubarq;

Relligio

Relligio quem summa sacris ornatibus auget,
Et quem justitiæ miro libramine pondus
Divinis æquum semper conatibus effert,
Et tot dona refert Princeps modo tantulus ore,
Quæ numerare queat, numeret si sydera nullus
Explicet & nullus nullusq; recenseat illa.
Ergo fas Musæ est presso nunc ore silere,
Æqua aderunt Vati tranquilla silentia fesso,
Rimosam in portu jam tandem sistere navem,
Præsertim qui nauta canit, tanto obsitus æstu,
Vel debet prorsus subito tanto æquore mergi,
Quod nullis poterítve triremibus inde subiri
Transirive, ratem moveat nisi Iupiter ingens
Mœonio non ore dabunt encomia Vates,
Non lyra Phœbæo laudes cita pollice fundet,
Vocali nec fronde virens celeberrima Quercus
Quæ frondente DEUM trunco sæpe insonat altum,
Nam FERDINANDUS Vates superatq; premitq;
Obstruit ora virûm, laudum & molimina frænat
Principibus qui mirus adest, mundoq; polóque,
Cui laus est virtus, quem virtus laudibus ornat,
Quem genus & virtus tollunt, tolluntur & illo,
Austriacum & numen, ceu cœlo, Principe gaudet,
Hoc & terra micat, cœlum nova sydera format,
Iustitia & veràm spondet Regno indere sedem.
Hoc Italus florere cupit, Germanus & atrox,
Hoc Musæ, hoc Phœbus per culmina summa feruntur.
Æneadûm genitrix dulces huic apparat arcus,
Quos hic sæpe sui in cunctos jaculetur amores,
Dulcibus & cunctos quoque torqueat ignibus idem
Non urat, sed luce sacra splendescat ubique.
Quæ dum forte micat jam tanto Principe nata

Et multo secum fœlix Tagus instrepit auro
Atque has insonuit formosus Turia laudes.

AD AVGVSTISSIMVM, & Invictissimum Philippum IV. Hispaniarum, & Indiarum Regem,

Vincentij Marinerij Valentini

ἘΠΙ΄ΓΡΑΜΜΑ.

ΗΓΕΜΟ΄ΝΩΝ νικᾷ ὑψίδρομος ὅπλα Φίλιππος
Ἄρεος ἄσβεστον χερσὶ σθένος φορέων.
Παντελέως σκήπτροιο λαχὼν χρυσεῖυ ἀνάσσα.
Πάντων γὰρ κρατέει καὶ μέγα εὖχος ἔχει.
Τεύχεσιν ἐσπερίης μεγάλους ἀπεκαίνυτο Ἰνδούς
Καὶ κόσμοιο φάος τοῖς ὑπέθηκε ποσίν,
Νίκει ἐπ' ἀδόξῳ ἔβη οὐρανὸν ἀστερόεντα
Ὀξέας αὐξήσας ἠελίοιο μύθος.
Νικάων φανερῶς πέλεται πολυπάμφαος αἴγλη
Ὅττι κράτος πολέμων νικῶ γλυκύδωρον ἔλε.
Τοῦτον δῶκε Θεὸς πάντων σημάντορα λαῶν,
Ἐχθρὸν δυσνομίης, θαῦμα δὲ τῆς ἀρετῆς.
Στέμματα πολλὰ φέρει πάσης ἐριγηθέα νίκης,
Εἰ πολλοὶ δὴ ἦσαν κόσμοι ἅπαντας ἔχοι.

EPI-

EPIGRAMMATIS Græci interpretatio.

ARma Ducum superat volitans super astra PHILIPPUS,
Maxima sub manibus robora Martis agens.
Aurea sceptra ferens sæpe omnibus imperat unus,
Cunctos nam vincit, fert sibi & omne decus.
Armis Hesperiæ robustisque subdidit Indos,
Mundi & sub pedibus vel jubar omne locat.
Illustri palma rutilantem scandit Olympum,
Et Solis nitidi lumen adauget idem.
Palmarum fulgore micat nitidißimus omnis
Bellorum quoniam dulcia jura vehit.
Hunc dedit ipse DEUS *populis ut præesset ubique,*
Virtutem ut decoret, torqueat utque scelus.
Supremis etiam fert multa trophæa coronis
Mundi alij si essent vinceret ipse sibi.

AD AVGVSTISSIMAM ET INCLYTAM ISABELLAM Hispaniarum & Indiarum Reginam EPIGRAMMA.

DIVINIS *thalamos ornat toto orbe Tonantis,*
Semideos utero fert quoque corde Deos.

Hæc ſacra perfecit terra & connubia cœli,
Et Iovis ingenerat fulmina magna ſui.
Ille Aquila in cœlos, oculato hæc Alite ſurgit
Æthereis pennis ſydera & ambo volant.
Cyprius hanc cæcus, telo flammante, ſubegit
Aſtriferum preſſit quo ſacra Iuno Jovem.
Qui ni eſſet cæcus tanto illam arſiſſet amore
Ut radijs poſſet cernere cuncta ſuis.

AD SERENISSIMVM Infantem Carolum EPIGRAMMA.

VT Martem virtute altum ſibi ſumeret orbis,
Stirpe ſatum Auſtriaca Juppiter ipſe dedit.
Amphitryoniades illo viget undique ſummus
Biſſenis palmis cui decus omne ſubeſt.
Et nomen, numénque probat, genus eſſe Deorum,
Parvo immortales fert ſibi corde faces.
Carolus eſt Charitum proles, Marsq; ipſe ſupremus,
Nomine at hæ ſplendent, viribus ille micat.

AD SE-

AD SERENISSIMVM Infantem FERDINANDUM Epigramma.

IN ſupremum olim Ganymedes raptus Olympum,
Unco Aquilæ ſcandit maximus ungue polos,
Ut Iovis ad menſam ſacra pocula ſiſteret alti,
Divino allexit dulciter ore Deos.
At FERDINANDUS *Tyrio circundatus oſtro,*
Ipſe Iovem in menſam ducit ab axe ſuam.
Oris nam facibus ſic Phœbi lampada vincit,
Ut jubaris cœlum vel dare jura putet.

Ad Sereniſſimam Infantem Mariam EPIGRAMMA.

IAm teneros arcus, ducitq; Cupidinis ignes,
Hos cilijs, illos undique fert oculis.
Ore Venus non corde quidem : ſed mente Minerva
Hoc mundum, hoc cœlos vincit, agitq; ſacros.
Hæç dum jam Triviæ in cœtum ſe denique transfert,
Atque feras ſuperat, torquet & una viros.
Hæc Reges paritura ſacros ſibi condit amores,
Cæſaris ut proles, Cæſaris utq; ſoror.

AD

EXCELLENTISSIMVM

& Illustrissimum Principem D. Ferdinandum de Ribera, Alcalæ Ducem, Marchionem Tarifæ, Comitem de los Molares, &c.

EPIGRAMMA.

OMNIA cum tecum referant maris omne profundum,
Littoris hinc decuit nomen adesse tibi.
Nobilitatis enim circumfluis undique ponto
Ingenij & vasto fluctuat unda sinu.
Divitijs pelagus terras velut alluis omnes
Et multis Musas allicis ipse libris.
Virtutum fulvis generis bibis ardua arenis,
Gestorum tangit quas nimis alta rates,
Inq; his firmatur Phœbo cum robore portus,
Quem Musis multo littore solus habes,
Quæ quia vel tecum substant decet inclyte Princeps,
Vt littus currat non nisi nauta tuum.

Aliud Epigramma.

ET Phœbus, Phœbéque regunt vaga lumina cœli
Hæc noctu lumen, dat jubar illa die:
Et quem dat noctu sumit de fratre nitorem,
Nam nescit fratris linquere jura soror.

Sic

Sic FERDINANDUS *tecum jubar objicit orbi,*
Absque illo haud poteras nam dare lucis opus.
Ut Phœbus nitet ille quidem tu ut candida Phœbe,
Namq; ejus curris tu super astra rotis.
Ille diem Hispanis rutilantem conflat in agris
Tecum nulla solo, sed tamen umbra subest.
In te & dum radijs mittit sua lumina Phœbus
In te terra videt, quod quoque Phœbus habet.

AD ILLVSTRISSIMVM ET RELIGIOSISSIMUM P. F. D. Martinum de Padilla Adelantadi majoris Castellæ filium, & Augustiniani Ordinis ornamentum, &c.

EPIGRAMMA.

EXSVRGIT *natura tuo dimota volatu*
Cæli dum summo sydera corde petis.
Nobilitate volas divinis concitus alis
Relligione polos summus in axe subis.
Hac duo te invicto ducunt per summa nitore,
His quoniam summus sæpe duobus ades.
Et tanto in rutilas revolas citus aëris arces,
Æolus ut timeat, ne tibi sede cadat
Esq; oculis cunctis nulla visibilis arte,
Dum celeri volitas relligionis ope.

Nam dum per cœlos tua se vehit incita virtus
Phœbæa semper stat face splendidior.
Est nihil excelsum, quod sic petat æthere culmen,
Namq; inter summos culmina solus habes.
Ergo volas nimium ut sacris talaribus Hermes
Dedalus ut pennis, fulmen & ut radijs.

AD

EXCELLENTISSIMVM

& Illustrissimum Principem D. Franciscum de Castro, Comitem de Lemos, & de Andrade, Marchionem de Sarria, Ducem de Taurisano, Comitem de Castro & de Villalva, &c.

EPIGRAMMA.

HEROVM dum gesta tonat vox ærea famæ,
In laudes solum respicit una tuas,
Cæsareos vehit illa sinus, decus insonat orbis
Maxima dum tecum se celebrare putat:
Astra petit pennis, cœlum quoque concutit ære
Hæc quoniam tecum vel nequit ire minus.
Sic etenim tanto jactat sua nomine facta
Vt solus vocis sis sonus ipse suæ.
Ergo ubi fama tonat, sine te nequit illa tonare,
Ejus nam meritis grandibus ora reples.

Ambo

Ambo etenim certatis item pro vocis honore
Nomen ut illa sonet, nomen ut ipse feras.
Te FRANCISCE *tenet flatu, quia flatibus ejus*
Illam dum spiras, tu super astra vehis.
Illa igitur resonat, quantum se & cantibus auget
Tantum quæ celebret, sunt tua facta sibi.

AD NOBILISSIMVM VIRUM D. IOSEPHUM FRANQUESAM Comitis Villalongæ filium, Epigramma, in quo prima littera cujusque dictionis nomen ejus refert.

EPIGRAMMA.

De Electis Ornas Naturæ Insigibus Orbem,
Supremas Effers Parnaßi Heliconidas Unus
Sidere Divino Effulgens, Fers Roboris Alti
Nomina Quæ Virtus Effert Sublimibus Armis.

AD NOBILISSIMVM Virum D. Alphonsum de Revenga perpetuum Arandæ Vexillarium & claro Alcantarę stemmate cohonestatum

EPIGRAMMA.

E*Xcussam Musis dum desers pectore mentem,*
Amplius in terris fert chorus ipse nihil.

Ut generis jungis Musarum stemmata juri
Ceu tua Crux lateri, sic tibi fama viret.

AD NEMESIM
Epigramma.

VIcta tuo te dente necas velut omnia mordes,
Nam quo quis vivit tu miserè ore peris.
Morde equidem rabiéq; ferox dirum evome virus,
Quo magis & mordes, stat tibi vita minus.

AD PRINCIPUM GLORIAM
Epigramma.

TEmpora marmor edunt incisa & nomina in illo
Fama sola potest gloria flare tubam.
Hæc virtute sonat, cita vocibus incutit orbem
Dumq; jacet virtus, tunc quoq; fama tacet.

Ad Musas Epigramma.

VIrginei sacro vobis stant pectore vultus
Et vos virgineo Phœbus amore colit.
Cunctis vos cæco modo munere proditis ipsas,
Nam sibi Parnassus vilia scorta tenet.

PROLOQUITUR APOLLO.
Epigramma.

ESt laus vera viris genuit quam candida virtus,
Virtus laude alitur, quærit utramq; decus.
Musa nihil, virtusq; parum, tenet omnia merces,
Laus abit ad Corvos, spe bona magna cadunt.

Vincentij

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS,

AD

SERENISSIMUM

CAROLVM STVBARDVM
Walliæ Principem, Magnæ Britanniæ Hæredem.

Ἀλλ' ἤτοι μὲν πάντα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Vincentij Marinerij Valentini
PRÆFATIO.

CONSPICVOS generis radios ſub pectore defers,
Nobilibus ſacrum queis facis ipſe diem.
Dumq; in ſplendeſcis rutilanti lumine fœlix,
Te veluti Phœbum territa terra ſtupet.
Hiſpano exoreris mirus ſacra æthere luce,
Atque orbem lucis nobilitate reples.
Antiquos quos lucis avos miratur Iberus,
Romanusq; colit, Africus ipſe fugit.
Geſtorum tecum tanto ſtat gloria jure,
Ut pateant decoris jura parata tibi.
Iamq; manu, jam corde acri, jam robore teli
Hic genus effecit maxima geſta tuum.
Atque animo ingenti fugitarunt acriùs hoſtes,
Per terrarum orbem, per vada ſalſa maris.
Nomine & horruerat jam tellus tota tuorum,
Quorum ſubmiſit viribus arma ſimul.
Et veluti Alcides clavâ ſcidit arma ferarum,
Nomine ſic ſanguis terruit arma tuus.
Quondam namq; fuit dum gens tua maxima telis,
Non tutus ferro conſtitit hoſtis atrox.
Herculeum perſtabat enim ſub corpore pectus,
Hiſpanum tenuit quo ſine lite ſolum,
Et velut ille axem ſtellanti pondere fulſit,
Sic tua gens orbem ſuſtinet Heſperium.
Iamq; opibus ſummos conſtruxerat undique ſumptus,
Atque Indi effudit fulva metalla ſoli.

Inq; decus Regum gemmarum effudit acervos,
Terra quibus toto canduit orbe stupens.
Viscere quos lapides generant conchylia pulchros,
Te decoris lumen perstitit illa sacrum.
Terrarum varios suscepit jure triumphos,
Et palma presśit munere cuncta sua.
Extendit titulíque jubar, noménque trophæi,
Quà nitidus nimiùm fulget uterque polus.
Nunc stat & æternis Hispania fulta columnis,
Gentis nam perstat viribus acta tuæ.
Hic ager, hi colles, hæc terra jugera magna
Sæpe tuæ servant nobile stirpis opus.
Et tibi de tantis tantùm patet undique nomen,
Ut totum posśis ipse replere solum.
Qui in te oculos vertunt, numen mirantur avitum,
Non audent tantùm cernere posse jubar.
A longè inspiciunt positâ sub lumina dextrâ,
Subdita ne tantâ sub face corde ruant.
Hunc animum ingentem, quo totum concipis orbem,
Cæsareas flammas undique ferre vident.
Hocq; altum virtutis opus, quo agis æthera totum,
Regales condit semper ubique faces.
Hic mentis splendor, quo Musam amplecteris ipsam,
Divini fulgens est nitor ipse chori.
Hic generis fulgor, quo sceptri subvehis arcem,
Cœlesti solem ditat in axe sacrum.
Ergo quidquid habes tanto stat numine tecum,
Ut rerum summâ stet tibi mente nitor.
In te etiam juvenis natura insplenduit ætas,
Ut te vel gremio sacra Minerva gerat.
Lacte suo nutritus enim dat pondera membris,
Quæ nequeat quovis vincere terra modo.

Prudenti ſurgit tecum pede candor ubique,
Et greſſus format maxima quæq; tuus.
Et ſic nobilibus virtus tua ſumma pateſcit,
Ex te ut de ſacro fonte ſuprema ferat.
Iam viridis nimiùm cingit tua tempora Daphnes:
Nam generis fronti ſtant ſacra ſerta tua.
Victores quondam vicit tua ſumma poteſtas,
Non patitur quoniam vis ſibi ſumma parem.
Oſtendit nigro ſtillantes ſanguine vultus,
Mavors dum telis ſubdidit arma tuis.
In te naturæ vis maxima promicat alta,
Te quoniam nullus altior eſſe poteſt.
Attingis manibus rutilantis ſydera cœli,
Quæ tuus inculcat ſemper in axe Leo.
Alta volas, altusq; nites, ſtasq; omnibus altus,
Poſtremo tanquam ſtes vel in orbe poli.
Clarius at te ipſo nil novit maxima tellus,
Aut genus, aut cernat geſta ſuprema tua.
Nam vigor hic ardens, quo maxima ſuſcipis unus
Eſt ſæpè ingentis indolis indicium.
Corda calent, animusq; ardet, tibi pectus & urit,
Et ſummo decoris flammet in igne ſinus.
Nam dum magna ſubis, non proles magna PHILIPPI,
Sic magno magnum nomine geſſit opus,
Et tua nobilitas ſic magnis artibus alta eſt,
Ut vel vix oculis ſubſtet ubique patens.
Iuliadum tibi ſanguis adeſt de ſanguine Regum,
Æneas valido quos dedit enſe ferox.
Queis Italos muros divino ſtemmate junxit,
Marti & conſtituit aurea jura tuo.
Troianos animos condit tibi pectore Mavors,
Quo quatias terras, ſi quatere ipſe velis.

Sylvius

Sylvius ille ingens ingenti est numine tecum,
Et tecum leges, juráque summa creat.
Námq; tui vultus candor, splendórque, nitórque,
Regales præfert semper in orbe manus,
Et sceptri tibi fræna patent, quæ jure gubernas,
Dum Phœbi currus dat tibi fortè locum.
Grandior in summo splendescit pectore virtus,
Ejus nam nimiùm gloria crescit ibi.
Principibus charum statuit fortuna supremis,
Principibus quoniam vita stat æqua tua.
Si spes magna fovet magnos sub robore Iberos,
Spes tua & in cælos jam Roderice vehit.
Tu Princeps, tu orbisq; decus, gentísque cacumen:
Præter te, nullis stat jubar orbe viris.
Et quod mente geris, tanto sub numine volvis,
Ut te stirpe Deûm quisque putet fluere.
Est tibi natura robur quoque robore natum,
Quo vel supremos allicis ore tibi.
Prospera dat pleno puppis tua lintea vento,
Nobilitas sacris est tua tuta vadis.
Hæc maris antra terit, calcat telluris & antra,
Atque illi substat hinc Thetis, inde Ceres.
Copia virtutum plena te messe perornat,
Et pulchro pariter stat tibi Musa sinu.
Phœbæas flammas divina mente recondis,
Quarum divino carmine jura vomis.
Militiam sequeris Musarum limine mentis,
Dux quibus aßistis, te & duce semper ovant.
Iungis nobilibus titulis quoque lumina Phœbi,
Nam sua jam tecum sydera Phœbus agit.
Poßidet ille tuo divinum pectore nomen,
Et te majorem nescit habere sibi.

Sub nostro axe micas, ceu summo Phœbus in axe,
Ille facis, tu alti plaustra decoris adis.
Princeps, Dux, miles titulis, conamine, stirpe:
Fers, condis, celebras nomina, gesta, genus.

AD

EXCELLENTISSIMVM Principem D. Franciscum Gomez de Sandoval, Ducem de Cea, Protarchonta Castellæ, Comitem de Santagadea, & de Buendia, Dominum de Dueñas, Præfecturæ Calatravæ Commendatarium, & Hispaniarum & Indiarum Regum à Cubiculis, aureæ clavis splendore ornatum, &c.

EPIGRAMMA.

SANDOVALIACVM toto jubar orbe refulget,
Atque sono fama concutit astra poli.
Astra poli tua scuta tenent, tanquam æthera summum:
Nec poterant scuto non nisi adesse tuo.
Quinque micant radijs fulgentia sydera tecum:
Nam quintum Martis fers tibi jure jubar,

Atque

Atque orbem illuſtras: ſic tanto lumine cunctum,
Quamvis Aſtra vehis, nox tibi nulla ſubeſt.
Tu Solem Regum ſtellis comitaris ubique,
Atque tua Regum ſtat face ſæpe dies.
Atque ut non Solis privatur lumine ſceptrum,
Sic etiam ſtellis non caret inde tuis.
Ante facem Solis cœli non ſydera fulgent,
Sed tua ſplendeſcunt Solis & ante facem.
Tu FRANCISCE geris, ſi quæ ſunt numina [illegible]:
Nam qui adfert ſecum ſydera, numen habet.
Ex his quinque micat tecum Cynoſura virorum,
Immota quoniam ſtat jubar orbe tibi.
Non obſcurantur, nec norunt illa tenebras:
Nam radijs ſuperant nubila denſa ſuis.
Nobilitatis enim tecum ſtat ſplendor, & ardor,
Quo terræ aſſiduus promicat ipſe nitor.
Sed non plura loquar; tua jam FRANCISCE tacebo,
Nam tua cùm taceo tunc puto plura loqui.
Stellarum at radij illuſtres quibus omnia ſolus
Sunt linguæ nequeunt quæ alta tacere tua.
Nec mirum linguas, rutilas tibi tradere ſtellas:
Cùm tua nec cœlos geſta latere queant.
Quæ ſicut linguæ reſonant, ut ſydera lucent:
Námque pates linguis ut quoque ſyderibus.

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS.

ANNVE Divino Princeps mihi Carole flatu:
Tu quoniam sacra Musa mihi, tu magnus A-
pollo:
Tu mentis formasq; lyram, cantúmq; reponis,
Æthera quâ summis quatiat tibi vocibus altum,
Immittatq; tuum stellanti nomen Olympo,
In quo fulgenti persistat sydere mixtum,
Et radijs Solem, terras fluxu augeat omnes.
Tu nostri numen summum modò carminis astas:
In te oculos mea vertit inops concussa Thalia,
Atque tuo quatitur, semper nimis excita, amore:
Audax téque subit, supplex te respicit unum,
Victa colit, fœlíxque videt, laudátque coacta:
Arma tuba, tua facta sono, vehit omine sceptra,
Et te immortali magnum stupet undique Marte,
Clarum animo, virtute acrem, gestisq; supremùm:
Quem nec linquit honor, nec nescit fama boatu,
Dum toto factis persistis maximus orbe,
Et superas sub stirpe Duces, sub Marte potentes,
In te & deflectis vel jura potentia mundi.
Hispanas Cereris florentes ubere terras
Pratis distinctas sulco viridantibus amplo
Composuit natura tuis modò gressibus omnes:
Quas calces, quas calce teras, quas lumine lustres,
Atque pedum tactu semper florescere cogas,
Et tua divino præsentia jure perornet,

Quam

Quam cernens Hispana seges miretur in ævum,
Et flavis decus omne tuum committat aristis,
Quas sua perpetuo fœlix terat area honore,
In qua jacta modò floret tua maxima messis,
Quam mundus lucratur amans, recolítq; requirens,
Inq; cibum decoris complet sacra horrea magni,
Et nihil in tanto non cernit Principe summum.
Nunc Hispanus ager fortunæ robore surgit,
Nunc videt evectos inter tecta astrea campos,
Angliacis sese jactans Heroibus auctus
Stirpe Deûm, decoratus enim nimis inde superbit,
Et claros pariter tangit quoque collibus orbes:
Non hostes, non horret item Mavortia tela:
Non animo curat Polyphemica robora magno,
Hostes seu studeant invadere corpore vasto,
Totáque desultet flammis Vulcania rupes,
Fulmineúmque ardens Martem sive evomat Ætna,
Armáque inhorrescant Romanis fusa lacertis:
Ut navis, quam ventus agit vada in ardua ponti,
Qui spirat nimium stridenti flamine fusus,
Carbasa & ejectis albentia flatibus implet,
Nereos & puppim lenis vehit unda natantem,
Et partim verrens spumas secat æquora remis,
Et lino tenuem disperso concutit auram,
Delphinúmque vias celeri natat excita cursu:
Sic Hispana manus telis viget aucta duobus:
Hoc à retro urget, státque illud durius antè,
Omnia & evincit, statuit si vincere cuncta,
Nec propè permittit casus accedere sævos,
Anglica si tentat perfringere robora cuspis,
Si vastare omnes vis summa Hispanica tentat:
Herculis ut corpus protectum pelle Leonis,

Ferrat atque manus monstra ejicit omnia clava,
Nec diris insurget aper jam dentibus horrens:
Sed neque multiplici invadet Draco vertice sævus.
Nunc quia multifluis cedens vel flumina Nili,
Seu tumeat cana pulsus nive littora tranans,
Undis seu currat cunctos pluvialibus agros,
Et Libyes hic stabit onus, nil pondere tentans,
Cuncta sibi commota timens mirabitur arma,
Unguibus æripedum siccas dum subdet arenas,
Atque alis peditum ut submittet culmina montis,
Et rabiem Hispano metuet dum pectore natam,
Cui sic robur inest, ut inest virtutibus aura,
Atque jubar famæ, fortunæ & palma secundæ,
Quam miles sequitur, proprijs & temperat armis,
Ingenij quam jura probant, virtúsque requirit:
Nam non fama vehit, quem non victoria tollit:
Non honor agnoscit, quem vis sibi prospera nescit:
Nam dubio stant fata modo. Tenet omnia virtus.
Elluctuat & varijs semper sibi casibus orbis:
Sunt hominum nam corda simul proclivia noxæ,
Et quos Mars cæcat ferro premit obvia clades.
Sola Themis divina fovet, dum jura, decúsque
Æternos indit motus virtutis ubique.

Est virtutis honor splendescens principis hasta,
Qua fultus clypeósque terit, thoracas & urget,
Cuncta potest: nam cuncta subit sibi candida virtus.
Hæc duo præstat enim, fulcit quem sustinet ipsa,
Ut quando lassus telo sibi constitit Hector,
Dum vires totis sumpsissent corpora membris.
In Troas defessus atrox hasta hæsit Achilles,
Atque Ægyptiacis hasta Pompeius in oris
Substitit, atque nova vires virtute refecit.

Est etiam

Est etiam munimen ovans pugnantibus illa,
Perforat, infringit, lacerat, ferit, incutit, urget:
Cuncta domat, subjecta secat, commota repellit.
Estq; salus domino, clades immitis & hosti,
Hasta obijt mirè confosso pectore Gracchus,
Subdidit & vitam dirus Iulianus ab illa,
Et telo varios Menelaus contudit acri:
Hispaníque Duces telo vicere cohortes.
Hoc igitur dum torquet honor, vibrat aurea virtus
In tutamentum, & noxam simul, irruit ipsum.
Iugera nunc istud jam munit Iberica magna,
Iam certa expungit superatum cuspide pectus,
Atque acie gemina secat hic, secat inde vicissim,
Adjunctus dum sceptra regit sibi Principe Princeps,
Et Tamesim sacro nimium Tagus ebibit ore,
Matritúmque videt sibi prata Britannica jungi,
Et calida admiscere sibi niue stagna rigenti,
Et flavis cirris ustos se nectere crines,
Atque lupam tentare sua sub pelle leonem,
Arctois dum nata jugis bibit inclyta Bœtis
Flumina, quæ dulci nutriunt sua membra liquore,
Et cogunt longos Pelagi tranare recessus,
Spumantésque sali nimium percurrere colles,
Et calcare avido multùm pede littora longa,
Dum Princeps tutò figit vestigia gressu
Telluris per dorsa sacra, sylvæq; venusta,
In quibus æterna Nymphæ stant arbore læta,
Panáque deducunt, quà ridens substrepit umbra.
Ingenio dum Musa tuo se vivere vidit,
Et quasi firma loco stabilem sibi sumere sedem,
In quam multijugas Parnassi verteret undas,
Arsit amore tui, dimisit Apollinis arcem,

Vincentij Marinerij Valentini

PRÆFATIO.

CONSPICVOS generis radios ſub pectore deſers,
Nobilibus ſacrum queis facis ipſe diem.
Dumq; in ſplendeſcis rutilanti lumine fœlix,
Te veluti Phœbum territa terra ſtupet.
Hiſpano exoreris mirus ſacra æthere luce,
Atque orbem lucis nobilitate reples.
Antiquos quos ducis avos miratur Iberus,
Romanusq; colit, Africus ipſe fugit.
Geſtorum tecum tanto ſtat gloria jure,
Vt pateant decoris jura parata tibi.
Iamq; manu, jam corde acri, jam robore teli
Hic genus effecit maxima geſta tuum.
Atque animo ingenti fugitarunt acrius hoſtes,
Per terrarum orbem, per vada ſalſa maris.
Nomine & horruerat jam tellus tota tuorum,
Quorum ſubmiſit viribus arma ſimul.
Et veluti Alcides clavâ ſcidit arma ferarum,
Nomine ſic ſanguis terruit arma tuus.
Quondam namq; fuit dum gens tua maxima telis,
Non tutus ferro conſtitit hoſtis atrox.
Herculeum perſtabat enim ſub corpore pectus,
Hiſpanum tenuit quo ſine lite ſolum.
Et velut ille axem ſtellanti pondere fulſit,
Sic tua gens orbem ſuſtinet Heſperium.
Iamq; opibus ſummos conſtruxerat undique ſumptus,
Atque Indi effudit fulva metalla ſoli.

Inq;

Inq́; decus Regum gemmarum effudit acervos,
Terra quibus toto canduit orbe stupens.
Viscere quos lapides generant conchylia pulchros,
Te decoris lumen perstitit illa sacrum.
Terrarum varios suscepit jure triumphos,
Et palma preßit munere cuncta sua.
Extendit titulíque jubar, noménque trophæi,
Quà nitidus nimiùm fulget uterque polus.
Nunc stat & æternis Hispania fulta columnis,
Gentis nam perstat viribus acta tuæ.
Hic ager, hi colles, hæc terræ jugera magna
Sæpe tuæ servant nobile stirpis opus.
Et tibi de tantis tantùm patet undique nomen,
Ut totum poßis ipse replere solum.
Qui in te oculos vertunt, numen mirantur avitum,
Non audent tantùm cernere posse jubar.
A longè inspiciunt positâ sub lumina dextrâ,
Subdita ne tantâ sub face corde ruant.
Hunc animum ingentem, quo totum concipis orbem,
Cæsareas flammas undique ferre vident.
Hocq́; altum virtutis opus, quo agis æthera totum,
Regales condit semper ubique faces.
Hic mentis splendor, quo Musam amplecteris ipsam,
Divini fulgens est nitor ipse chori.
Hic generis fulgor, quo sceptri subvehis arcem,
Cœlesti solem ditat in axe sacrum.
Ergo quidquid habes tanto stat numine tecum,
Ut rerum summâ stet tibi mente nitor.
In te etiam juvenis naturæ insplenduit ætas,
Ut te vel gremio sacra Minerva gerat.
Lacte suo nutritus enim dat pondera membris,
Quæ nequeat quovis vincere terra modo.

Prudenti surgit tecum pede candor ubique,
Et gressus format maxima quæq; tuus.
Et sic nobilibus virtus tua summa patescit,
Ex te ut de sacro fonte suprema ferat.
Iam viridis nimiùm cingit tua tempora Daphnes:
Nam generis fronti stant sacra serta tua.
Victores quondam vicit tua summa potestas,
Non patitur quoniam vis sibi summa parem.
Ostendit nigro stillantes sanguine vultus,
Mavors dum telis subdidit arma tuis.
In te naturæ vis maxima promicat alta,
Te quoniam nullus altior esse potest.
Attingis manibus rutilantis sydera cœli,
Quæ tuus inculcat semper in axe Leo.
Alta volas, altusq; nites, stasq; omnibus altus,
Postremo tanquam stes vel in orbe poli.
Clarius at te ipso nil novit maxima tellus,
Aut genus, aut cernat gesta suprema tua.
Nam vigor hic ardens, quo maxima suscipis unus
Est sæpè ingentis indolis indicium.
Corda calent, animusq; ardet, tibi pectus & urit,
Et summo decoris flammet in igne sinus.
Nam dum magna subis, non proles magna PHILIPPI,
Sic magno magnum nomine gessit opus,
Et tua nobilitas sic magnis artibus alta èst,
Ut vel vix oculis substet ubique patens.
Iuliadum tibi sanguis adest de sanguine Regum,
Æneas valido quos dedit ense ferox.
Queis Italos *muros divino stemmate junxit,*
Marti & constituit aurea jura tuo.
Troianos animos condit tibi pectore Mavors,
Quo quatias terras, si quatere ipse velis.

Sylvius

Sylvius ille ingens ingenti est numine tecum,
Et tecum leges, juráque summa creat.
Námq; tui vultus candor, splendórque, nitórque,
Regales præfert semper in orbe manus,
Et sceptri tibi fræna patent, quæ jure gubernas,
Dum Phœbi currus dat tibi fortè locum.
Grandior in summo splendescit pectore virtus,
Ejus nam nimiùm gloria crescit ibi.
Principibus charum statuit fortuna supremis,
Principibus quoniam vita stat æqua tua.
Si spes magna fovet magnos sub robore Iberos,
Spes tua & in cœlos jam Roderice vehit.
Tu Princeps, tu orbisq; decus, gentísque cacumen:
Præter te, nullis stat jubar orbe viris.
Et quod mente geris, tanto sub numine volvis,
Ut te stirpe Deûm quisque putet fluere.
Est tibi natura robur quoque robore natum,
Quo vel supremos allicis ore tibi.
Prospera dat pleno puppis tua lintea vento,
Nobilitas sacris est tua tuta vadis.
Hæc maris antra terit, calcat telluris & antra,
Atque illi substat hinc Thetis, inde Ceres.
Copia virtutum plena te messe perornat,
Et pulchro pariter stat tibi Musa sinu.
Phœbæas flammas divina mente recondis,
Quarum divino carmine jura vomis.
Militiam sequeris Musarum limine mentis,
Dux quibus aßistis, te & duce semper ovant.
Jungis nobilibus titulis quoque lumina Phœbi,
Nam sua jam tecum sydera Phœbus agit.
Poßidet ille tuo divinum pectore nomen,
Et te majorem nescit habere sibi.

Sub nostro axe micas, ceu summo Phœbus in axe,
Ille facis, tu alti plaustra decoris adis.
Princeps, Dux, miles titulis, conamine, stirpe:
Fers, condis, celebras nomina, gesta, genus.

AD
EXCELLENTISSIMVM
Principem D. Franciscum Gomez de Sandoval, Ducem de Cea, Protarchonta Castellæ, Comitem de Santagadea, & de Buendia, Dominum de Dueñas, Præfecturæ Calatravæ Commendatarium, & Hispaniarum & Indiarum Regum à Cubiculis, aureæ clavis splendore ornatum, &c.

EPIGRAMMA.

SANDOVALIACVM toto jubar orbe refulget,
Atque sono fama concutit astra poli.
Astra poli tua scuta tenent, tanquam æthera summum:
Nec poterant scuto non nisi adesse tuo.
Quinque micant radijs fulgentia sydera tecum:
Nam quintum Martis fers tibi jure jubar,

Atque

Atque orbem illustras: sic tanto lumine cinctum,
  Quamvis Astra vehis, nox tibi nulla subest.
Tu Solem Regum stellis comitaris ubique,
  Atque tua Regum stat sine sæpe dies.
Atque ut non Solis privatur lumine sceptrum,
  Sic etiam stellis non caret inde tuis.
Ante facem Solis cœli non sydera fulgent,
  Sed tua splendescunt Solis & ante facem.
Tu FRANCISCE geris, si quæ sunt numina terræ:
  Nam qui adfert secum sydera, numen habet.
Ex his quinque micat tecum Cynosura virorum,
  Immota quoniam stat juliar orbe tibi.
Non obscurantur, nec norunt illa tenebras:
  Nam radijs superant nubila densa suis.
Nobilitatis enim tecum stat splendor, & ardor,
  Quo terræ assiduus promicat ipse nitor.
Sed non plura loquar; tua jam FRANCISCE tacebo,
  Nam tua cùm taceo tunc puto plura loqui.
Stellarum at radij illustrant quibus omnia solus
  Sunt linguæ nequeunt quæ alta tacere tua.
Nec mirum linguas, rutilas tibi tradere stellas:
  Cùm tua nec cælos gesta latere queant.
Quæ sicut linguæ resonant, ut sydera lucent:
  Námque pates linguis ut quoque syderibus.

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS.

ANNVE Divino Princeps mihi Carole flatu:
Tu quoniam sacra Musa mihi, tu magnus Apollo:
Tu mentis formasq́; lyram, cantumq́; reponis,
Æthera quâ summis quatiat tibi vocibus altum,
Immittatq́; tuum stellanti nomen Olympo,
In quo fulgenti persistat sydere mixtum,
Et radijs Solem, terras fluxu augeat omnes.
Tu nostri numen summum modò carminis astas:
In te oculos mea vertit inops concussa Thalia,
Atque tuo quatitur, semper nimis excita, amore:
Audax téque subit, supplex te respicit unum,
Victa colit, fœlixque videt, laudátque coacta:
Arma tuba, tua facta sono, vehit omine sceptra,
Et te immortali magnum stupet undique Marte,
Clarum animo, virtute acrem, gestisq́; supremum:
Quem nec linquit honor, nec nescit fama boatu,
Dum toto factis persistis maximus orbe,
Et superas sub stirpe Duces, sub Marte potentes,
In te & deflectis vel jura potentia mundi.
Hispanas Cereris florentes ubere terras
Pratis distinctas sulcô viridantibus amplo
Composuit natura tuis modò greßibus omnes:
Quas calces, quas calce teras, quas lumine lustres,
Atque pedum tactu semper florescere cogas,
Et tua divino præsentia jure perornet,

Quam

Quam cernens Hispana seges miretur in ævum,
Et flavis decus omne tuum committat aristis,
Quas sua perpetuo fœlix terat area honore,
In qua jacta modò floret tua maxima messis,
Quam mundus lucratur amans, recolítq; requirens,
Inq; cibum decoris complet sacra horrea magni,
Et nihil in tanto non cernit Principe summum.
Nunc Hispanus ager fortunæ robore surgit,
Nunc videt evectos inter tecta astrea campos,
Angliacis sese jactans Heroibus auctus
Stirpe Deûm, decoratus enim nimis inde superbit,
Et claros pariter tangit quoque collibus orbes:
Non hostes, non horret item Mavortia tela:
Non animo curat Polyphemica robora magno,
Hostes seu studeant invadere corpore vasto,
Totáque desultet flammis Vulcania rupes,
Fulmineúmque ardens Martem sive evomat Ætna,
Armáque inhorrescant Romanis fusa lacertis:
Ut navis, quam ventus agit vada in ardua ponti,
Qui spirat nimium stridenti flamine fusus,
Carbasa & ejectis albentia flatibus implet,
Nereos & puppim lenis vehit unda natantem,
Et partim verrens spumas secat æquora remis,
Et lino tenuem disperso concutit auram,
Delphinúmque vias celeri natat excita cursu:
Sic Hispana manus telis viget aucta duobus:
Hoc à retro urget, statque illud durius antè,
Omnia & evincit, statuit si vincere cuncta,
Nec propè permittit casus accedere sævos,
Anglica si tentat perfringere robora cuspis,
Si vastare omnes vis summa Hispanica tentat:
Herculis ut corpus protectum pelle Leonis,

Est etiam munimen ovans pugnantibus illa,
Perforat, infringit, lacerat, ferit, incutit, urget:
Cuncta domat, subjecta secat, commota repellit.
Estq; salus domino, clades immitis & hosti,
Hasta obijt mirè confosso pectore Gracchus,
Subdidit & vitam dirus Iulianus ab illa,
Et telo varios Menelaus contudit acri:
Hispaníque Duces telo vicere cohortes.
Hoc igitur dum torquet honor, vibrat aurea virtus
In tutamentum, & noxam simul, irruit ipsum.
Iugera nunc istud jam munit Iberica magna,
Iam certa expungit superatum cuspide pectus,
Atque acie gemina secat hic, secat inde vicißim,
Adjunctus dum sceptra regit sibi Principe Princeps,
Et Tamesim sacro nimium Tagus ebibit ore,
Matritúmque videt sibi prata Britannica jungi,
Et calida admiscere sibi niue stagna rigenti,
Et flavis cirris ustos se nectere crines,
Atque lupam tentare sua sub pelle leonem,
Arctoïs dum nata jugis bibit inclyta Bœtis
Flumina, quæ dulci nutriunt sua membra liquore,
Et cogunt longos Pelagi tranare recessus,
Spumantésque sali nimium percurrere colles,
Et calcare avido multùm pede littora longa,
Dum Princeps tutò figit vestigia gressu
Telluris per dorsa sacra, sylvaq; venustæ,
In quibus æterna Nymphæ stant arbore lætæ,
Panáque deducunt, quà ridens substrepit umbra.
Ingenio dum Musa tuo se vivere vidit,
Et quasi firma loco stabilem sibi sumere sedem,
In quam multijugas Parnaßi verteret undas,
Arsit amore tui, dimisit Apollinis arcem,

In te & Castalios firmavit robore colles,
In te & constituit strepitantis culmina Pindi,
Palladis & virides in te plantavit olivas,
In quarum ramis figit prudentia nidum,
Et multâ sibi prole ferax terra atria complet,
Allicit ut domitos, ceu sacro numine cunctos:
Et dum terrestres rimatur pectore casus,
Tunc arcana poli tentat loca cuncta subire,
Et lucis virtute globum circundat amœna:
Præterit & septem membris rutilantibus orbes,
Scandit ovans, curritq; ardens, volitátque refulgens,
Scrutatúrque ipsum tunc antra per intima cœlum:
Atque indagato vel summis viribus axe,
In propria tibi mente sedet, tecúmque movetur
Tecum agit, & miro tecum conamine degit,
Dum sceptri torques magno molimine pondus,
Et nova diffundis per terras pondera Martis,
Atque gubernaclo flectis Neptunia stagna,
Fuscina quem toto magnum facit æquore patrem,
Phocarúmque greges cui victo pectore parent,
Et pater Oceanus spumantia tegmina subdit.
In te divino (Princeps) stat jure Minerva,
Quam vultu, quam mente refers, factísque reducis,
Et Iove nata tuum miratur in ore nitorem,
Inq; illo statuit ceu summa sede sedere,
Dum sibi fronte tua spondet vel magna, serena:
Ex qua tranquillos diffundit in omnia soles,
Atque serenatis quoque temperat omnia ventis,
Ut roseis digitis Aurora assurgit in orbem,
Et tenebras sacro ore fugat, noctémque repellit,
Et proprios rebus reddit formosa colores,
Dum salit in pictos radijs rorantibus agros,

Titoni

Titoni & linquit conspersum sydere lectum,
Quem varijs coluit nimium complexibus ante,
Cœlesti & pressit perlucida tecta sopore.
Non aliter, dum mirus ades per maxima præsens
Antra soli, mundíque vides tibi compita cuncti:
Omnia delectas gaudenti concita vultu,
In cunctos mira naturæ gaudia vertis,
Mirifico & saturas generis quoque lumine terras.
Vix similem, vix nempe parem nosciśque, vidéśque,
Seu proavos jam quisque notet, vel numen avitum,
Quod serie tibi pectus agit nunc nobile longa,
Regali & condit nimium splendore sacratum,
Ut vel vix oculus sic splendida lumina cernat,
Quin victus sine lite cadat, ruat ipséque pressus,
Et cilijs sine luce suis cæcutiat actis,
Et quærat comitem, tantos dum cernere vultus
Ausus: inextinctos tecum & fuit inspicere ignes,
Terra calet quibus acta nimis, Phœbúsque nitescit.
Et quoque cæcus amor, qui vel nihil inspicit unquam
Lyncæus his perstat, penetrat quoque dissita multum,
Atque tibi Paphia subdit fulgentia colla,
In quibus appendens vel cœlica culmina tangis,
Quæ Soles tibi pura duos jam semper in ortu
Deducunt nunquam Occasus tenebrosa per antra,
Qui dilabuntur, dubitant namq́; undique labi,
Stat quibus Hispanum Imperium, mundíque potestas
Vel manibus fundata tuis, pariterque refixa,
Tanquam in supremo terrarum condita colle,
Qui superat longo vel cunctas vertice terras,
Sustinet & magni quoque summa cacumina Olympi:
Et veluti Ossæis tangit purum æthera saxis,
Antráque terrarum promissis occupat umbris,

Æmathia veluti duplicaret vertice collem:
Et luci dat nempe locum currentibus astris,
Astra illum nam sola vident, solúmque verentur,
Et variis lustrant illum fulgentia gyris,
Tecum Palladio semper quæ semite vivunt,
Et tecum divina Deæ quoque lumina spargunt,
Ut dicant ambos uno splendescere Phœbo,
Qui tanta inspiciunt tecum molimina Divæ,
Et tecum mirantur item prudentia facta:
Queis superas nimium vel maxima gesta parentum:
Magna subis, suprema tenes, sequerisque vel alta
Cunctaque conspicuis vitæ quoque casibus ornas.
Sic tete attollis, sic tete per ardua jactas
Robora Mavortis, sic maxima suscipis unus:
Sic etenim supremus ades, sic denique Princeps
Magnanimos condens generoso pectore casus,
Cæsareos animo generansque potente triumphos,
Et sertis cingens tua tempora maxima sacris,
Quæ sacro semper tibi pollice nexuit una
Musa potens, Mavórsque ferox, virtúsque nitescens,
Quorum deducis splendentia stemmata tecum.
At quæ Trajanus fecit spectacula Romæ
Magnanimis, multóque simul splendentia cultu,
Ut mundi totius honor, robúrque stuperet,
Et miraretur tantos sub Principe casus,
Te potuere suo vel tandem poscere jure,
Te dominum spectare suum, summúmque parentem,
Et tibi de victis palmam præbere trophæis,
Nomen & hinc summos mundi deferre per agros,
Concutere & patrios summo conamine sensus,
Indere & in gentes rerum miracula summa.
Hæc faciunt tua gesta quidem sine fine minora,

Nam

Num majora tuis splendescent undique gestis,
Quæ obscurent quæ magna putat vidisse Senatus:
Martius & Campus secum statuisse sub armis
Cernere Tarpeiæ nimium fastigia magnæ,
Quæ quoque Romuleus stupuit sine pectore miles,
Orbis dum magno confluxerat agmine cœtus,
Et vacuis adiere Vrbem tunc urbibus omnes,
Et quasi commoto nimium via pulvere quævis,
Gentis densa fuit, populo concussa terente,
Et mundi partes deduxit in Itala tecta,
Dum tritis caruit nimium sibi germine plantis
Campus, & eversis quoque messibus aruit omnis.
Semita stricta fuit populo sic obvia tanto,
Se nisi suscepto produceret undique campo,
Cresceret & fracto passim via limite cuncta.
Sic modò currit Iber, præceps sua mœnia linquit,
Vt te conspiciat, laudum tibi munera fundat,
Téque animo, te corde simul stupeátque, colátque,
Atque uno cuncti celebrent vehementiùs ore.
Et quam non dubitas surgant encomia linguâ,
Et factis innata tuis toto urbe patescant.
Hinc niteant, illincque volent, perq́; omnia currant,
Occupet atque tuum vel quævis compita nomen
Carolus, & toto tibi perstrepat orbe vicissim,
Et scisso servet nomen quoque cortice truncus,
Et placido scribat tua nomina littore flumen:
Quod vel Naiades, dum saltant dulciùs undis
Sæpe legant, & sæpe canant, & sæpe refundant,
Atque choros illo ducant, lætentur & illo
In te, atque ex illo deflectant undique amorem,
Atque sinu vitreo miris amplexibus arctent,
Et nihil omittant laudis, dum nomina cantant,

Magna solio, suprema typo, divina nitore.
At nunc magna quidem Musæ est audacia nostræ;
Magna petit, vetitasq; arti subit undique partes:
Quas qui sustineat vix est, sive Hercule natus,
Aut terra assurgat membris genitrice supremis,
Cùm laudum studeat cumulum ostentare tuarum,
Atque pares tantis conatibus offerat artes,
Quas natura nequit vel justa prodere mole:
Namq; oculos perstringis adhuc vel mentis amœnæ,
Cùm prurit tacito semper tua dicere sensu,
Suscipit & summa quæ condis voce referre.
Ausonij qui corde tulit sacra sceptra Quirini
Extulit & multo divinum jure tribunal,
Non meritis, non laude quidem similíque, paríque:
Sicut tu ducis, duxit præconia gentis,
Quæ semper sic prona tibi, tibi læta superstat,
Atque tuis stat vana simul valde excita factis,
Ac si conspiceret mundi miracula magni,
Vt verè tu mirus ades cernentibus ipsum.
Nam stupor es cunctis, cunctis numénque, jubárque
Pectore quod summo condis, fundísque vicissim,
Atque inter Proceres ceu Phœbus in astra refulges,
Vt minimas superat nocte Artemis æthere stellas:
Nam nunquam parco subsunt tibi sydera fato,
Nec vili Eumenides statuerunt stamina fuso,
Nec tristi affulsit tandem tibi luce Planetes.
Vt qui auxit rapidas Thrasimeni cædibus undas,
Et Martem super astra tulit, noménque, decúsque,
Terrorem incutiens mundo, Musisq; decorem,
Spem cunctis, viré sque animis, famámque ministrat:
Sic tibi pacato stabit Marte aureus orbis,
Debebit quoque magna tibi quæ acceperit arma,

Et tibi subscribet titulos, tibi stemmata honoris,
Glorifico & tollet semper te nomine famâ,
Dum canet egregios, quos condis pectore casus,
Quos videt attonito populus citus undique vultu,
Atque horret laudare sono, verbísque notare.
Sed quasi nunc dispar tantis conatibus ipse,
Et nequeat quæ corde optat, vel dicere voce,
Vel calamo firmare pari, vel carmine Musæ:
Nam vis parva nequit fundo deducere montem,
Atque ratis molem digito ductare per undas:
Nam tot nemo potest, nisi sit fortissimus idem,
Alcidæ & vigeat robustis artubus alti,
Ut vel nemo valet tua dicere maxima gesta,
Quem non Phœbus amet, ducántque in carmina Musæ.
Et si Phœbus amat, Musæq; in carmina ducunt,
Tunc etiam vel victus erit, victúsque tacebit,
Et premet attonito sub corde silentia sensu,
Nec vires solitis audebit tollere nervis.
Pinget posteritas æternis acta figuris
Gesta tua, atque animos nimium superabit imago,
Quæ memores facit transacto tempore cunctos,
Te in campos venisse Tagi, pulchræq; Matriti,
Atque oculis lustrasse tuis Hispanica tecta,
Purpureas aluisses rosas tua pectora mira,
Et frondes, floréjque alto ditasse colore.
Hæc, hæc læta Tyros formabit murice picto,
Hæc Babylon radio texet splendente vicissim:
Attalicis variata aderunt hæc semper in orbe
Aulæis, te & pinget acus per serica fila,
Et tua iam fulvo species radiabit in auro,
Et similem Phœbo præstanti lumine reddet.
Materia semper vultus pretiosior omni

Magnus erit: de forma etiam cerabit ubique,
Vel si etiam Paridem fulgescens Cypria laudet,
Vel Thetidis natum miretur Gracia semper,
Anglicus ore nitor patrijs micat undique flammis,
Et generis magni Stubardica gloria floret:
Qua sic sæpe nites, ut vincas quosque potentes,
Ad te quosque trahas, cogásque viròsque, puellásque
In tua proclives superato pectora corde.
Ut te quæq; optet, tecum cæco ardeat igne,
Et doleat vidisse, frui si forte negatur,
Se & quocunque ferat, quà tu vestigia figis:
Stare loco vix ulla sciat, nisi te ipsa sequatur.
Sic speciem Magnes, sic finxit corda Cupido.
Sic fortuna tuis fuit ingens dotibus ipsa.
Voce viæ tua gesta sonant, nox ipsa tenebris
Insinuat laudum strepitus ubi personat aër,
Aëre dum volitant nocturnis carmina verbis,
Et mutis resonant semper sermonibus auræ,
Cùm referunt quæ plebis amor tibi præbet ubique,
Quæ vix vel capiet quod secum continet orbis:
Nam vacuus vel mundus erit, nisi compleat illum,
Vísque tua, & tuus inde decor, tua magna potestas.
Ut saliunt, sidente noto pavidæ inde columbæ
Accipiter, quas ungue fugat, rostroq; minatur
Exitium, penitúsque altè labefactat euntes.
Illæ veloci tranant cursu aëra magnum,
Ætheris & quatiunt vacua omnia inania pennis.
Sic hostis, quem Bœtis habet, modò territus horret,
Hispanis dum tela videt nunc Anglica telis
Mixta nimis, similíque etiam fervescere Marte
Oceanus quæ solus amat, tellúsque veretur,
Et penitus toto cœlum quoque provocat orbe,
In quibus & rerum persistit denique summa.

Et regni vis magna sacri, sceptríq; cacumen,
Quod nec Romulei forsan tenuere nepotes,
Nec tanto Assyrius gessit quoque jure superbus,
Nec gazâ Persa accepit nimis inclytus amplâ,
Fœdere dum vincto firmatur Regia virtus,
Stat stabilis naturæ ordo, & concordia plebis.
Unio nam semper virtutem viribus auget.
Quæ sunt sparsa quidem nullo sunt fulta vigore,
Et membris dum membra hærent, tutissima vita est:
Et simul hærescens firmant fundamina tectum:
Nam bene contortus vix funis solvitur ullus.
Insula semoto pelagus sibi continet orbe,
Albion à nivibus nomen quæ suscipit altis,
Quæ rupes tegit alta nimis, campósq; refundit
Romanis infesta nimis, nullísq; subacta
Viribus, affulsit Gradivi munere sævo,
Cui magnus quoq; magna dedit sua nomina Brutus,
Verso elemento uno prolata Britannia fertur,
Quæ quondam suprema fuit, fuit alter & orbis,
Sic proprio appellata sono: nam maxima mansit,
Atque opibus, rebúsq; altis, Martísq; triumphis.
Vincere quam nunquam valuit vel maximus orbis,
Gallia dum stupuit flaventes cernere vultus,
Et pressos audire sonos de gutture gentis,
Atque Caledonias timuit spectare secures,
Æráq; fulgenti semper flammantia Marte,
Dum strepitu præceps, atq; impete sævijt Anglus,
Et rerum rapturus opes, rupturus & antra
Omnia, quæ terris saxo conduntur adacto,
Obstaret nisi cordi ipsi clementia solùm,
Humani & vis cordis item paci adderet æra,
Armáque vel proprias tandem vertisset in undas.

Hac tibi praclaram nimium tenet insula sedem,
Quà caput attollis, totúsq; assurgis in altum.
Vt Polyphemus erat mendaces inter Achivos,
Vtq; humiles superat plantas vel vertice pinus,
Vt catulos excedit equus, velut altus Olympus
Depressas alto semper sine culmine sylvas.
Hinc tu classe quidem spumosa per aquora ferves,
Et Pelagi vires, & terra jugera torques,
Neptunúsque tuis subdit sua dorsa carinis,
Atque illas placido sedatus pectore lambit,
Fluxilis, & facilis pontum sæpe indit & illis,
Et gaudet retulisse tuis sua puppibus antra,
Nereides qua sæpe colunt, tibi & inde resultant,
Et per spumantes flectunt tua carbasa fluctus,
Qua candore polit summi maris impigra spuma,
Et vultus imitatur item, quos Anglia nutrit
Albentes ceu spuma illos lavet, oráque tingat
Et proprium tribuat cunctis quoque sæpe colorem:
Atque hac parte tuus populus ceu spuma nitescit,
Fluctuat, atque tumet ferventi robore cordis,
Et maris inde refert motúmque, modúmque, vicémque:
Nam te robustum vocat ingens Nerea pontus:
Cui parent vada salsa maris, pelagíque potestas,
Et vires, tribuúntq; manus quoq; grandia Cete,
Grandia queis terra nimium tibi culmina flectis,
Et proceres, ceu jure tuo bibis orbe sub omni,
Pontigradis dum summa maris vada navibus urges,
Horreat ut tandem latus tua pondera pontus,
Cujus terga quatis numeroso milite classis,
Motáque percurris distentis aquora tonsis;
Et quas de sylvis pinus radicitus aufers,
Cogis per pelagi spumantia terga natare,

Atque

Atque audes animare illas sub milite clauso,
Et vario motu per Nereos antra vagari,
Quas tellus sine sensu egit vel monte sub alto,
Immotóq; tulit ramosas corpore fagos,
Atque abies pictâ totas trabe dat tibi terras,
Dum compacta cavo tibi viscere concoquit orbem,
Inq; epulas Regni nimium tibi regna ministrat,
Et facit immenso supremum nomine solum,
Quo pelagi ferias, terra & loca cuncta virentis,
Audiat extremis vel te quoque Mexicon oris,
Et cupiat, quærátque tuo lætarier ore.
Solis ut adverso tellus fulgentis ab ictu
Suscipit immensi pulchros sibi luminis ortus,
Discolor & varias format concussa figuras,
Dum fluidæ sibi cernit aquæ splendescere motus:
Non aliter Princeps nunc fulget Iberia tecum,
Aspectu nam læta tuo mirè undique gaudet,
Et sentit secum sceptri nova vivere jura:
Luce tua perfusa nimis sine nocte refulget,
Et fovet ipsa sinu viridantia munera frugum,
Irriguo ridétque solo, viret ubere læta,
Et quasi mutato crescit conamine fati,
Dum plantæ capit illa tuæ vestigia cara,
Et tibi quod calces præbet mitissima dorsum,
Fruge tumet, lascivit equis, foliísque virescit,
Natura & varios secum manifestat honores,
Quos radijs creat aucta tuis, donisq; venustat:
Nam cùm ditescit natura munere tanto,
Solvere se patitur tot debita jura potenti,
Divitiásque sinu, quas vel fortissima condit
Fronde refert, ramóque offert, fructúque reducit,
Et quæ fugit iners succis manantibus arbor,

Et si in diffusas totam sese explicat umbras,
Non radijs decorata tuis, caret igne micans,
Prabeat etsi arvis umbrantia tegmina cunctis,
Dum tutam sibi pastor opem capit æstibus ardens,
Atque leves pariter frondes petit ipse viator,
Quas & Aedonius contexit in arbore nidus,
Secum divinas servans modulaminis artes,
Quas patulo sine lingua equidem dat gutture semper
Dulcis avis: res mira quidem, nil gratius orbe est,
Quæ tunc diffundit, quas concipit ore loquelas,
Manè accrescentes cùm Phœbus concutit herbas,
Et radijs telluris opes cumulátque, beátque:
Sic tu ceu Phœbus vatum modulamina formas,
Ipsáque fama canit, dum tot tua lumina fundis,
Et gestis decorare probas gesta aurea mundi,
Si quæ fortè videt quæ vel tua viribus æquent,
Præsertim tanto quæ spondes pectore tecum,
Ætas majori veniet cùm percita sensu,
Et tempus proprio robur tibi robore tradet,
Cúmque humeris firmata tuis sint splendida sceptra,
Inspiciéntque tuos vel fraxina tela lacertos,
Et cursu, motúque pedis totum aëra vincas:
Quod facile est tantis qui pollet viribus ipsis,
Et jam tela manu torquet per inane refusa.
Te præsente quidem tellus Hispanica cuncta,
Ceu proprijs agitata locis toto exsilit orbe,
Gaudia quæ pleno concepit viscere multa:
Sub partu florum tenuem diffundit in auram,
Explicat in planos nimium sua munera campos,
Objicit & varijs rerum molimina causis,
Latus eques pictis generis dat nobilis armis
Stemmata, jure quidem nimium generosa superbo:

Atque movet ludos, referunt simulamine verum
Qui Martem, fictóque truces conamine casus:
Terra pedes, mediúmque ignes, tela accipit aura,
Omniaq; ingenti ludi quatiuntur ab arte,
Machinaq; egregios format conamine motus,
Cornipedum strepitu campum ferit ungula multo,
Calcat equus, quatit hasta viros, amor ipse puellas,
Suscipit & vicus quæ nunquam acceperat ullus
Gaudia divinis semper permixta trophæis,
Et paries retinet quæ fecit stamina Bombyx,
Quæ tenui depicta micant sub tegmine cuncta,
Et pulchra rerum variatur imagine tellus,
Et claris distincta notis sua munera nescit,
Dum turbata suis miscet sibi gaudia causis,
Elevat inq; novos semper sua robora sensus.
Iam Princeps nostris tua versibus inclyta facta
Nota patent, multóque manent manifesta colore,
Qualem musarum facies dat fronte serena,
Imbuit atque tuis meritis quoque magnus Apollo,
Et qualem sanguisque tuus, numenq; tuorum,
Conficit immensis mixtum virtutibus ipsis:
Namq; oculis sic clara nimis tua gesta videntur,
Ut vel quisque putet Phœbo descendere ab ipso,
Et de stirpe simul rutili procedere Phœbi,
Purpureo ut flammas ostendunt sanguine solis,
Et vario in terras scintillant robore cunctas:
Utq; comis stat stella micans radiantibus alta,
Et semper varios offert spectantibus ignes,
Ut tenui semper cunctis videatur in aura,
Æthere splendescens divina luce moveri.
Sic tua nobilitas præstanti pectore substat,
Sic fulget, sicq; orbe micat, sic tendit in astra,

Ut sydus, cujus terras nitor occupat omnes,
Et cujus ventos diffundit lumen abactos,
Atque oculos cujus nimium quoque disgregat ardor,
Hoc tecum tanto sic fulget CAROLE *jure,*
Ut sis Principibus Phaëthon, luxq́; aurea cunctis,
Sic terræ sydus, quod fixo lumine cernat,
Sísque virûm, pariterque Ducum *jubar omne potentum,*
Angliaco dum sole micas, vel in æthere Iberi,
Lumina & objicias sacro STUBARDICA *vultu.*
Quem Nymphæ recolunt habitant quæ culmina Pindi,
Quemq; orbis, ceu sydus habet, ceu sydus adorat,
Quem vel naturæ decoravit copia magnæ.
Dumq́; oculis ardes, dum tingit purpura malas,
Dumq; rubor miris nimium micat ipse labellis,
Flammanti dum crine caput vel pectora cæcat,
Bostrichus, & toto nectit quoque corda capillo,
Et frontis divinus honor crista emicat altâ,
Attollitq́; jubar nitido vel in æthera collo.
Stat pubes tenera fulgens lanugine secum,
Mirifico & vestitur ovans sic vellere vultus.
Ut vel cæcus amor cupiat te cernere solum,
Et te lætari, tecúmque per alta nitere,
Mittere & ipse tuis tela arcubus aurea magnis,
In quibus ignis adest, quem vel Venus ipsa peroptat,
Quóque calet tellus, micat æther, terraq́; flammet,
Et quo succendit pressus sua corda Cupido,
Atque Hispanus honor nimium quoq; promicat omnis,
In quo est, quæ ardenti tua pectore fulmina semper
Victa optat, concussa ardet, superata perurget,
Atque tuis vigeat moriens devicta sagittis,
Impatiénsque animo nequeat tolerare furorem,
Dum spes corda tenet tardanti maxima gressu:

Nam

Nam spes corda premit, lacerat sperantia sævo
Pectora tormento, quo nil est durius orbe,
Nil gravius, nil sicq; vorax, nil sicq; repellens,
Qua vel sæpe alimur, disjectis artubus omnes,
Et qua pendemus ceu forti fune cadentes:
Namq; cadit quem dira fovet spes, dira noverca,
Atque alio vultu promittit præmia fallax,
Datq; alio, si forte dedit, negat omnia semper,
Dextrâ dum prebet, tollit promissa sinistrâ,
Quæ est morbus, cui sola manet mors una medela,
Fortunæ manibus nam pendent omnia magna,
Quam nescit, qui magna suo sub pectore dona
Debet ferre potens, mentis studióque micanti.
Sic orbem natura dedit, sic cuncta moventur,
Et sic magna quidem turbantur funditus ipsa,
Et nihil est stabili fulgescens ordine terris:
Dum spes & fortuna regunt sævo omnia sceptro,
Vel facili fato, tristi aut casura ruina.
Horruit ut bellum Romana in tegmina durum,
Et ferrum horrenti rumpebat robora terra,
Et dubio Mavors fervebat fine furenter,
Scipiades magnâ scindebant omnia dextra,
Africa jamq; armis, doluit quoque pondere Pœnus,
Græcia terribili gemuit quoque Marte refusa:
Magnus Arabs, Maurusq; ater, pugnator Iberus
Et Ducibus nituere suis, palmamq; tulere
Nomine supremam, multâ & virtute virentem,
Quam mundus coluit, deduxit in æthera & ipsum.
CAROLE nunc tecum florescunt prælia Martis,
Et nunc Scipiadum tecum manus horrida fervet,
Aurato tecum capulo cuncta efficit, ensis
Fulminat ingenii concussus fervidus ictu,

Dumq; rapit ventos, rapidas & verberat auras,
Æolus ipse timet, propriam sedémque relinquit,
Et praceps Plutonis adit fumantia tecta,
Et nequit in tantos tutus consistere motus.
Corde fugit, metuítque animo, pede labitur omni,
Nec sperare audet geminos vel in aëre quassus,
Et tacito simulare fugam vel pectore pendens,
Dum tua dextra quatit, nulla est tibi dextra vel ingens,
Quæ sese opponat quæ expectet roboris artem,
Et quæ obluctanti procedere inaudeat ictu.
Hoc scit & Oceanus, norunt telluris & antra,
Dum vel aquis Cete, sævos dum monte Leones
Concutis, & multo superásque, domásque lacerto:
Illic Thetis amat, blando & te conspicit ore:
Istinc te auratis sequitur Diana sagittis,
Hæc animo colit, illa simul perterrita amore;
Et nulli non mirus ades, non magnus & acer.
Sic tua mirantur devicta robora cuncta,
Sicq; tibi substant: hæc telis, retibus illa;
His illam superas, hanc vel devincis & illis,
Fervet pectus agens tecum, calor ipseq; Martis,
Sanguine desultat, flammétque, ardétque superbo:
Et nil vel pateris titulo non ducere magni,
Et nil non ducis magni sub nomine summo;
Ut vel Alexander, proles divina PHILIPPI
Subderet arma tibi, tibi subderet ipsáque corda,
In te & mutaret tenuit quod in orbe trophæum,
Atque Asiam victo donaret limite lato,
Et longa Europæ pariter tibi jugera magna,
Et Libycum sub Marte sinum præberet ubique.
Quid ni præberet? nónne tu viribus illum
Et raperes, sceptrísque tuis, regnísque dedisses,

Transfe-

Transiré sque etiam, quà Sol, quæ denique subsunt
Solus habet? nam sæpe videt quæ incognita sordent,
Expectantq; tuum, subdantur ut omnia, robur,
Ut tanto niteant splendentia nomine semper,
Te & dominum noscantque pium, videantq; parentem,
Et Regem tutentur ibi, nulli orbe secundum.
Est hæc natura in rerum molimina virtus,
Hoc robur, vísque alta nimis, fulgénsque potestas,
Ut faciat tacito florescere magna favore,
Iure suo mutétque vices, ditétque reductas,
Arbitrio & proprio quæcunque refundat in orbe.
Hæc igitur sic prona tibi se ostendit ubique,
Ut pateat secum summo florescere jure:
Cui vel summa dedit, dextram cui porrigit omnem,
Seu vires donare velit, seu lumina mentis,
Tradere seu rerum diffusa cacumina in orbe,
Es quibus unus adhuc, summúsque, poténsque, feraxq;
Omnia dum magno semper trahis omine tecum,
Et Regale jubar factis Regalibus ornas,
Dotibus egregijs clarus, Mavorte supremus,
Atque in magna etiam rerum conamina natus.
Aggrediar si forte tuæ nunc stemmata stirpis,
Et titulos generis, supremum & nomen avorum,
Campus sese offert, quem nullo limite finis
Claudit: nec certus persistit terminus illi.
Quisnam à principio gestorum flumina ducet,
Quæ mundi distenta rigant divinitùs arva,
Et quibus aut penitus totus manet obrutus orbis?
Sic Martis tibi dona scatent, sic semper inundant,
Gesta tuis effecta parentibus undique summa,
Æterno ut nomen persistat marmore fixum,
Famaq; diffundat per terras ore sonanti,

Vox auram, penetrátque polos, Iovis antráq; scandit,
Et per cuncta sonat majestas patria fulgens,
Et non auditus non splendes maximus omni
A populo, quoque gente simul, quam machina terræ
Continet in curvo comprensam pondere secum,
Et quà fortè minus sonuit tua magna potestas
Terruerit multis cunctorum vocibus aures,
Inq; tui semper vel traxerit undique amorem,
Et devictio etiam cunctos tibi corde ligarit,
Sunt tua queis semper dulcis retinacula vitæ
Liber amor, mirúmque genus, vultusq; venustas,
Quo cogis, quo corda trahis, quo tristia pellis
Gaudia, & effundis multo constantia jure.
Scribere non calamus quæ magno pectore gestas
Ipse potest, nec lingua dabit, nec guttura proment,
Verba & deficient, vel vox si ferrea subsit,
Et vis Stentorea exsurgat, vel Tullius adsit:
Nam nemo pelagi tandem numerabit arenas,
Non atomos qui Sole patent, non fluminis undas,
Nec numerosa tuæ splendentia stemmata stirpis,
Quæ superant numero guttas, quas concipit imber,
Iuppiter ut multo in terras pluit aëre magnus,
Seu Zephyrus, cogátque Notus tunc æthere nubes:
Nam dare voce quidem poterit facundia Marci,
Gesta brevi quæ Galba senex sub tempore magnus
Patravit, sed major ades brevioribus annis,
Sub quibus æternum sequeris tibi protinus ævum
Nomine conspicuum, famâ insuperabile semper:
Nam sat erat puerum forsan fecisse suprema,
Indolis & magnæ signum tribuisse patescens,
Magni animi, magnæq; simul quoque mentis, & acris.
Et quidquid natura potest concedere magnum

Iudicio, mentísque tuæ, cordísque potentis,
Iam manifesta dabas fœlici pondera ab ortu,
Quæ brevis haud tulerant parvum tibi luminis usum
Nec minimum sunt nempe jubar tibi fortè datura.
Si regimen spectare licet virtutis avitæ,
Et qua florescens præstat Respublica, mentem
Anglia dicet ovans, totusq; fatebitur orbis,
Extremóque polo dirus Scytha prædicat ipse,
Atque Indus sub laude vehit, Garamantes & acres,
Persicus & campus, quem multo denique curris,
Agmine equûm, ratibusq; quatis vada Nereos alta,
Iura Themis tribuítque tibi, tribuítque tribunal
Egregium, sub pace ingens, sub lege coruscum.
Abscissis Astræa tibi quoque legibus astat,
Moribus indulges dum semper dulcibus annis,
Et factis supremus hias ingentibus ipse,
Quæ & præsens peragis monstrant fore magna futura.
Quæ & juvenis statuis tanto sub robore mentis
Signant quæ & facies, cùm corda virilia sumes,
Et quæ maturis compones dulcius annis,
Nulla diem nam forte tuum teget aspera nubes,
Et nullum fato spatium tibi stabit iniquo.
Nam semper fœlix, semper matura juventa,
Factis magna fuit, rebus magnísque secunda,
Stremuus ut bello conflas tibi in ardua ferrum,
Nec clypeus tutus stat diris ictibus hastæ,
Quam violenta nimis nimium tua dextra retorquet,
Quam fundet tua magna manus, Mavórsque supremus
Per te qui cuneos hostiles sæpe cruentat,
Vulnere & infringit manantí sanguine diro.
Non fas est pectus tantis ostendere mutum
Gestis, quæ pelagus, nec tandem terra tacebit:

Námque animo simili semper quatit undiq; utrumque.
Dicam etiam, si lingua potest, poterítque, sed illa
CAROLE, si aspicias, tu pars es maxima Musæ,
Et sine te nec corda calent, nec carmina surgunt:
Carmina nam surgunt sæpe auspice numine magna,
Nec facile est volitare polos sine numine versum,
E quibus egregiâ concussus labitur aura,
Partem feriq; DEI, DEUS hic si Vatibus astat.
Quæ referam quæ fortè queant tua dicere gesta,
Et tua vel digno tandem sermone recludant?
Lassus equus, quoniam pellit juga ab artubus ipsis,
Vix ales concussa potest volitare per imbres,
Æstatis sub Sole quidem vix herba virescit,
Fónsque aret clausâ dum substat origine tandem,
Et vix visus adit quæ sordens occulit umbra,
Artibus ingenium tandem sibi deficit omnis,
Cùm tentat pleno se fundere pectore totum,
Et cùm gesta illud magna incutiúntque, premúntque.
Fœlix dum statuo sævis conamen in armis,
Nunc narrare tuum, Pelidæ dicere telum
Iam videor, clypeumq; simul Diomedis acerbum,
Quos timuit Mavortis opus, quósque horruit orbis,
Troianis campis, in quos furor arserat acer,
Inq; Helenæ raptum Martis rapuere lacertos,
Atque homines, paritérque Deæ simul alta tulere
Vulnera concussis per strenua viribus arma,
Dum palmam vel quisq; suam quærítque, petítque,
Et non desit honos, dum vel modo vitaq; desit.
Quisque inquit, paritérque probat discrimine certo,
Dum bellum sævis amfractibus undique turget,
Voxque virûm tunc summa volat concussa per astra,
Terra pedum tumefacta sono sibi territa substat,

Concus-

Concussóque tegit nimium quoque pulvere terga,
Et fuso tingit saxosos sanguine vicos,
Ebibit atque tremens Mavorte invita cruorem:
Et quos humor agit currenti flumine rivos,
Disruptis hominum venis sibi stagna recomplet,
Et Mavorte gemit per jugera pressa coacto,
Et vix oblatum pondus sibi sustinet armis:
Nam ferrum vomuit, quod primùm viscere magno
In dorsum gestare horret, paritérque nec illud,
Ut quod erat proles fieret sibi durius hostis,
Atque intrare iterum fervens sua viscera tentet,
Cuspide dilacerans, detorquens omnia conto,
Ense premens, telóque domans, pungénsque sagitta,
Atque instrumentis bellorum concutit atris.
Dumq; hostis vel nullus adest, petit inde parentem
Ferrum atrox, fera causa mali: nam cædis iniqua,
Dum pacis divinus honor fugit undique pressus,
Vindictamque struit semper discordia tristem,
Gressibus & subitis nimium quoque prælia currunt:
Materiam nam dira veris dant turpiter arma,
Fortia quæ fieri debebant commoda vitæ,
Et Regum, gentísque decus, tutamen & orbis.
Omnia perverso sic subsunt robore semper,
Legitimus nec adest naturæ viribus ordo,
Dum petulans stat Regis opus, populíque nefandum,
Et vix causa brevis noxæ certamina conflat,
Quæ cumulos hominum mittunt Proserpinæ in ædes,
In tenebras jaciúntque altas, & in antra laborum,
Et duris pressos confundunt casibus omnes.
Hæc mala nunc peperit fortunæ stulta voluntas:
Hæc genuit nocumenta homini sævum undique bellum
Ortum perversâ de Regum mente potentum,

Quam populus certa sequitur nece victus, ubique
Stragibus arma hærent, ubi messibus astitit arvum,
Qua sylva & viguit foliis viridantibus ingens,
Radices non humor agit, sed sanguis obortus
Irrigat & plantis dat pabula mollibus ipse,
Purpurat omne solum, quoniam cruor abluit omne,
Ossibus albet idem, seritur quoniam ossibus albis,
Ante diem periere viri, periere puellæ.
Hoc Cannæ narrare dolent, dolet Itala tellus,
Germanúsque ferox, qui Martis prælia sensit.
Maurorum Hispanus concussus turbine luxit,
Africa præcipuis bellorum fluctibus altis
Acta ruit, perijtq; dolis sæpe obvia sævis.
Anglus honore citus totum peragraverat orbem,
Ferro acer, telísque ferox, magnusq; furore,
Partem Marte soli pressit, partémque reliquit
Omnia qui poterat, si vel fortuna dedisset,
Concutere & diris tandem subvertere bellis,
Quæ pietas vetuit STUBARDICA *surgere in arma,*
Et tecum Princeps pacis dedit omina sacra,
Principium & vitæ florentis, & acris, & altæ.
Lætatur cùm campus aquis, cùm floribus arvum,
Et cùm Sole dies, cùm Luna lumine noctes,
Quisque suo pariter cùm jam lætatur amore,
Tunc pleno natura sinu sua gaudia fundit,
Atque ulnis ludit quæ fundit præmia plenis.
Gaudebat quondam splendenti Roma Sagunthe,
Et Latium Græco delectabatur honore,
Persicus Assyrio miles, Scytha denique Pœno,
Hispanus verò sua gaudia dividit Anglo,
Et modò fœlici populi duo munere gaudent,
Alterna secum cùm tandem pace fruuntur,

Atque tacent presso ferventia classica bombo,
Sulfureus nec agit plumbo tela ardua pulvis,
Nec cæca turbantur agri sibi fraude subacti,
Hostis quæ ingenio semper meditatur iniquo,
Nam proprius semper duro furor astitit hosti,
Nec sedato animo pacis simulamina celat,
Semper amicus amor cunctis bona tractat amica,
Lætitiam qui semper habet sine fine sodalem,
Amplexúque fovet fugientia gaudia vitæ,
Et veros sub lege refert virtutis honores.
Nam quod nescit amor, quæcunque potentia nescit:
Ingenio nam primus adest, & perficit unus
Mentis opus, si mentis opus fortuna probavit:
Hoc nexu duo regna modò sibi magna ligantur,
Vt vitis repit per frondea culmina fagi,
Surgit & alterius surgentibus altera ramis,
Et viridi geminæ frondescunt palmite plantæ,
Dulcis & effusis pendens nigret uva racemis,
Et latis lætum veneratur frondibus Evan,
Qui gemina de matre tulit lætantia dona,
Et facit assiduo lætari pectora risu,
Tristitiæ pondúsque fugans, curásque repellens.
Fagus at umbroso tollit se vertice pinguis,
Et socio sic vana suo, cui debet honorem,
Quo fruitur cùm plena viret, cúmque ardua surgit,
Lenæique arctat frondentia brachia dulcis,
Et tanto bacchatur ovans duce, in alta virorum
Corda renascentes nutriens dulcedine thyrsos,
Qui læto nimiùm vitam dant vulnere plebi,
Atque ictu, quo fortè necant, isti inde resurgunt:
Tanta est noxa meri: nam tanta potentia Bacchi,
Qua Mars corda quatit, duro ferus enecat ictu:

Sævus nempe Deus, qui nil nisi novit iniqua.
Littore divisus, sed multo junctus amore
Magnus Abydenus dum nat freta pervia ponti,
Sestanæ ardebat vehementiùs igne puellæ,
Quâ pectus, quá animusq; simul vivítque, perítque,
Nec requiem sine amore tenet, sine amore nec ardet,
Hellespontiacos tentat percurrere fluctus,
Et miserum præbent flagrantia pectora Lembum,
Qui, quia movit amor cæco freta spumea gressu
Percurrunt, regiménque salo fervente relinquunt:
Namq; gubernaclum nescit puer ipse Cupido,
Stulta mente sapit, viro est quoque lumine cæcus,
Et quia in igne alitur, quævis vada spernit aquarum,
Aggreditur sibi magna nimis, sed deficit ipse:
Nam vires pereunt, nimiùm quo flamma resurgit,
Et tunc major adest flammanti fulmine secum,
Invalido quo corde magis sua robora nescit,
Atque ibi sæpe cadit motu labente vicissim,
Sunt ubi concusso majores pectore vires.
Tranat aquas juvenis, quoniam sitis urget amorem,
Et potum sibi censet aquas, quibus ora puellæ
Cernat, & ignitos extinguat corpore montes,
Et diros Ætnæ, quos defert, mitiget æstus.
Suppara nulla ratis moto tenet æquore parva
Remige non fertur, namq; ulmus commoda remis,
Quo magis ardet amor, tarda est tunc motibus ejus:
Nam facilis flammis, & amoris aduritur igne,
Gurgite nec vastas velociùs insecat undas,
Brachia stagna secant spumoso concita fluctu,
Et pelagus superant veluti certamine victum,
Et quasi lucta foret cum tanto perfida monstro,
Iam pugno insurgit, jam tenso deinde lacerto

Nititur,

Nititur, & cubito, torquétque ancone procellas,
Et qua perfracto ponti liquor insonat antro,
Nunc hinc, nunc illinc graviùs fera brachia tendit,
Atque alternanti nimium secat æquora nisu.
Sicut flaventem dirus gladiator arenam
Concutit effuso membris ceromate inunctis,
Et tentat superare altâ virtute palæstram,
Et nimiùm ductis detrudere viribus hostem,
Iam ferro, jam reti etiam sua robora jactans.
Non aliter Leander aquas tundítque, quatítque,
Non quasi prodigium mundi mare traderet ulnis:
Sed quasi Thraca ferum sub parvi tecta theatri
Dejiceret, facilíque manu depelleret acrem,
Sic se inter Cete demittit grandia præceps,
Sic animum, sic corda movet fera, maxima, dira,
Pugnaces veluti si urgeret robore turmas,
Non Neptuni antrum, Phocarum aut agmina sæva,
Transit enim, nisuq; acri post terga relinquit
Littora, quæ pedibus calcavit amantibus alta,
Illáque demittit, veluti sua littora quondam,
Herûs dum prono sequitur sacra littora corde,
Pergit ovans, & fortè truci si mergitur unda,
Elevat erecto sua pectora vertice surgens,
Et pede conculcat lati tunc gurgitis arvum:
Ipse etenim Pelagi multo volat antra natatu,
Nec spumæ strepitus, ponti nec machina terret.
Littora penè manu assequitur, videt aurea tecta,
Queis suus astat amor, nam solùm vivit in auro.
Stant oculi in suprema domus fastigia fusi,
Et magis expectant venientia culmina turris,
Præteritum quàm curat adhuc conamine littus.
Lumen erat patulo, in summóque foramine turris,

Sed major tunc flamma fuit sub pectore tecta,
Et tanta ardebat secum fornace, coacta,
Vt non Neptuni pontus restrinxerit æstus,
Lumen adit nisu, tanquam si cerneret astrum;
Námque illi cœlum fuerat domus alta puellæ,
In qua se solum statuit fore sæpè beatum,
Cui Dea magna fuit, coluit quam ob lumina vultus,
Sese illi & tribuit, veluti stat victima Divis,
Inspicit ætherias attento lumine stellas,
Obscuro ut nox atra sinu velamina cogit:
Iam nubes, jámque humor agit spatia omnia cœli.
Æolus & pellit jam turbida nubila ponto,
Ledæósque notat flammis coëuntibus ignes
Præcipiti toto currentes impete cœlo,
Dum se fraternis cogunt amplexibus ambo.
Horam instare videt, noctem & percurrere sentit,
Oceanus tenebras duplicat, motúsque retardat.
Cymba levis, pectus, pedibus tunc remigat actis,
Et pede tunc monstrum objecto certamine calcat:
Nititur in littus, studio festinat in oras,
Ipse suæ tunc rector adest, vitæq́, ratísque:
Et quod corde gerit, ratis est Magnetica norma,
Dirigit hinc rursus, pelagus si fortè coëgit.
Et quia luctanti surgunt conamine fluctus,
Rectam corde viam Sestanæ sumit ab igne:
Velox torquet enim liquidos per cærula campos
Vnda urget, pontúsque tumet, premit impius humor,
Atque tener vasto juvenis lassescit in amne,
Non animo, non corde acri, non remige amore,
Sed membris, totum quibus est mare, corpore, sudor.
Anxietas dulcis quem tandem extorsit amoris,
Dum tardat, dum littus item penè effugit ipsum.

At Bo-

At Boreas rapidis turbat totum æthera ventis,
Stridulus & currit fervescens impete pontum,
Et variis agitat spumantes æstibus undas.
At puer obfirmat tensis caput omne capillis,
Quos ebur extructo distinxit pectine quondam,
Atque auri sulco crinitum tegmen oravit,
Et tenero in cirros formavit dente reductos
Alba manus cùm parva regit juga dulcia aratri,
Ingenij & campum blando lenimine adæquat,
In quo Musarum seges aurea constitit ingens,
Dum cantu, versúque scidit fera corda puellæ,
Dum lecto historiæ didicit sibi codice dulcis
Cæci gesta Dei, naturæ arcanaq; sacræ,
Et novit tantum dum sciret vivere solum
Ignarus, quoniam moritur dum vivere censet:
Libera corda facit, solùm liber undique semper,
Et sapiens servire nequit, nequit aspera nosse;
Nam cœli vitam præbet sapientia terris,
Atque homini sapiens Deus est homo semper in orbe
Et mentem sæpe auget amor, cui nempe sorores
Sunt Musæ, etsi aliâ vitæ genitrice refulgent:
Cunctis una Venus substat tamen unica mater:
Nam sine amore sciet nullus, nec vivere discet,
Si quæ Musa colit, tandem perdiscit amare.
Ibat Abydenus Neptunia stagna revolvens
Flagranti & littus nimium sibi corde petebat,
Cum cunctis pugnare feris ponti ipse paratus,
Dummodò ad optatos accederet ipse favores,
Dummodò divini daret oscula dulciter oris
Purpureis labris, Charitum quibus assidet aura,
Dummodò & egregij amplexus frueretur honore,
In gremium, quo natus amor, sibi vitáque nata est,

Inq; sinum, cui pulchra Venus sæpe invidet ipsa,
Necteret, atque arcto sua pectora dulcia vinclo,
In quibus assistunt firmi corda ardua amantis,
Atque ignis, quo corda calent, ibi sævius urit,
Atque ibi pugnaci sedet inclyta gloria lite:
Nam sine lite decus vel nunquam adquiritur ingens,
Gloria nec patuit, fuerit nisi passio primùm.
Hic ordo est vitæ, fortunæ hic terminus extat,
Hic modus assueto magnos tenet undique more,
Fœlix qui patitur, vitæ si adipiscitur arcem:
Prosperitas nam nulla subest sine jure pericli.
Ut propè jam littus steterat, vada perfida vincens,
Tunc pontus resluo disjecit corpora fluctu
Jam lassi juvenis, porrò & dimittit in undas,
Et pelagus graviùs demùm diffundit in imum,
Et quasi disjectis rueret tunc artubus Heros,
Et rursus sibi bella essent cum fluctibus artis,
Excutit inde etiam vires, sua pectora tendit,
Et lapso percurrit iter tunc corpore aquosum.
Non animus cessit, nam substat littore palma,
Et labor egregius tunc stat, cùm stat sibi finis,
Cùm palmam sequiturq; boni, finémque pericli.
Heu! quoties clamabat, amor, quo me ejicis acer?
Igne premar, non fundar aqua, meus est Deus *ignis,*
Ignibus & vivo, vivos meus appetit ignes
Sæpe labor, flammísque volo mihi nempe perire:
Ut quid me tanto sævè nunc gurgite torques?
Non sitis est animo, mortis satis ebibi amara,
Si morior pelago; fœlix si labor in ignem.
Ignis amor, quo victus agor, quo vincor ubique,
Atque ignis mea corda coquit nive pressa puellæ:
Iam fer opem Neptune *mihi, liquor absit & unda,*

Et ve-

Et verum auxilium facili mihi ſubjice dextrâ.
Hæc juvenis, ſed multa labor proferre vetabat,
Nec ſic tutus erat, biberet quin gutture pontum,
Et ſalſos potaret ibi tunc pectore fluctus,
Præſertim diro turgeret ut unda rigore,
Et velox rueret, premerétque reciproca triſtem,
Pontus ut in noxam flueret Leandrius atram,
Et nomen de morte viri ſibi ſumeret inde.
Icarus ut diris ſua nomina contulit undis
Eridani, ut Phaëthon ſacravit lapſibus amnem,
Exſurgit tandem per ſumma undantia ſtagna,
Atque ſuperficiem rigidi natat æquoris audax,
Atque ulnis, pedibúſque ſimul mare vincit iniquum,
Littora conſtringit dextrâ, dextrâ arctat arenam:
Labitur hæc dextrâ, fluitat, fugit, excidit, urget,
Et vix urgentem ſublapſa relinqueret ultrò,
Tunc niſi firma manus premeret, caperétque viciſſim.
Quæ digitis firmata ſuis liquida antra reliquit,
Deſilit in littus juvenis, dat & oſcula terræ,
Et ſubitò ad turrim velox veſtigia tendit,
Ut ferret tunc ſacra Deæ, ſub numine cujus
Vicit aquas, vicitq; necem, vicitq; laborem,
Et tenuit certam ſecuro pectore vitam:
Nudus abit, nam nudus amor placet omnibus unus,
Nec ſe veſte tegi exoptat, nec poſſidet ullam,
Adventum tunc voce notat, quâ conſpicit ignem,
Audit, & exultat tunc percita corde puella,
Et ſi qua arte poteſt, aperit clauſa oſtia cuncta,
Cuſtodem fallit, ſtridentis & ardua ferri
Robora lenit iners, amor omnia denique cogit,
Aſſequitur, fruitúrque ſuo, quo ardebat amore,
Noctíſque inde moras in ſæcula multa precatur,

Et brumam cupit esse sibi, dum constitit æstas,
Aut Sol qua opposito tandem sub cardine in Ursam
Serò lucis agit splendentia munera sacræ:
Sed quo fortè potest subsistit tempore fœlix.
Urgebat custos sollers, & abire necesse est:
In mare rursus abit, rursus secat æquora pectus,
Et facili, quæ liquit adhuc quoque littora, cursu
Assequitur, tangitq; simul pede dulcia arenæ
Munera, quæ tanti solùm est sibi conscia amoris,
Et tacitos quoque sola videt sub amore recessus,
Materiam & præbet tantis quoque casibus una:
Et quia non poterat juvenis subsistere vita,
Absque anima, quam sola tenet formosa puella,
Atque iterum, atq; iterum pelagi vada currere tentat,
Et vitæ explorare novos sibi denique portus,
Tunc non stagna piger spumantia nempe petivit
Corde celer, studióque atrox, animóque superbus
Undarum cumulos laxis complectitur ulnis.
Felici est gressu tunc per vada transitus alter,
Et nova bella subit Neptuniáque arma lacessit,
Sed non sorte pari, dispar namq; exitus arsit,
Currit inæquali passu medio æquore tandem.
Hunc vel Nereides, vel mors hunc accipit atrox,
Irascens Zephyrus vomuit de pectore flatus
Turbato incussos nimiùm necis impete diros,
Accipiunt juvenem, mergúntque, trahúntq; vorantq;
Dejiciunt Pelaga, fugit atro spiritus ore,
Æquore volvuntur moto nunc frigida membra,
Iam sursum, deorsumq; cadit, jam surgit ab imo,
Corpus & ejectum totis devolvitur undis,
Et signo jubaris vitam notat ipsa puella,
Ne retrò, citróque fluat pontus actus ab alto,

Expectat

Expectat dulces dulcis venientis amores,
Exploratque animo pelagus, putat undique adesse,
Seu mergum inspiciat rapidi maris antra natantem,
Suberis aut videat fluitantia frustula ponto,
Esse putat juvenem, juvenisque nitentia membra:
Sed non fallit amor, nec præscia sæpe futuri
Mens concussa animo decepit corda puellæ:
Hinc, illincque videt, venientis venit & hora,
Nec venit ille tamen, timet acrius, actaque pallet,
E turri tunc ora effert, lumenque ministrat,
Et ne flatus agat commoto turbine lucem:
Nam sensit turbata maris vada denique sævi,
Ipsa manu lumen, qua nix vel canuit ipsa
Opposita, vento tandem defendit ab atro,
Atque dolens speculatur ibi, exploratque potenter,
Iamq; albescebat radijs Aurora venustis,
Et custos avido dimisit corde soporem,
Tristitiam præfert vultu, & sub pectore mortem.
Exoptat juvenem, juvenem petit ore, manuque:
Illa Veni, clamatque veni, mihi dulcis amator,
Cur tardas? Quas corde moras tibi suscipis acri?
Cur metuis pelagus, qui audes certamen amoris
Suscipere immensum, fuerasque in præmia victor?
Ne ponti jam stagna time, meus ignis in illo est,
Siccabitque meus fluctus, camposque liquentes
Ingredere hoc monstrum vel adhuc si in littore perstas
Si pontum percurris adhuc, perge impiger istuc:
Hic spero, hic sunt dona tibi, chara oscula multa,
Et dulcis Veneris si optas tibi pectus habebis,
Cœpisti donisque frui, Veneremque potiri,
Perge iterum, ne alios tandem tibi quære favores.
Constans esto mihi, dulci constantia gaudet

Iure nimis, pectus nam mobile cuncta relinquit,
Nil tenet assuetum, nec gaudia dulcia novit.
Vísne inter Phocas, si nosti Prothea magnum
Degere, seu Thetidis lætari amplexibus altis?
Cur metuis? qui atrox? quæ te non ipsa relinquo:
Undosum en lachrymis effusis augeo pontum,
Illarum ut tactu per pontum me undique noscas,
Sic & aquas tranare meas super æquora dicas.
Dixit, & extemplò pelagus vomit ardua membra,
Exanime & corpus fluitat, quod tristius inde
Exsilit in littus, patitur mare mortua nunquam
Corpora, sed fundit, comedit seu piscis obesus.
Illa oculos in littus agit, spectátque jacentem
Tunc juvenem, juvenem jam non, sed triste cadaver,
Terræ & pondus iners, tristísque gravamen amoris.
Immotum videt illa solo, cui languida membra
Fœda jacent, salsóque tument, putréntque liquore
Pressa labra obscuríque oculi, caput omne supinum,
Atque incomposito sordet decor undique crine,
Et laxo pelagus quæ urgebant brachia lapsu,
Victa ruunt, motúsque nihil, robúrque reservant,
Illa gemit nimium, nimiumq; rubentia labra
Tristis gutta rigat, toto madet ore puella,
Quid faciat nescit: custos clausa ostia servat,
Attento inspectat tandem tunc omnia nisu,
Tutaturq; oculis, quæ oculis quoque surripit audax
Semper amor, quoniam nimium furatur & ignem.
Ungue genas, pectúsque manu, caput omne lacertis
Contudit, & nimiùm lachrymantia verberat ora:
In cœlum, in testémq; DEUM *clamátque, gemítque,*
Crudeles vocat ipsa Deos, vocat impia cœli
Sydera, & audaci damnat Iovis æthera voce.

Inspicit & corpus bis, térque, quaterq́ tuetur,
Illudq́ esse probat, firmat sua lumina in ipsum,
Num fuerit peregrinus adhuc de nave refusus:
Cui mare, cui tellus, cui non fortuna pepercit,
Fluctibus ut fuerit deductus, & actus utrisque.
Non quis sit dubitat, sequitur nota ardua cordis,
Rebus in adversis certa est sententia mentis.
Fata movent animum, certum venit ictibus omen,
Pectoris inspexit quod fata prementia dirè:
Námque animo exitium fato sæpè astat acerbo.
Utq́ magis rubuit Solis venientis imago,
Et liquidis lumen nitidum radiavit in undis,
Atque repercusso nituit tunc lumine Pontus,
Veriùs agnovit tunc membra putrentia amantis,
Dum pallor malas pressit, quas purpura finxit,
Et squalor pelagi rapuit quoque crinibus aurum,
Atque cutis candor ponti quoque torpuit alga,
Ille est noster, ait, nostri Leander amoris,
Ille iterum repetit, repetitq́ dolentiùs ille:
Heu! quid ago? quid nempe moror? quid turris in alta
Permaneo sede? & tanti spectacula damni
Impia vel patior, temno aut crudelis, & acris?
Heu! non ille meos primus libavit amores?
Si periit, cur vivo at ego? nam spiritus unus
Sæpè ambos aluit, falsum est me vivere, falsum est:
Non possum quia nempe mori, si vivit & ille;
Et si non vivit, cur non moritura repellor?
Sentio sub membris vitam, quoq; sentio mortem:
Sed mortem sentire decet, quia mortuus ille est.
Mortuus ille quidem est, jacet ille, ego vivo sed ipsa:
At jam non vivam, moriar, moriárque vicissim.
Suscipe me juvenis, feror hinc, feror hìncque, cadóque,

Atque Aquila in ſolem nullo videt excita nutu,
Expanſisq; ſimul cogat totum æthera pennis,
Et gemino inde polum vultu ſpectabit utrumque,
In queis jura feras, ſacros quibus indis honores:
Nam tanto ſociatus eris ſub numine ſummus,
Si vel ſata velint ut ſit tibi mundus uterque,
Et facilis, pronúſque ſuis jam montibus omnis,
Qui in cumulum impoſitis, vel cœli culmina tangant,
Æmathio Oſſa ſacrum ut duplicat ſub vertice Olympũ,
Ut te vel viſu in terris jam nemo ſequatur:
Solus conſpicuis ſummus ſuper aëra flammis,
Cæſaribus notus, procerum quoque cœtibus altus.
Anni dum velox devolvitur orbita magni,
Nil majus poterit terris vel cernere nemo,
Quàm tot, quæ fortuna dedit modo munera tecum.
Si numerare queam tecum quæ maxima ſubſunt,
Et non tam tecum, pro te quàm quæ alta videntur,
Et propter te etiam fœlix nunc conſpicit annus,
Cæſareum noſtris nunc jam perſiſtit in oris
Antiquum nomen, quo Martia bella vigebant,
Omnia & in Romam ſtabant oracula ſummam,
Et Parthus celeres ponebat Marte ſagittas,
Attonitus ſua dira quidem quoque ſpicula Dacus,
Dardanij quoque pondus equi, fera tela Scytharum,
Et Medus toto ſiluit ſua prælia mundo,
Horrificæ & ceſſit ſplendens Carthaginis aula,
Egregie ut voluit fera milite mittere bella,
Funditus & ſtuduit deducere limite Romam,
Et varijs finire etiam decus artibus urbis,
Auſpicio aut populi, certo aut conamine fati:
Oppoſito quoque Marte ſimul Tyros arſit, iniqua
Compulit ut cuneis, varijsq; cohortibus arma,

Imperium & mundi bello tentavit adire,
Iam ſtudio, jam fraude truci, jam viribus altis
Ferrea diffundens per campos robora ſummos
Tunc Latios, Latiiq; caput telo acrius angens,
In caput orbis enim quiſquis caput omne furenti
Tollebat rabie, fuerat quoque quilibet hoſtis,
Nec permittebat tantum floreſcere Romam,
Romuleóſq; orbem vel vi tentare nepotes,
Et tunc jura Numæ, Themidis ſacra ducere templa,
Invidiæ telis nationum copia duris,
Dirè aſſurgebat, duríſq; furebat in annis:
Arma animo, ducebat item quoq; viribus arma,
Cogit nam virtus rerum & præſentia ſumma
Corda virûm, qui tanta ſibi deſumere jura
Vix poſſunt, victóq; jacent ſine nomine corde.
Spiritus hos agitat diffuſis invidus armis,
Hos movet, hos ſtimulat recto nimis æmula Parca,
Perſicus hoc tulerat probrum (ſi eſt deniq; probrum
Sub propria virtute pati) ſæpè hoſtibus orbis
Ab ſævis, qui ſæva nimis ſua tela ferebant
Impete ferventi, multo & concuſſa furore.
Quid non Aſſyrius noxa quoq; pertulit altus,
Dum varios haſtæ incurſus, timuítq; tumultus
Mavortis diro confectos robore magni?
Nunc Hiſpana manus certo eſt munimine tuta,
Quam premere audebant Aſiæ ſæva agmina multa,
Africa & horrenti quondam vaſtaverat ictu,
Et tulit hæc hoſtes inter ſua viſcera magnos,
Qui vel Marte ſui cupiebant ſanguinis hauſtus,
Quo nutriebantur buccis potare ſuperbis.
Hinc inde invictam vexabant robore gentem,
Marte viros, & morte quidem depellere dira,

Inq́; ſinum, cui pulchra Venus ſæpe invidet ipſa,
Necteret, atque arcto ſua pectora dulcia vinclo,
In quibus aſſiſtunt firmi corda ardua amantis,
Atque ignis, quo corda calent, ibi ſævius urit,
Atque ibi pugnaci ſedet inclyta gloria lite:
Nam ſine lite decus vel nunquam adquiritur ingens,
Gloria nec patuit, fuerit niſi paſſio primùm.
Hic ordo eſt vitæ, fortunæ hic terminus extat,
Hic modus aſſueto magnos tenet undique more,
Fœlix qui patitur, vitæ ſi adipiſcitur arcem:
Proſperitas nam nulla ſubeſt ſine jure pericli.
Ut propè jam littus ſteterat, vada perfida vincens,
Tunc pontus refluo disjecit corpora fluctu
Iam laſſi juvenis, porrò & dimittit in undas,
Et pelagus graviùs demùm diffundit in imum,
Et quaſi disjectis rueret tunc artubus Heros,
Et rurſus ſibi bella eſſent cum fluctibus artis,
Excutit inde etiam vires, ſua pectora tendit,
Et lapſo percurrit iter tunc corpore aquoſum.
Non animus ceſſit, nam ſubſtat littore palma,
Et labor egregius tunc ſtat, cùm ſtat ſibi finis,
Cùm palmam ſequiturq́; boni, finémque pericli.
Heu! quoties clamabat, amor, quo me ejicis acer?
Igne premar, non fundar aqua, meus eſt Deus *ignis,*
Ignibus & vivo, vivos meus appetit ignes
Sæpe labor, flammíſque volo mihi nempe perire:
Ut quid me tanto ſævè nunc gurgite torques?
Non ſitis eſt animo, mortis ſatis ebibi amara,
Si morior pelago; fœlix ſi labor in ignem.
Ignis amor, quo victus agor, quo vincor ubique,
Atque ignis mea corda coquit nive preſſa puellæ:
Iam fer opem Neptune *mihi, liquor abſit & unda,*

Et ve-

Et verum auxilium facili mihi subjice dextrâ.
Hæc juvenis, sed multa labor proferre vetabat,
Nec sic tutus erat, biberet quin gutture pontum,
Et salsos potaret ibi tunc pectore fluctus,
Præsertim diro turgeret ut unda rigore,
Et velox rueret, premerétque reciproca tristem,
Pontus ut in noxam flueret Leandrius atram,
Et nomen de morte viri sibi sumeret inde.
Icarus ut diris sua nomina contulit undis
Eridani, ut Phaëthon sacravit lapsibus amnem,
Exsurgit tandem per summa undantia stagna,
Atque superficiem rigidi natat æquoris audax,
Atque ulnis, pedibúsque simul mare vincit iniquum,
Littora constringit dextrâ, dextrâ arctat arenam:
Labitur hæc dextrâ, fluitat, fugit, excidit, urget,
Et vix urgentem sublapsa relinqueret ultrò,
Tunc nisi firma manus premeret, caperétque vicissim.
Quæ digitis firmata suis liquida antra reliquit,
Desilit in littus juvenis, dat & oscula terræ,
Et subitò ad turrim velox vestigia tendit,
Ut ferret tunc sacra Deæ, sub numine cujus
Vicit aquas, vicitq; necem, vicitq; laborem,
Et tenuit certam securo pectore vitam:
Nudus abit, nam nudus amor placet omnibus unus,
Nec se veste tegi exoptat, nec possidet ullam,
Adventum tunc voce notat, quá conspicit ignem,
Audit, & exultat tunc percita corde puella,
Et si qua arte potest, aperit clausa ostia cuncta,
Custodem fallit, stridentis & ardua ferri
Robora lenit iners, amor omnia denique cogit,
Assequitur, fruitúrque suo, quo ardebat amore,
Noctísque inde moras in sæcula multa precatur,

Et brumam cupit esse sibi, dum constitit æstas,
Aut Sol qua opposito tandem sub cardine in Ursam
Serò lucis agit splendentia munera sacræ:
Sed quo fortè potest subsistit tempore fœlix.
Urgebat custos sollers, & abire necesse est:
In mare rursus abit, rursus secat æquora pectus,
Et facili, quæ liquit adhuc quoque littora, cursu
Assequitur, tangitq; simul pede dulcia arenæ
Munera, quæ tanti solùm est sibi conscia amoris,
Et tacitos quoque sola videt sub amore recessus,
Materiam & præbet tantis quoque casibus una:
Et quia non poterat juvenis subsistere vita,
Absque anima, quam sola tenet formosa puella,
Atque iterum, atq; iterum pelagi vada currere tentat,
Et vitæ explorare novos sibi denique portus,
Tunc non stagna piger spumantia nempe petivit
Corde celer, studióque atrox, animóque superbus
Undarum cumulos laxis complectitur ulnis.
Felici est gressu tunc per vada transitus alter,
Et nova bella subit Neptuniáque arma lacessit,
Sed non sorte pari, dispar namq; exitus arsit,
Currit inæquali passu medio æquore tandem.
Hunc vel Nereides, vel mors hunc accipit atrox,
Irascens Zephyrus vomuit de pectore statùs
Turbato incussos nimiùm necis impete diros,
Accipiunt juvenem, mergúntque, trahúntq; vorantq;
Dejiciunt Pelaga, fugit atro spiritus ore,
Æquore volvuntur moto nunc frigida membra,
Iam sursum, deorsumq; cadit, jam surgit ab imo,
Corpus & ejectum totis devolvitur undis,
Et signo jubaris vitam notat ipsa puella,
Ne retrò, citróque fluat pontus actus ab alto,

Expectat dulces dulcis venientis amores,
Exploratque animo pelagus, putat undique adesse,
Seu mergum inspiciat rapidi maris antra natantem,
Suberis aut videat fluitantia frustula ponto,
Esse putat juvenem, juvenisque nitentia membra:
Sed non fallit amor, nec præscia sæpe futuri
Mens concussa animo decepit corda puellæ:
Hinc, illincque videt, venientis venit & hora,
Nec venit ille tamen, timet acrius, actáque pallet,
E turri tunc ora effert, luménque ministrat,
Et ne flatus agat commoto turbine lucem:
Nam sensit turbata maris vada denique sævi,
Ipsa manu lumen, qua nix vel canuit ipsa
Opposita, vento tandem defendit ab atro,
Atque dolens speculatur ibi, explorátque potenter,
Iamq; albescebat radijs Aurora venustis,
Et custos avido dimisit corde soporem,
Tristitiam præfert vultu, & sub pectore mortem.
Exoptat juvenem, juvenem petit ore, manúque:
Illa Veni, clamátque veni, mihi dulcis amator,
Cur tardas? Quas corde moras tibi suscipis acri?
Cur metuis pelagus, qui audes certamen amoris
Suscipere immensum, fueráśque in præmia victor?
Ne ponti jam stagna time, meus ignis in illo est,
Siccabítque meus fluctus, campósque liquentes
Ingredere hoc monstrum vel adhuc si in littore perstas
Si pontum percurris adhuc, perge impiger istuc:
Hic spero, hic sunt dona tibi, chara oscula multa,
Et dulcis Veneris si optas tibi pectus habebis,
Cœpisti donísque frui, Venerémque potiri,
Perge iterum, ne alios tandem tibi quære favores.
Constans esto mihi, dulci constantia gaudet

Iure nimis, pectus nam mobile cuncta relinquit,
Nil tenet assuetum, nec gaudia dulcia novit.
Visne inter Phocas, si nosti Prothea magnum
Degere, seu Thetidis lætari amplexibus altis?
Cur metuis? qui atrox? quæ te non ipsa relinquo:
Undosum en lachrymis effusis augeo pontum,
Illarum ut tactu per pontum me undique noscas,
Sic & aquas tranare meas super æquora dicas.
Dixit, & extemplò pelagus vomit ardua membra,
Exanime & corpus fluitat, quod tristius inde
Exsilit in littus, patitur mare mortua nunquam
Corpora, sed fundit, comedit seu piscis obesus.
Illa oculos in littus agit, spectátque jacentem
Tunc juvenem, juvenem jam non, sed triste cadaver,
Terræ & pondus iners, tristísque gravamen amoris.
Immotum videt illa solo, cui languida membra
Fœda jacent, salsóque tument, putréntque liquore
Pressa labra obscuríque oculi, caput omne supinum,
Atque incomposito sordet decor undique crine,
Et laxo pelagus quæ urgebant brachia lapsu,
Victa ruunt; motúsque nihil, robúrque reservant,
Illa gemit nimium, nimiumq; rubentia labra
Tristis gutta rigat, toto madet ore puella,
Quid faciat nescit: custos clausa ostia servat,
Attento inspectat tandem tunc omnia nisu,
Tutaturq; oculis, quæ oculis quoque surripit audax
Semper amor, quoniam nimium furatur & ignem.
Ungue genas, pectúsque manu, caput omne lacertis
Contudit, & nimiùm lachrymantia verberat ora:
In cœlum, in testemq; DEUM clamátque, gemítque,
Crudeles vocat ipsa Deos, vocat impia cœli
Sydera, & audaci damnat Iovis æthera voce.

Inspicit & corpus bis, térque, quaterq́; tuetur,
Illudq́; esse probat, firmat sua lumina in ipsum,
Num fuerit peregrinus adhuc de nave refusus:
Cui mare, cui tellus, cui non fortuna pepercit,
Fluctibus ut fuerit deductus, & actus utrisque.
Non quis sit dubitat, sequitur nota ardua cordis,
Rebus in adversis certa est sententia mentis.
Fata movent animum, certum venit ictibus omen,
Pectoris inspexit quod fata prementia dirè:
Námque animo exitium fato sæpè astat acerbo.
Utq́; magis rubuit Solis venientis imago,
Et liquidis lumen nitidum radiavit in undis,
Atque repercusso nituit tunc lumine Pontus,
Veriùs agnovit tunc membra putrentia amantis,
Dum pallor malas pressit, quas purpura finxit,
Et squalor pelagi rapuit quoque crinibus aurum,
Atque cutis candor ponti quoque torpuit alga,
Ille est noster, ait, nostri Leander amoris,
Ille iterum repetit, repetitq́; dolentiùs ille:
Heu! quid ago? quid nempe moror? quid turris in alta
Permaneo sede? & tanti spectacula damni
Impia vel patior, temno aut crudelis, & acris?
Heu! non ille meos primus libavit amores?
Si periit, cur vivo at ego? nam spiritus unus
Sæpè ambos aluit, falsum est me vivere, falsum est:
Non possum quia nempe mori, si vivit & ille;
Et si non vivit, cur non moritura repellor?
Sentio sub membris vitam, quoq; sentio mortem:
Sed mortem sentire decet, quia mortuus ille est.
Mortuus ille quidem est, jacet ille, ego vivo sed ipsa:
At jam non vivam, moriar, moriárque vicissim.
Suscipe me juvenis, feror hinc, feror hincque, cadóque,

Atque Aquila in solem nullo videt excita nutu,
Expansisq́; simul cogat totum æthera pennis,
Et gemino inde polum vultu spectabit utrumque,
In queis jura feras, sacros quibus indis honores:
Nam tanto sociatus eris sub numine summus,
Si vel fata velint ut sit tibi mundus uterque,
Et facilis, pronúsque suis jam montibus omnis,
Qui in cumulum impositis, vel cœli culmina tangant,
Æmathio Ossa sacrum ut duplicat sub vertice Olympũ,
Ut te vel visu in terris jam nemo sequatur:
Solus conspicuis summus super aëra flammis,
Cæsaribus notus, procerum quoque cœtibus altus.
Anni dum velox devolvitur orbita magni,
Nil majus poterit terris vel cernere nemo,
Quàm tot, quæ fortuna dedit modo munera tecum.
Si numerare queam tecum quæ maxima subsunt,
Et non tam tecum, pro te quàm quæ alta videntur,
Et propter te etiam fœlix nunc conspicit annus,
Cæsareum nostris nunc jam persistit in oris
Antiquum nomen, quo Martia bella vigebant,
Omnia & in Romam stabant oracula summam,
Et Parthus celeres ponebat Marte sagittas,
Attonitus sua dira quidem quoque spicula Dacus,
Dardanij quoque pondus equi, fera tela Scytharum,
Et Medus toto siluit sua prælia mundo,
Horrificæ & cessit splendens Carthaginis aula,
Egregie ut voluit fera milite mittere bella,
Funditus & studuit deducere limite Romam,
Et varijs finire etiam decus artibus urbis,
Auspicio aut populi, certo aut conamine fati:
Opposito quoque Marte simul Tyros arsit, iniqua
Compulit ut cuneis, varijsq́; cohortibus arma,

Imperium

Imperium & mundi bello tentavit adire,
Iam studio, jam fraude truci, jam viribus altis
Ferrea diffundens per campos robora summos
Tunc Latios, Latiiq; caput telo acrius angens,
In caput orbis enim quisquis caput omne furenti
Tollebat rabie, fuerat quoque quilibet hostis,
Nec permittebat tantum florescere Romam,
Romuleósq; orbem vel vi tentare nepotes,
Et tunc jura Numæ, Themidis sacra ducere templa,
Invidiæ telis nationum copia duris,
Dirè assurgebat, durísq; furebat in annis:
Arma animo, ducebat item quoq; viribus arma,
Cogit nam virtus rerum & præsentia summa
Corda virûm, qui tanta sibi desumere jura
Vix possunt, victóq; jacent sine nomine corde.
Spiritus hos agitat diffusis invidus armis,
Hos movet, hos stimulat recto nimis æmula Parca,
Persicus hoc tulerat probrum (si est deniq; probrum
Sub propria virtute pati) sæpè hostibus orbis
Ab sævis, qui sæva nimis sua tela ferebant
Impete ferventi, multo & concussa furore.
Quid non Assyrius noxa quoq; pertulit altus,
Dum varios hastæ incursus, timuítq; tumultus
Mavortis diro confectos robore magni?
Nunc Hispana manus certo est munimine tuta,
Quam premere audebant Asiæ sæva agmina multa,
Africa & horrenti quondam vastaverat ictu,
Et tulit hæc hostes inter sua viscera magnos,
Qui vel Marte sui cupiebant sanguinis haustus,
Quo nutriebantur buccis potare superbis.
Hinc inde invictam vexabant robore gentem,
Marte viros, & morte quidem depellere dira,

Inq; sinum, cui pulchra Venus sæpe invidet ipsa,
Necteret, atque arcto sua pectora dulcia vinclo,
In quibus assistunt firmi corda ardua amantis,
Atque ignis, quo corda calent, ibi sævius urit,
Atque ibi pugnaci sedet inclyta gloria lite:
Nam sine lite decus vel nunquam adquiritur ingens,
Gloria nec patuit, fuerit nisi passio primùm.
Hic ordo est vitæ, fortunæ hic terminus extat,
Hic modus assueto magnos tenet undique more,
Fœlix qui patitur, vitæ si adipiscitur arcem:
Prosperitas nam nulla subest sine jure pericli.
Ut propè jam littus steterat, vada perfida vincens,
Tunc pontus refluo disjecit corpora fluctu
Jam lassi juvenis, porrò & dimittit in undas,
Et pelagus graviùs demùm diffundit in imum,
Et quasi disjectis rueret tunc artubus Heros,
Et rursus sibi bella essent cum fluctibus artis,
Excutit inde etiam vires, sua pectora tendit,
Et lapso percurrit iter tunc corpore aquosum.
Non animus cessit, nam substat littore palma,
Et labor egregius tunc stat, cùm stat sibi finis,
Cùm palmam sequiturq; boni, finémque pericli.
Heu! quoties clamabat, amor, quo me ejicis acer?
Igne premar, non fundar aqua, meus est Deus ignis,
Ignibus & vivo, vivos meus appetit ignes
Sæpe labor, flammísque volo mihi nempe perire:
Ut quid me tanto sævè nunc gurgite torques?
Non sitis est animo, mortis satis ebibi amaræ,
Si morior pelago; fœlix si labor in ignem.
Ignis amor, quo victus agor, quo vincor ubique,
Atque ignis mea corda coquit nive pressa puella:
Iam fer opem Neptune mihi, liquor absit & unda,

Et ve-

Et verum auxilium facili mihi subjice dextrâ.
Hæc juvenis, sed multa labor proferre vetabat,
Nec sic tutus erat, biberet quin gutture pontum,
Et salsos potaret ibi tunc pectore fluctus,
Præsertim diro turgeret ut unda rigore,
Et velox rueret, premerétque reciproca tristem,
Pontus ut in noxam flueret Leandrius atram,
Et nomen de morte viri sibi sumeret inde.
Icarus ut diris sua nomina contulit undis
Eridani, ut Phaëthon sacravit lapsibus amnem,
Exsurgit tandem per summa undantia stagna,
Atque superficiem rigidi natat æquoris audax,
Atque ulnis, pedibúsque simul mare vincit iniquum,
Littora constringit dextrâ, dextrâ arctat arenam:
Labitur hæc dextrâ, fluitat, fugit, excidit, urget,
Et vix urgentem sublapsa relinqueret ultrò,
Tunc nisi firma manus premeret, caperétque vicissim.
Quæ digitis firmata suis liquida antra reliquit,
Desilit in littus juvenis, dat & oscula terræ,
Et subitò ad turrim velox vestigia tendit,
Ut ferret tunc sacra Deæ, sub numine cujus
Vicit aquas, vicitq; necem, vicitq; laborem,
Et tenuit certam securo pectore vitam:
Nudus abit, nam nudus amor placet omnibus unus,
Nec se veste tegi exoptat, nec possidet ullam,
Adventum tunc voce notat, quâ conspicit ignem,
Audit, & exultat tunc percita corde puella,
Et si qua arte potest, aperit clausa ostia cuncta,
Custodem fallit, stridentis & ardua ferri
Robora lenit iners, amor omnia denique cogit,
Assequitur, fruitúrque suo, quo ardebat amore,
Noctísque inde moras in sæcula multa precatur,

Et brumam cupit esse sibi, dum constitit æstas,
Aut Sol qua opposito tandem sub cardine in Ursam
Serò lucis agit splendentia munera sacræ:
Sed quo fortè potest subsistit tempore fœlix.
Urgebat custos sollers, & abire necesse est:
In mare rursus abit, rursus secat æquora pectus,
Et facili, quæ liquit adhuc quoque littora, cursu
Assequitur, tangitq; simul pede dulcia arenæ
Munera, quæ tanti solùm est sibi conscia amoris,
Et tacitos quoque sola videt sub amore recessus,
Materiam & præbet tantis quoque casibus una:
Et quia non poterat juvenis subsistere vita,
Absque anima, quam sola tenet formosa puella,
Atque iterum, atq; iterum pelagi vada currere tentat,
Et vitæ explorare novos sibi denique portus,
Tunc non stagna piger spumantia nempe petivit
Corde celer, studióque atrox, animóque superbus
Undarum cumulos laxis complectitur ulnis.
Felici est gressu tunc per vada transitus alter,
Et nova bella subit Neptuniáque arma lacessit,
Sed non sorte pari, dispar namq; exitus arsit,
Currit inæquali passu medio æquore tandem.
Hunc vel Nereides, vel mors hunc accipit atrox,
Irascens Zephyrus vomuit de pectore flatus
Turbato incussos nimiùm necis impete diros,
Accipiunt juvenem, mergúntque, trahúntq; vorantq;
Dejiciunt Pelaga, fugit atro spiritus ore,
Æquore volvuntur moto nunc frigida membra,
Iam sursum, deorsumq; cadit, jam surgit ab imo,
Corpus & ejectum totis devolvitur undis,
Et signo jubaris vitam notat ipsa puella,
Ne retrò, citróque fluat pontus actus ab alto,

Expectat

Expectat dulces dulcis venientis amores,
Exploràtque animo pelagus, putat undique adesse,
Seu mergum inspiciat rapidi maris antra natantem,
Suberis aut videat fluitantia frustula ponto,
Esse putat juvenem, juvenísque nitentia membra:
Sed non fallit amor, nec præscia sæpe futuri
Mens concussa animo decepit corda puellæ:
Hinc, illincque videt, venientis venit & hora,
Nec venit ille tamen, timet acrius, actáque pallet,
E turri tunc ora effert, luménque ministrat,
Et ne flatus agat commoto turbine lucem:
Nam sensit turbata maris vada denique sævi,
Ipsa manu lumen, qua nix vel canuit ipsa
Opposita, vento tandem defendit ab atro,
Atque dolens speculatur ibi, exploràtque potenter,
Iamq; albescebat radijs Aurora venustis,
Et custos avido dimisit corde soporem,
Tristitiam præfert vultu, & sub pectore mortem.
Exoptat juvenem, juvenem petit ore, manúque:
Illa Veni, clamàtque veni, mihi dulcis amator,
Cur tardas? Quas corde moras tibi suscipis acri?
Cur metuis pelagus, qui audes certamen amoris
Suscipere immensum, fueràsque in præmia victor?
Ne ponti jam stagna time, meus ignis in illo est,
Siccabitque meus fluctus, campósque liquentes
Ingredere hoc monstrum vel adhuc si in littore perstas
Si pontum percurris adhuc, perge impiger istuc:
Hic spero, hic sunt dona tibi, chara oscula multa,
Et dulcis Veneris si optas tibi pectus habebis,
Cœpisti donísque frui, Venerémque potiri,
Perge iterum, ne alios tandem tibi quære favores.
Constans esto mihi, dulci constantia gaudet

Iure nimis, pectus nam mobile cuncta relinquit,
Nil tenet assuetum, nec gaudia dulcia novit.
Visne inter Phocas, si nosti Prothea magnum
Degere, seu Thetidis lætari amplexibus altis?
Cur metuis? qui atrox? quæ te non ipsa relinquo:
Undosum en lachrymis effusis augeo pontum,
Illarum ut tactu per pontum me undique noscas,
Sic & aquas tranare meas super æquora dicas.
Dixit, & extemplò pelagus vomit ardua membra,
Exanime & corpus fluitat, quod tristius inde
Exsilit in littus, patitur mare mortua nunquam
Corpora, sed fundit, comedit seu piscis obesus.
Illa oculos in littus agit, spectátque jacentem
Tunc juvenem, juvenem jam non, sed triste cadaver,
Terræ & pondus iners, tristísque gravamen amoris.
Immotum videt illa solo, cui languida membra
Fœda jacent, salsóque tument, putréntque liquore
Pressa labra obscuríque oculi, caput omne supinum,
Atque incomposito sordet decor undique crine,
Et laxo pelagus quæ urgebant brachia lapsu,
Victa ruunt, motúsque nihil, robúrque reservant,
Illa gemit nimium, nimiumq; rubentia labra
Tristis gutta rigat, toto madet ore puella,
Quid faciat nescit: custos clausa ostia servat,
Attento inspectat tandem tunc omnia nisu,
Tutaturq; oculis, quæ oculis quoque surripit audax
Semper amor, quoniam nimium furatur & ignem.
Ungue genas, pectúsque manu, caput omne lacertis
Contudit, & nimium lachrymantia verberat ora:
In cœlum, in testemq; DEUM clamátque, gemítque,
Crudeles vocat ipsa Deos, vocat impia cœli
Sydera, & audaci damnat Iovis æthera voce.

Inspicit & corpus bis, térque, quaterq; tuetur,
Illudq; esse probat, firmat sua lumina in ipsum,
Num fuerit peregrinus adhuc de nave refusus:
Cui mare, cui tellus, cui non fortuna pepercit,
Fluctibus ut fuerit deductus, & actus utrisque.
Non quis sit dubitat, sequitur nota ardua cordis,
Rebus in adversis certa est sententia mentis.
Fata movent animum, certum venit ictibus omen,
Pectoris inspexit quod fata prementia dirè:
Námque animo exitium fato sæpè astat acerbo.
Utq; magis rubuit Solis venientis imago,
Et liquidis lumen nitidum radiavit in undis,
Atque repercusso nituit tunc lumine Pontus,
Veriùs agnovit tunc membra putrentia amantis,
Dum pallor malas pressit, quas purpura finxit,
Et squalor pelagi rapuit quoque crinibus aurum,
Atque cutis candor ponti quoque torpuit alga,
Ille est noster, ait, nostri Leander amoris,
Ille iterum repetit, repetitq; dolentiùs ille:
Heu! quid ago? quid nempe moror? quid turris in alta
Permaneo sede? & tanti spectacula damni
Impia vel patior, temno aut crudelis, & acris?
Heu! non ille meos primus libavit amores?
Si periјt, cur vivo at ego? nam spiritus unus
Sæpè ambos aluit, falsum est me vivere, falsum est:
Non possum quia nempe mori, si vivit & ille;
Et si non vivit, cur non moritura repellor?
Sentio sub membris vitam, quoq; sentio mortem:
Sed mortem sentire decet, quia mortuus ille est.
Mortuus ille quidem est, jacet ille, ego vivo sed ipsa:
At jam non vivam, moriar, moriárque vicissim.
Suscipe me juvenis, feror hinc, feror híncque, cadóque,

Inq́ꝫ tuum jacto tandem mea corpora corpus.
Tunc cecidit, fregítque artus, vitámque relinquit,
Perfractisq́ꝫ suis siluit morte incita membris,
Utq́ꝫ ovum periere ambo sub cortice toto:
Hic sub aquis mersus, detritis artubus illa.
Non hæc Calliope cecinit modò candida frustrà,
Inclyte nunc Princeps, supremo & CAROLE sceptro.
Ut te exurit amor, mare currere fortè coëgit,
Et patriæ littus studio dimittere multo.
Tu Leander eris, tibi sunt Leandrica membra,
Ipsa ætas, fortuna eadem, similésque decores:
At non nomen idem, sed vires nominis adfers:
Námque virum signat, qui fert sibi membra Leonis,
Seu vires, seu fata quidem, Leander at ipse
Hoc sonat, hoc etymo veluti notat aptiùs ipsum,
Qui videt inde virum aut qui fortè videtur ab illo
A visu quoniam nomen Leo suscipit atrox,
Aut quia multa videt ciliјs privatus, & extat,
Et patulis oculis semper quia dormiat ipse,
Et quoniam vigili semper stat corpore fervens:
Hæc tibi conveniunt, si quidquam convenit ulli,
CAROLE, corde tuo auspicium nunc sume Leonis,
Atque Leoninas nunc tandem accedis ad ædes
Hispanus ferus ungue Leo tibi substitit hospes:
Hic tibi & hospitium præbet, virésque ministrat,
Tu Leo, & ille Leo: tu Rex, Rex ille vicissim,
Atque colunt illum vel cuncta animalia Regem,
Imperio cunctis præstat, validisq́ꝫ lacertis,
Incutit atque metum, dum colla jubata refundit:
Egregio stat corde ferus, generosus & ore,
Est clemens animo, membris validusq́ꝫ supremis,
Quem Lunæ in terras dicunt cecidisse micanti,

Lunige-

Lunigenámque feram proprio sub nomine dicunt,
Ut Luna genitum præbet qui maxima Soli
Assiduis annis nimium loca fervida claro,
Et quintam rutilo magnam tenet æthere sedem,
Hujus at augurio fœlix maris antra relinquis,
Angliacos celer ipse lacus conamine transis,
Ingenti Hispanas petis alto & pectore rupes,
Ut Nympham ducas, superat quæ lumine Phœbum,
Et forma Hermionem, Helenémque flagrantis amoris
Ignibus, & pacis fœlici quæ omine claret,
Et coma cui fulvo sacrum caput occulit auro,
Et blandis soles fulgescunt undique ocellis,
Quam nive & illustrant divinis lilia membris,
Labra rosis, murexq́ genis: nix candida collo
Atque Venus toto persistit corpore pulchra.
Hanc sequeris, spectas, optas, colis, appetis, ardes,
Ore simul pulcher, splendens animóq potenti,
Sceptro altus, telóq ferox, opibusq́ supremus,
Et velut ille suam genuit quam Thracia Sestos:
Sicque tuam sacris, quam servat Iberia pratis,
Etsi non uno, simili tamen undiq amore,
Sub propria retinere manu poscisque, vovésque:
Quæ sacrâ faciat te magnum prole per orbem,
Auratis decoret terræ jura omnia sceptris,
Divinóq simul quatiat sub nomine cœlum,
Imperium, & virtus Regni nitet una duobus,
Et duo suscipiunt nunc magna volumina Regni,
Atque unitur amor, sed non distinguitur aura,
Quâ spiras multas sacro de pectore vires,
Et qua illa exhalat Regnum virtute supremum,
Hac tellus reflabit ovans bona maxima semper,
Pérque hanc assiduo volitabit robore Phœnix,

Atque Aquila in solem nullo videt excita nutu,
Expansisq́; simul cogat totum æthera pennis,
Et gemino inde polum vultu spectabit utrumque,
In queis jura feras, sacros quibus indis honores:
Nam tanto sociatus eris sub numine summus,
Si vel fata velint ut sit tibi mundus uterque,
Et facilis, pronúsque suis jam montibus omnis,
Qui in cumulum impositis, vel cœli culmina tangant,
Æmathio Ossa sacrum ut duplicat sub vertice Olympū,
Ut te vel visu in terris jam nemo sequatur:
Solus conspicuis summus super aëra flammis,
Cæsaribus notus, procerum quoque cœtibus altus.
Anni dum velox devolvitur orbita magni,
Nil majus poterit terris vel cernere nemo,
Quàm tot, quæ fortuna dedit modo munera tecum.
Si numerare queam tecum quæ maxima subsunt,
Et non tam tecum, pro te quàm quæ alta videntur,
Et propter te etiam fœlix nunc conspicit annus,
Cæsareum nostris nunc jam persistit in oris
Antiquum nomen, quo Martia bella vigebant,
Omnia & in Romam stabant oracula summam,
Et Parthus celeres ponebat Marte sagittas,
Attonitus sua dira quidem quoque spicula Dacus,
Dardanij quoque pondus equi, fera tela Scytharum,
Et Medus toto siluit sua prælia mundo,
Horrifica & cessit splendens Carthaginis aula,
Egregie ut voluit fera milite mittere bella,
Funditus & studuit deducere limite Romam,
Et varijs finire etiam decus artibus urbis,
Auspicio aut populi, certo aut conamine fati:
Opposito quoque Marte simul Tyros arsit, iniqua
Compulit ut cuneis, varijsq́; cohortibus arma,

Imperium & mundi bello tentavit adire,
Iam studio, jam fraude truci, jam viribus altis
Ferrea diffundens per campos robora summos
Tunc Latios, Latiiq; caput telo acrius angens,
In caput orbis enim quisquis caput omne furenti
Tollebat rabie, fuerat quoque quilibet hostis,
Nec permittebat tantum florescere Romam,
Romuleósq; orbem vel vi tentare nepotes,
Et tunc jura Numæ, Themidis sacra ducere templa,
Invidiæ telis nationum copia duris,
Dirè assurgebat, durísq; furebat in annis:
Arma animo, ducebat item quoq; viribus arma,
Cogit nam virtus rerum & præsentia summa
Corda virûm, qui tanta sibi desumere jura
Vix possunt, victóq; jacent sine nomine corde.
Spiritus hos agitat diffusis invidus armis,
Hos movet, hos stimulat recto nimis æmula Parca,
Persicus hoc tulerat probrum (si est deniq; probrum
Sub propria virtute pati) sæpè hostibus orbis
Ab sævis, qui sæva nimis sua tela ferebant
Impete ferventi, multo & concussa furore.
Quid non Assyrius noxæ quoq; pertulit altus,
Dum varios hastæ incursus, timuítq; tumultus
Mavortis diro confectos robore magni?
Nunc Hispana manus certo est munimine tuta,
Quam premere audebant Asiæ sæva agmina multa,
Africa & horrenti quondam vastaverat ictu,
Et tulit hæc hostes inter sua viscera magnos,
Qui vel Marte sui cupiebant sanguinis haustus,
Quo nutriebantur buccis potare superbis.
Hinc inde invictam vexabant robore gentem,
Marte viros, & morte quidem depellere dira,

Tentarunt, nimióque simul detrudere ferro,
Quod verso contrà tandem fato evenit illis,
Carpius ut rapido invasit tunc pectore cunctos,
Atque viam intrepidi quam cuncti viribus ausi
Intrarunt secuit, secuit quoque limitis ortus:
Illis nec mansit, quam optabant semita vitæ:
Nam pressi cuncti, pressi & fugêre subacti,
Et supra numerum multi periere refusi,
Quorum fusa quidem tellus modò negligit ossa:
Nec patitur sacro sic illa includere claustro:
Nam Vultur, dirúsq; Lupus, Vulpésq; vorarunt,
Ne sævis tellus esset domus hostibus ipsis,
Sed cunctis meritum strueret natura sepulchrum.
Cidus enim multis pressit quoque stragibus hostes,
Vastavit Mauros, nativa & fudit in arva,
Detersit maculas, quibus acris Iberia quondam
Torpuit, & fœdos contraxit corpore nævos.
Hesperiam hanc pulchram nitidam puramq; reliquit,
Hostibus ex illâ fusis, penitusq; fugatis.
Eximio invaluit robustus pectore semper,
Immensis nituit naturæ dotibus acer,
Munere fortunæ summos tulit orbe triumphos,
Innumeros fudit, multos nece pressit acerba,
Et multos etiam robusta in vincula jecit:
Iam pelagus ratibus, jam telis aëra cogens,
Iámque manu, jam armis, jam certo munere fati
Devicit, pressit, torsit, superavit, abegit,
Dux tanto potuit vel numine vincere cuncta,
Sic fortuna illi tantos dedit inclyta casus,
Sícque illum voluit palma portare Quirini,
Et famæ, titulíque atri quoque jure vigere,
Hanc Garcilassus fortunæ viribus auxit,

Brachia

Brachia dum telis moverunt prælia magnis,
Fulmineo atque hostes etiam scidit acrius ense,
Quà Bœtis rapido velox fluit amne venustus,
Et roseis ripis totus circundatur amplis,
CAROLUS *Austriacus vicinos depulit armis*
Lethiferis hostes, auxit quoque limite pleno
Limina robustis Hispanis debita lata:
Hinc Gallos, pressitq; truces quoque robore Belgas,
Imposuitq; atris nimium juga pessima Turcis,
Terruit atque orbem cunctum, cuncta æquora ventos,
Et plures si orbes, ut proles alta PHILIPPI
Optavit, fuerint; plures quoque vinceret orbes,
Dum geminas Aquilas fecit percurrere utrumque
Ipse polum, Antipodasq; simul sibi subjicit acres:
Filius hujus enim, sed quid de Principe dicam
Sic tanto? Primus Regno, tituloque secundus,
Hispanas acies totum diffundit in orbem,
Hispanum nomen sacrum dimisit in axem,
Hispanámque fidem nitidam dispersit in auram,
Hispanis Hispana dedit fulgentia dona,
Et tulit Hispanos in summa cacumina honoris.
Hujus nempe nepos, de quo tuba maxima fama
Flatibus extollet rutilantia gesta per orbem,
Te Princeps charis jam nunc complectitur ulnis;
Et duo cùm secum coëunt vaga flumina magna,
Gurgite & instrepitant, aucto fluctu omnia currunt,
Arva rigant, ripasq; arcent, coguntq; fluenta:
Sic tecum Hispanus pariter modò confluit Anglo,
Divitias sceptri Angliacis nunc viribus offert,
Ingentésque undas Regni dat in æquora Regni
Angliaci, numénque chori pulchram ore sororem,
Austriacum quæ corde refert jubar undique magno,

Et fidei quæ servat opes sine fine supremas,
Et CHRISTI *Leges divino pectore condit.*
Hic nova constituit mundi deducere Regna,
Iungere & excelso excelsum sceptri omine sceptrum:
Nam tecum videt omne jubar, quod sæcula norunt,
Atque tuo censet pervincere Marte potenti,
Injustas acies populi, populumq; rebellem,
Firmato & juris producere fœdere jura,
Et quasi robusto terras fundamine cunctas
Confirmare potens in dona micantia Regni,
Gèrionúmque modo fraternis viribus altis
Sæpe tuo amplexu mundi sibi nectere pondus
Et Regis titulis nimiùm nova regna subire.
Hic modus ingentis semper patet undique fati.
Hic ordo, hæc series rerum modo construit orbem,
Vt tecum sit legis honor componere leges,
Et varios rerum turbatos ponere casus,
Ne vel fortè ruat qui tecum stabit Iberus,
Et misero for an lapsu quoque decidat Anglus:
Nam virtus unita quidem robustior extat,
Imperiumq; uno semper stat Principe majus,
Aut tandem uno animo, cùm vel duo jura ministrant
Quod leges statuunt, mundi & natura recenset,
Quo pacto mansere orbis firma agmina magni,
Et nunquam periere quidem, nisi jure perempto:
Consule nam gemino fœlix viget ipse Senatus,
Illis dum fœlix semper stat Romulus unus,
Vnusque in toto regit omnes corpore sensus.
Sed quæ Regalis substat fortuna virorum,
Dum vel corda tument animo compulsa potenti,
Hæc agitat vires, ad maxima tendere cogit,
Angusto haud patitur concludi limite quemquam:

Regius

Regius est animus tantùm qui suscipit ausum,
Vel pereat dum tanta subit, tentasse superbum est,
Atque est fortunæ finem tenuisse cupitum,
Et laxas duxisse sibi per maxima, habenas
Audenti est proclivis honor, timido obstitit ipse
Egregium invasisse decus, decus omnibus astat,
Seu artis spectes fines, sophi æque micantis,
Seu Martis rapidos per pessima prælia cursus.
Segnities est causa mali, nil segnibus altum est,
Nec patitur formosus amor bona sumere segnem,
Nec nisi pugnaci substat victoria fœlix,
Dum juvenis viridi robustus flore juventus
Ardua magnanimo sibi pectore suscipit arma
Ingenuus, generosus item, magnúsque refulget,
Indolis & sacræ vel signa nitentia præbet,
Dúmque moras rupit, casus neglexit & atros,
Inq; altum statuit semper sua ponere gesta.
Hos mores sacrâ cœpisti CAROLE mente,
Difficiles vincens casus, temnénsque coactos.
Nam cogi haud poteras, nisi summo accensus honore,
Et laudum jactatus item splendore micanti,
Qui magnos magno nimium movet ordine rerum,
Nessi aut lethiferas dextrâ torquere sagittas,
Herculeas vires si fas est vincere summas,
Suscipere aut palmam, certæ aut decumbere morti,
In te spes alitur magnas te inducere formas
Fortunæ, & varios Regni producere fines,
Fronte geris lata divinæ oracula mentis,
Atque oculis præfers magnum flammantibus omen:
Crinis honor virtutis agit signa ardua belli,
Atque modus vultus magnos tibi signat honores,
Quos Phœbus nitidus tunc cœlo duceret ortus,

Conjicio Lunæ motum sub Marte dedisse,
Mercurium fudisse sacro sub sydere lumen,
Dum Cypriam aspiceret facili tibi numine pronam,
Atque gradum, quo fortè Leo quoque curreret axem,
Aspectus varius varios formátque, notátque
Eventus rerum. Virtus dominatur in astris,
Nativis, quæ hominum semper concursibus astant,
Seu fortuna regat, seu det sua robora cœlum:
Unus namq; DEUS proprio regit omnia nutu,
Cui cedunt fortuna quidem, & natura vicissim.
Signa sed egregia egregio sub corpore fulgent,
Quæ sydus format divino lumine fœlix
Non cogit, quod fortè nefas: nam denique cogi
Nemo potest hominum, est cui libera tota voluntas,
Arbitrium proprium, sua mens, ratióque vel omnis,
Quæ regit, & regitur, pariter facit omnia liber.
Et meritum vitæ libertas comprobat illi,
Quod sanè haud poterat facili deducere corde,
Invitus si mente foret, faceretque coactus
Quod faceret, meritis donum DEUS adjicit ingens,
Et fidei cùm spectat opus tunc præmia pensat.
Si vires animi inspicimus, quibus ipse nitescis,
Corporis & vires, mundi quibus ardua vincis,
Prodigium te orbis toto censemus in orbe,
Monstrifico qui corde micas ad maxima quæque,
Atque animo ingenti, quo Regni fræna reducis
Hoc petis alta tibi, assequeris tibi quælibet illo,
Atque ambo sunt æqua tibi conamina vitæ.
Ingenuas artes animo complecteris acri,
Seu Latium eloquium, seu nobilis Helladis ora
Censueris docto tecum sub corde tenere.
Grammaticæ amfractus nimiùm mente accipis altâ,

Flore

Flores Rhetoricos viridi quoque pectore fundis,
Et cithara numeros mirâ dulcedine profers,
Legibus astringis Musæ fluitantia verba,
Et Phœbo præbes dulci modulamina plectro.
Sic sophiæ plenos percurris & undique campos,
Ut nectas cæcis sapientia vincla logismis,
Et nimium puro, claróque phronemate jungas,
Alta puer nosti, juvenisq; altissima servas,
Et Regum tu more quidem nimis aurea gestas,
Suscipis & tabulas scitas Megarensis alumni,
Atq; ejus qui habitavit Athon sacra grammata calles.
Astra moves animo, quæ animo quoq; conspicis omni.
Cœli structuram, fluxúmque, modúmque, gradúmque,
Prolis Aristonis tibi contulit inclyta charta,
Xantippæ & consors quoque jura micantia morum,
Historiam tribuit, quem pressit Lygdamus atrox,
Tulliacum fluxum multò nimis ebibis ore,
Seria si tractas, pariter si ludicra præstas
Mirus ades, Regúmque micat nitor aureus ore,
Et Charitum tibi dona trium fulgéntque, scaténtque;
Musarumq; novem novies tibi gloria substat,
Tanquam infinito tibi sit præstantia sensu,
Et magno inspicias naturæ robora nisu,
Qui facili assequeris, quæ suscipis undique mente,
Et facili servas naturæ munere cuncta:
Qui calido ardescis cerebro, flammísque calestis,
Ad sophiæ culmen nimium præstantibus ipse
Sæpè lepor sublime parat sub corde cacumen,
Namq; ignis scandit, labuntur frigora pigra,
Fulmine tu superos transis velocior orbes,
Atque incessanti revolas super æthera cursu,
Et plenis naturæ auram tu cordibus hauris.

Corporis egregios vellem percurrere motus,
Atque eius semper mundo mirabile pectus
Amphitryoniadæ supremum robore summo,
Quod ceu Dardanios tunc Nestoris arma per agros
Invictos vicere viros, fudere potentes,
Hectoreasque manus clypeo splendente fugarunt,
Atque Ducum trivit cumulos, superavit acervos,
Non tutus sub monte Lupus, Leo nec ferus ipse,
Nec variâ velox nimium Tygris effera pelle,
Si montis saltus pedibus velocibus urges,
Lustraq; si indagas fervescens ense ferarum:
Nam Taurus vertit perfracto corpora cornu,
Nec sua membra tuis metuens occursibus indit,
Et plenis sylvas nimiùm mugitibus implet,
Et bifido tutamen adit pede montis in antris,
Et si forsan Aper niveis stat dentibus ingens
Obvius & tentat crudeli insurgere collo,
Erigat aut rabie setas, acuatque furenter
Oris ebur, flammísque iræ seu concitet atræ,
Non tua dimittunt illum tunc brachia tutum,
Non suprema manus, quæ illum sic verberat hasta,
Viscera ut effuso vacuat sua sanguine cuncta,
Atque locus, quo vita fuit, tunc morte perhorret,
Nec vires solito jam jam stant corpore magnæ,
Moverunt quoniam superantis acumina teli,
Principis ut magni senserunt robora secum.
Horrida concussis vehementius ictibus altis
Non leporis pavidos inquiris frangere vultus,
Nec tenues sic montis amas tibi fervidus escas,
Sed si toto horret rostro ferus aëre Vultur,
Vulturis insequeris volitanti pectore pennas.
Sit Draco per terras hostis, vomat ore venena,

Et varijs volvat squamosis corpora gyris,
Sibila & effundat vel diro horrentia fato,
Tunc celeri cursu, flammanti atque incutis ense,
Ponere & ardentes cogis tunc maximus iras,
Viribus atque manus torques, ferróque trucidas:
Nec folijs hostem viridans tibi tradere sylva
Ulla potest, vincíque videt si monstra vel addat,
Hasta tua & ventos torquet vibrata fugaces,
Excitat & flammas ensis multo inde rotatu,
Obscurum & clypeus pervincit lumine lucum,
Atque feras sub monte fugat lorica feroces.
Sed magis horrorem multis tua pectora summa
Incutiunt animis ferventia viribus ipsis.
Hæc, hæc torquerent nullo discrimine Achillem,
Et si fortè tuis jam tunc Priameius Heros
Viribus instaret, non sic cecidisset iniquè
Ilion, & flammis rueret nec Troia supremis.
Et socius fueris si magni Cæsaris ipse,
Intravit cùm magna suo Capitolia fato,
Non Bruto egregium fodisset robore mucro
Pectus, cui parvus fuerat vel maximus orbis,
Atque Aquilæ in cœlos tulerant Romana volantes
Atria, magnanimo semper quibus adfuit ore.
Sed tunc te noscunt victorem Martia tela,
Téque timet Germanus atrox, ferus incola magni
Istri, fluctivago qui terras amne coërcet.
Cædibus immitem jam te timet Indica tellus,
Hispano jungis si jam tua robora Marti,
Sanguinis attingis si dulcia jura PHILIPPI,
Et populi frueris cœtu ferventis Iberi.
CAROLE *perge potens, fati tibi nuntio magni*
Munera, vel gestis nimium sociata secundis.

Atque Aquila in ſolem nullo videt excita nutu,
Expanſisq́ue ſimul cogat totum æthera pennis,
Et gemino inde polum vultu ſpectabit utrumque,
In queis jura feras, ſacros quibus indis honores:
Nam tanto ſociatus eris ſub numine ſummus,
Si vel fata velint ut ſit tibi mundus uterque,
Et facilis, pronúſque ſuis jam montibus omnis,
Qui in cumulum impoſitis, vel cœli culmina tangant,
Æmathio Oſſa ſacrum ut duplicat ſub vertice Olympū,
Ut te vel viſu in terris jam nemo ſequatur:
Solus conſpicuis ſummus ſuper aëra flammis,
Cæſaribus notus, procerum quoque cœtibus altus.
Anni dum velox devolvitur orbita magni,
Nil majus poterit terris vel cernere nemo,
Quàm tot, quæ fortuna dedit modo munera tecum.
Si numerare queam tecum quæ maxima ſubſunt,
Et non tam tecum, pro te quàm quæ alta videntur,
Et propter te etiam fœlix nunc conſpicit annus,
Cæſareum noſtris nunc jam perſiſtit in oris
Antiquum nomen, quo Martia bella vigebant,
Omnia & in Romam ſtabant oracula ſummam,
Et Parthus celeres ponebat Marte ſagittas,
Attonitus ſua dira quidem quoque ſpicula Dacus,
Dardanij quoque pondus equi, fera tela Scytharum,
Et Medus toto ſiluit ſua prælia mundo,
Horrificæ & ceſſit ſplendens Carthaginis aula,
Egregie ut voluit fera milite mittere bella,
Funditus & ſtuduit deducere limite Romam,
Et varijs finire etiam decus artibus urbis,
Auſpicio aut populi, certo aut conamine fati:
Oppoſito quoque Marte ſimul Tyros arſit, iniqua
Compulit ut cuneis, varijsq́ue cohortibus arma,

Imperium

Imperium & mundi bello tentavit adire,
Iam ſtudio, jam fraude truci, jam viribus altis
Ferrea diffundens per campos robora ſummos
Tunc Latios, Latiiq́ caput telo acrius angens,
In caput orbis enim quiſquis caput omne furenti
Tollebat rabie, fuerat quoque quilibet hoſtis,
Nec permittebat tantum floreſcere Romam,
Romuleóſq́ orbem vel vi tentare nepotes,
Et tunc jura Numæ, Themidis ſacra ducere templa,
Invidiæ telis nationum copia duris,
Dirè aſſurgebat, duríſq́ furebat in annis:
Arma animo, ducebat item quoq́ viribus arma,
Cogit nam virtus rerum & præſentia ſumma
Corda virûm, qui tanta ſibi deſumere jura
Vix poſſunt, victóq́ jacent ſine nomine corde.
Spiritus hos agitat diffuſis invidus armis,
Hos movet, hos ſtimulat recto nimis æmula Parca,
Perſicus hoc tulerat probrum (ſi eſt deniq́ probrum
Sub propria virtute pati) ſæpè hoſtibus orbis
Ab ſævis, qui ſæva nimis ſua tela ferebant
Impete ferventi, multo & concuſſa furore.
Quid non Aſſyrius noxæ quoq́ pertulit altus,
Dum varios haſtæ incurſus, timuítq́ tumultus
Mavortis diro confectos robore magni?
Nunc Hiſpana manus certo eſt munimine tuta,
Quam premere audebant Aſiæ ſæva agmina multa,
Africa & horrenti quondam vaſtaverat ictu,
Et tulit hæc hoſtes inter ſua viſcera magnos,
Qui vel Marte ſui cupiebant ſanguinis hauſtus,
Quo nutriebantur buccis potare ſuperbis.
Hinc inde invictam vexabant robore gentem,
Marte viros, & morte quidem depellere dira,

Tentarunt, nimióque simul detrudere ferro,
Quod verso contrà tandem fato evenit illis,
Carpius ut rapido invasit tunc pectore cunctos,
Atque viam intrepidi quam cuncti viribus ausi
Intrarunt secuit, secuit quoque limitis ortus:
Illis nec mansit, quam optabant semita vitæ:
Nam pressi cuncti, pressi & fugêre subacti,
Et supra numerum multi periere refusi,
Quorum fusa quidem tellus modò negligit ossa:
Nec patitur sacro sic illa includere claustro:
Nam Vultur, dirúsq; Lupus, Vulpésq; vorarunt,
Ne sævis tellus esset domus hostibus ipsis,
Sed cunctis meritum strueret natura sepulchrum.
Cidus enim multis pressit quoque stragibus hostes,
Vastavit Mauros, nativa & fudit in arva,
Detersit maculas, quibus acris Iberia quondam
Torpuit, & fœdos contraxit corpore nævos.
Hesperiam hanc pulchram nitidam puramq; reliquit,
Hostibus ex illâ fusis, penitusq; fugatis.
Eximio invaluit robùstus pectore semper,
Immensis nituit naturæ dotibus acer,
Munere fortunæ summos tulit orbe triumphos,
Innumeros fudit, multos nece pressit acerba,
Et multos etiam robusta in vincula jecit:
Iam pelagus ratibus, jam telis aëra cogens,
Iámque manu, jam armis, jam certo munere fati
Devicit, pressit, torsit, superavit, abegit,
Dux tanto potuit vel numine vincere cuncta,
Sic fortuna illi tantos dedit inclyta casus,
Sícque illum voluit palma portare Quirini,
Et famæ, titulíque atri quoque jure vigere,
Hanc Garcilassus fortunæ viribus auxit,

Brachia

Brachia dum telis moverunt prælia magnis,
Fulmineo atque hostes etiam scidit acrius ense.
Quà Bœtis rapido velox fluit amne venustus,
Et roseis ripis totus circundatur amplis,
CAROLUS *Austriacus vicinos depulit armis*
Lethiferis hostes, auxit quoque limite pleno
Limina robustis Hispanis debita lata:
Hinc Gallos, pressitq; truces quoque robore Belgas,
Imposuitq; atris nimium juga pessima Turcis,
Terruit atque orbem cunctum, cuncta æquora ventos,
Et plures si orbes, ut proles alta PHILIPPI
Optavit, fuerint; plures quoque vinceret orbes,
Dum geminas Aquilas fecit percurrere utrumque,
Ipse polum, Antipodasq; simul sibi subjicit acres:
Filius hujus enim, sed quid de Principe dicam
Sic tanto? Primus Regno, titulóque secundus,
Hispanas acies totum diffundit in orbem,
Hispanum nomen sacrum dimisit in axem,
Hispanámque fidem nitidam dispersit in auram,
Hispanis Hispana dedit fulgentia dona,
Et tulit Hispanos in summa cacumina honoris.
Hujus nempe nepos, de quo tuba maxima fama
Flatibus extollet rutilantia gesta per orbem,
Te Princeps charis jam nunc complectitur ulnis,
Et duo cùm secum coëunt vaga flumina magna,
Gurgite & instrepitant, aucto fluctu omnia currunt,
Arva rigant, ripasq; arcent, coguntq; fluenta:
Sic tecum Hispanus pariter modò confluit Anglo,
Divitias sceptri Angliacis nunc viribus offert,
Ingentésque undas Regni dat in æquora Regni
Angliaci, numénque chori pulchram ore sororem,
Austriacum quæ corde refert jubar undique magno,

Et fidei quæ servat opes sine fine supremas,
Et CHRISTI *Leges divino pectore condit.*
Hic nova constituit mundi deducere Regna,
Iungere & excelso excelsum sceptri omine sceptrum:
Nam tecum videt omne jubar, quod sæcula norunt,
Atque tuo censet pervincere Marte potenti,
Injustas acies populi, populumq; rebellem,
Firmato & juris producere fœdere jura,
Et quasi robusto terras fundamine cunctas
Confirmare potens in dona micantia Regni,
Gerionúmque modo fraternis viribus altis
Sæpe tuo amplexu mundi sibi nectere pondus
Et Regis titulis nimiùm nova regna subire.
Hic modus ingentis semper patet undique fati.
Hic ordo, hæc series rerum modo construit orbem,
Ut tecum sit legis honor componere leges,
Et varios rerum turbatos ponere casus,
Ne vel fortè ruat qui tecum stabit Iberus,
Et misero forsan lapsu quoque decidat Anglus:
Nam virtus unita quidem robustior extat,
Imperiumq; uno semper stat Principe majus,
Aut tandem uno animo, cùm vel duo jura ministrant
Quod leges statuunt, mundi & natura recenset,
Quo pacto mansere orbis firma agmina magni,
Et nunquam periere quidem, nisi jure perempto:
Consule nam gemino fœlix viget ipse Senatus,
Illis dum fœlix semper stat Romulus unus,
Unusque in toto regit omnes corpore sensus.
Sed quæ Regalis substat fortuna virorum,
Dum vel corda tument animo compulsa potenti,
Hæc agitat vires, ad maxima tendere cogit,
Angusto haud patitur concludi limite quemquam:

Regius est animus tantùm qui suscipit ausum,
Vel pereat dum tanta subit, tentasse superbum est,
Atque est fortunæ finem tenuisse cupitum,
Et laxas duxisse sibi per maxima, habenas
Audenti est proclivis honor, timido obstitit ipse
Egregium invasisse decus, decus omnibus astat,
Seu artis spectes fines, sophi æque micantis,
Seu Martis rapidos per pessima prælia cursus.
Segnities est causa mali, nil segnibus altum est,
Nec patitur formosus amor bona sumere segnem,
Nec nisi pugnaci substat victoria fœlix,
Dum juvenis viridi robustus flore juventus
Ardua magnanimo sibi pectore suscipit arma
Ingenuus, generosus item, magnúsque refulget,
Indolis & sacræ vel signa nitentia præbet,
Dúmque moras rupit, casus neglexit & atros,
Inq; altum statuit semper sua ponere gesta.
Hos mores sacrâ cœpisti CAROLE *mente,*
Difficiles vincens casus, temnénsque coactos.
Nam cogi haud poteras, nisi summo accensus honore,
Et laudum jactatus item splendore micanti,
Qui magnos magno nimium movet ordine rerum,
Nessi aut lethiferas dextrâ torquere sagittas,
Herculeas vires si fas est vincere summas,
Suscipere aut palmam, certæ aut decumbere morti,
In te spes alitur magnas te inducere formas
Fortunæ, & varios Regni producere fines,
Fronte geris læta divinæ oracula mentis,
Atque oculis præfers magnum flammantibus omen:
Crinis honor virtutis agit signa ardua belli,
Atque modus vultus magnos tibi signat honores,
Quos Phœbus nitidus tunc cœlo duceret ortus,

Conjicio Lunæ motum sub Marte dedisse,
Mercurium fudisse sacro sub sydere lumen,
Dum Cypriam aspiceret facili tibi numine pronam,
Atque gradum, quo fortè Leo quoque curreret axem,
Aspectus varius varios formátque, notátque
Eventus rerum. Virtus dominatur in astris,
Nativis, quæ hominum semper concursibus astant,
Seu fortuna regat, seu det sua robora cœlum:
Unus namq; DEUS proprio regit omnia nutu,
Cui cedunt fortuna quidem, & natura vicissim.
Signa sed egregia egregio sub corpore fulgent,
Quæ sydus format divino lumine fœlix
Non cogit, quod fortè nefas: nam denique cogi
Nemo potest hominum, est cui libera tota voluntas,
Arbitrium proprium, sua mens, ratióque vel omnis,
Qua regit, & regitur, pariter facit omnia liber.
Et meritum vitæ libertas comprobat illi,
Quod sanè haud poterat facili deducere corde,
Invitus si mente foret, facerétque coactus
Quod faceret, meritis donum DEUS adjicit ingens,
Et fidei cùm spectat opus tunc præmia pensat.
Si vires animi inspicimus, quibus ipse nitescis,
Corporis & vires, mundi quibus ardua vincis,
Prodigium te orbis toto censemus in orbe,
Monstrifico qui corde micas ad maxima quæque,
Atque animo ingenti, quo Regni fræna reducis
Hoc petis alta tibi, assequeris tibi quælibet illo,
Atque ambo sunt æqua tibi conamina vitæ.
Ingenuas artes animo complecteris acri,
Seu Latium eloquium, seu nobilis Helladis ora
Censueris docto tecum sub corde tenere.
Grammaticæ amfractus nimiùm mente accipis altâ,

Flore

Flores Rhetoricos viridi quoque pectore fundis,
Et cithara numeros mirâ dulcedine profers,
Legibus astringis Musæ fluitantia verba,
Et Phœbo præbes dulci modulamina plectro.
Sic sophiæ plenos percurris & undique campos,
Ut nectas cæcis sapientia vincla logismis,
Et nimium puro, claróque phronemate jungas,
Alta puer nosti, juvenisq; altissima servas,
Et Regum tu more quidem nimis aurea gestas,
Suscipis & tabulas scitas Megarensis alumni,
Atq; ejus qui habitavit Athon sacra grammata calles.
Astra moves animo, quæ animo quoq; conspicis omni.
Cœli structuram, fluxúmque, modúmque, gradúmque,
Prolis Aristonis tibi contulit inclyta charta,
Xantippæ & consors quoque jura micantia morum,
Historiam tribuit, quem pressit Lygdamus atrox,
Tulliacum fluxum multò nimis ebibis ore,
Seria si tractas, pariter si ludicra præstas
Mirus ades, Regúmque micat nitor aureus ore,
Et Charitum tibi dona trium fulgéntque, scaténtque,
Musarumq; novem novies tibi gloria substat,
Tanquam infinito tibi sit præstantia sensu,
Et magno inspicias naturæ robora nisu,
Qui facili assequeris, quæ suscipis undique mente,
Et facili servas naturæ munere cuncta:
Qui calido ardescis cerebro, flammísque calestis,
Ad sophiæ culmen nimium præstantibus ipse
Sæpè lepor sublime parat sub corde cacumen,
Namq; ignis scandit, labuntur frigora pigrà,
Fulmine tu superos transis velocior orbes,
Atque incessanti revolas super æthera cursu,
Et plenis naturæ auram tu cordibus hauris.

Et varijs volvat squamosis corpora gyris,
Sibila & effundat vel diro horrentia fato,
Tunc celeri cursu, flammanti atque incutis ense,
Ponere & ardentes cogis tunc maximus iras,
Viribus atque manus torques, ferróque trucidas:
Nec folijs hostem viridans tibi tradere sylva
Ulla potest, vincíque videt si monstra vel addat,
Hasta tua & ventos torquet vibrata fugaces,
Excitat & flammas ensis multo inde rotatu,
Obscurum & clypeus pervincit lumine lucum,
Atque feras sub monte fugat lorica feroces.
Sed magis horrorem multis tua pectora summa
Incutiunt animis ferventia viribus ipsis.
Hæc, hæc torquerent nullo discrimine Achillem,
Et si fortè tuis jam tunc Priameius Heros
Viribus instaret, non sic cecidisset iniquè
Ilion, & flammis rueret nec Troia supremis.
Et socius fueris si magni Cæsaris ipse,
Intravit cùm magna suo Capitolia fato,
Non Bruto egregium fodisset robore mucro
Pectus, cui parvus fuerat vel maximus orbis,
Atque Aquilæ in cœlos tulerant Romana volantes
Atria, magnanimo semper quibus adfuit ore.
Sed tunc te noscunt victorem Martia tela,
Téque timet Germanus atrox, ferus incola magni
Istri, fluctivago qui terras amne coërcet.
Cædibus immitem jam te timet Indica tellus,
Hispano jungis si jam tua robora Marti,
Sanguinis attingis si dulcia jura PHILIPPI,
Et populi frueris cœtu ferventis Iberi.
CAROLE *perge potens, fati tibi nuntio magni*
Munera, vel gestis nimium sociata secundis.

Tu caput orbis eris, si qua fortuna beatis
Casibus immittit, fœlicibus objicit ausis.
Astra tuum radijs ditarunt dulcibus omen.
Nil mediocre tuo subsistit nomine magno,
Magna geris titulis, gestis quoque magna reponis.
Est, est, ô Princeps, nimium tua gloria magna
In bello, atque in pace simul, quibus ipse refulges:
Nam bello tua summa subest servata potestas,
Et paci tua magna patet prudentia dulci.
Aggrederis quæcunque animo sunt magna superbo?
Cuncta potes, nam nulla finis, quin fortè sequaris
Viribus, atque armis, studio, face, nomine, jure,
Principibus qui magnus ades, Ducibúsque vel ingens,
Regibus eximius, splendescens omnibus unus,
Et vero semper gestorum Martius are.
Si decus est patriæ magnum genuisse parentem,
Et populi, & sophiæ, & Martis, virtutis & altæ,
Quantum sit fœlix fulgescens Anglia tecum,
Cuiq; patet vel sole alta manifestius ipso
Regina ut sacrum terræ dedit Angela nomen,
Atque tono mutilo sic dicitur Anglia vocis.
Si mutare licet fortunæ oracula priscæ,
Et nomen meliori etiam nunc nomine ferre,
CAROLEA *est dicenda quidem nunc Anglia fœlix,*
CAROLEUM *summa sibi quæ decus accipit Aula,*
Atque tuis gestis perstat celeberrima mundo,
Ut quondam terræ Ducibus præstantibus altum
Contulerant nomen, quod summis viribus illas
Et gestis caperent, premerentq; potentibus armis:
E contra tua terra tuo florescere debet
Nomine quo gaudet, terrasq; vel incutit omnes:
Inq; illo sua fata virent splendentia mirè.

Est etenim

Est etenim fatum semper mirabile terris,
Aut hoc, aut illo splendescere nomine magno,
Atque tuo majus nullum sibi continet orbis:
Cujus magna capit quæ digerat omina vitæ,
A quo & supremam fortunæ suscipis arcem,
Atque etymo Charitum tu CAROLE *diceris illo,*
Tanta tuis gestis rerum nunc gratia fulget,
Tantus honor, tantúsque nitor, tantíque lepores.
Vota viri in suprema poli dant tecta Deorum,
Atque onerant sacris splendentes ignibus aras,
Quisq; petit quæ magna DEUS *valet indere cuique.*
Magna DEUS *nam solus habet quæ donet ubique,*
Ob quæ vel supplex populus libamina fundit,
Et pateras dulci complent, decorántq; Phalerno,
Sic & odorifero demittunt cinnama fumo,
Et flagrans nimium per ventos halat amomum.
His votis vel terra nimis modò summa precatur
Astra poli, incolumem te servet ut undique cœlum:
Te reddatq; tuis, te & cuncto denique mundo
In multa educat fœlicem sæcula semper,
Utq; tuis magnum te exhorreat Anglia gestis,
Atriáque aurato servent Trinobantica tecto.
Sic etiam videat te magnum Hispania factis,
Cæsareúmque notet per tempora ducere sertum,
Egregios rerum eventus componere Marte,
Mentéque distentas sophiæ producere leges,
In qua te primum sapiens quoque judicet ipse,
Urbes quâ condas, regimen quâ aut urbibus indas,
Attollasq; caput, quò te magnum adferat æther,
Auxilium & terris magnum sic omnibus adsis,
Votorumq; feras, si quæ tua numina poscunt
Finem omnem, totumq; modum, sitq; exitus idem,

Quem vel vota nimis poscúntque, petúntque, volúntq;
Et facili sint magna tibi quoque protinus aurâ,
Quá facias nos flare altos vitæ undique honores.
Est telluris opus suscepto è nubibus imbre
Viscere prægnanti, & propria seu prole gravato,
Plantarum nutrire genus, variasque potentis
Tradere naturæ species, alimentáque vitæ:
Et dorso deferre suo tot pondera rerum,
Quas vehit & sacro ut proprias alit ubere proles,
Tótque animantium ortus, viventum tótque figuras,
Est quod cornu horret curvo, gyrísque feroci,
Quo dat onus fronti, & mortem quoque subjicit hosti,
Et veluti in ventos tristis necis arma minatur,
Est leni velata pecus sub vellere mitis,
Utilitas homini, seu vestem, aut prospicis escam,
Estq; aliud quoque dente ferox, atque unguibus atrox
Colla jubis, validis validos tegit ossibus artus,
Víque potest, animóq; ardet, cuncta impetit irâ,
Magnus equus celeri campos notat undique cursu,
Et solidis terras nimiùm terit unguibus omnes,
Bello aptus, pacísque simul fert commoda sacræ
Gressibus est mirus, vultu acer, corde superbus
Obsequitur facili flexus, ductúsque lupato
Ob Domini palmam, mortem contemnit & ipsam,
Spernítque arma truci nimiùm ferventia motu.
Et vix terga suis vertit ferus hostibus ampla,
Et primam illustris stirpis tenet undique sedem,
Atque est nare sagax, magno & canis altus amore,
Quo se tutantur pariter dominúsque, domúsque,
Sunt quæ terra nutrit nimiùm viridantibus herbis,
Quæq; alit in sævam objectis animalibus escam,
Et cunctis natura subest genitrixque, paréns q;

Imbribus

Imbribus & ſumit vitæ ſtillantibus ortum
Vitæ principium terræ ſunt nubila cœli:
Námque humore creat quidquid ſub viſcere condit,
Et ſi aret, ſiccatur opus telluris iniquè:
Sunt Reges hominum nubes, quibus effluit omnis
Vita, quies, bellum, clades, pax, gloria, cædes,
Iſta miniſtrat enim Regum ſuprema poteſtas,
Utq; animus ſubſtat, pariter ſic omnia ſubſunt,
Rege pio ſed enim certa eſt clementia vulgo:
Sed miſeris terris oritur Nero perfidus, audax
Eſt Otho luxuriæ natus, Sylla impius armis,
Claudius & noxæ, miſeræq; Vitellius eſcæ.
Hæc ſibi monſtra tenet tellus, hæc aſpera condit
Prodigia in duros hominum ſine limite caſus:
Auguſtos etiam generat, pia numina vitæ,
Et Conſtantinos columen juríſque, crucíſque.
At ſi vel ſtudeam rerum conferre tuarum
CAROLE, *nunc ſtudium, mentíſque nitentia dicta,*
Cum quo jam poterit fieri collatio tanto?
Quem tu non ſuperes, quem non poſt terga relinquas,
Arte vel immenſus, miro vel jure niteſcens.
A te etenim ceu nube fluit decus omnibus ingens,
Et terris ſplendor, Mavorti & pacis imago,
Prudenti nam corde foves tibi conſita jura
Naturæ eximiæ, quæ alto vomis ore viciſſim
In cunctos, cunctóſque rigas ceu maxima nubes
Imbribus, egregio quos dat DEUS *æthere magno,*
Et quem pertranſis teneris ſic greſſibus, orbis
Expectat graduum ſua quos per jugera formas
Deguſtare pedes, proprijs & lambere labris:
Nam ſpargis ſemper Regalia præmia cunctis,
Et quaſcumque ſubis terræ conamine partes

Ditas eximiè, ceu quando præterit altè,
Seu flatu Boreæ, Zephyri vel viribus acta
Nubes humorum stillanti aspergine fundens,
Iam lætos cunctis ostendens pectore vultus,
Iam risu molles, jam vivo numine claros.
Divitias manibus jam plurima dantibus indens,
Et nunc ore loquens dulci, flaventia mella
Nestoris effundens, vel verba notantia Vlyssis,
Iam ficto quoque cuncta modo: si denique ludis
Illectas vero veluti lætamine pressos,
Læta movens homini, nunquamque gementia corda,
Et tribuens amplis mixta aurea munera gestis.
Sic facilis nimiùm, sic sæpe es primus in omnes.
Gallia te stupuit, quando currente per illam
Magnus equo præceps, qui te deduxerat ardet.
Ibas vel referens Regalia lumina vultu.
Quæ nunquam poteras studio velare vel ullo.
Insita sic tecum Majestas fulserat alta,
Sic omnes traxit, patuit sicq; omnibus ingens
Cùm te vidit Iber tanto clarescere sole,
Obstupuit, cessitq; animo, vultúque recessit,
Et cœlo lapsum te tunc vidisse putavit,
Ornatum, cultumq; sacris sub corpore donis:
Et magis ut socium vidit tibi inesse PHILIPPUM
Nomine qui Quartus, sed vero lumine Regni
Vt Phœbus nitido tandem sedet æthere quartus,
Sic Quartus radijs mundi splendente sub axe:
Non quia sit Quartus, sed sit quia Phœbus in illo.
Hoc sociatus enim quarta quoque sede sedebas,
Et nitido curru rutilantia lumina sceptri
Illo effundebas ad dextram jure locatus
Hospitij, quia jura jubent, generísque cacumen:

Ille

Ille sed ad quintam jam jam recto omine tendit
Mavortis sedem, quemvis superabit & ille,
Torquebit mundum, vastabit monstra potentum,
Regnáque disjiciet, conjunget regnáque regnis,
Et Martis proprium referet quoque pectore lumen,
Hispanúmque jubar totum super æthera mittit.
Non hunc Calliope propria sine laude relinquet,
Non tantum quia laudis habet dignissima dona,
Quantum nobilibus tecum quia fervet in armis,
Atque tuum conatur opus tibi claudere laude,
Ejus namq; alia fundet præconia voce,
Et tuba fœlices tandem dabit altera cantus,
Si satis esse potest quævis tuba maxima Regi
Nunc te, nunc Princeps valuit qua voce vel ista
Extulit, ingentem mirum est deducere laude,
Musam irritavit splendor, quem nobilis adfers:
Nam gaudet splendore quidem Musa undique summo,
Et nisi quæ splendent non sunt sacra pondera Musis.
Fœlicem Angliaci colles te sæpe tenebunt,
Et tua dé tanto diffundent culmine dona,
Pleni ovium gregibus, quos vellera candida jungunt,
Et pecudum multo qui albescunt agmine semper,
Nam Lupus & Vulpes non sunt his collibus hostes:
Dente Leo nec adest, pastorum qui urgeat ædes:
Non Ursus pariter malè structa mapalia vexat,
Qui quanto assurgunt majori vertice cuncti,
Tanto aderunt tua dona solo præsentia cuncto,
Et facili poterunt à quovis luce videri.
Hæc nisi celasses, oculos ne & fortè lacessant
Abscondas, raperes ne in cæcos, quosque videntes:
Nobilitas nam magna quidem, ceu lumina Solis
Evertunt oculos, oculos quoque vertit & ipsa,

Præcipuè Regalis honos si concipit illam,
Et celsa de sede nitet, vel nubila transit,
Regale & fundit toto jubar aëre sparsum.
Antiquum patriæ servas decus omine summo,
Auratóque vehis splendescens stemmate tecum,
Mirificum tecum magni genus astat Aroldi,
Et splendor, quem ingens radijs Eduardus adauxit,
Et numen quo ardens HENRICUS *splenduit orbe,*
Qui terror, robúrque fuit mirabile mundi,
Saxones & patriæ dederant quod sanguine robur
Corde refers, nullisque adfers sub viribus ingens,
In te & divinis horrescunt Britones armis.
Nomina qui terræ, si fas est credere, donant,
Utq; caput te sæpè potens Vvallia servat,
Et titulo amplifico decorat, recolítque micanti,
Cujus stemma vehis supremo vertice cinctum,
Ut vertex populi, patriæ culménque supremum;
Quo erigitur, summumq; tenet quoque culmen in armis
Participátque tuum divino jure cacumen:
Atque illos, quos summa tulit tibi Lhægria splendens
Luminibus generis, gestisque micantibus æquas,
Sanguinis atque horum ardescit quoque purpura tecum
Cambria magna tulit, pelagus qui robore frænant,
Et nomen misère polo virtutibus auctum,
Regia gestantes factorum pondere sceptra,
Hos Princeps spatio linquis sine limite multo:
Sed non omittis lumen deducere stirpis,
Et Mavortis opus telis ostendere magnis,
Quod Troum robusta cohors tibi detulit ingens
Laomedontæis enatum Solibus altis,
Dardanio ostendens Priameia robora fato,
Pelidæ ut fugit populus vel territus hastam

Duratei

Duratei & vitavit equi velocius ignes,
Consilium metuens fallacis Ulyssis iniquum,
Et Paridis luxum in tua transtulit acrius arva,
In quibus horrentes Martem movere Gigantes,
De quorum tibi stirpe fluit tam nobile robur,
Invictum & sceptrum, & nunquam superabile pectus,
In quo corda vigent armis Æneia magnis
Hectoreum telum, sanguis quoque Troius ater,
Qui tecum ardescit, motúsque alit igneus altos,
Troianóque gerit divinas nomine vires,
Oceano quæ fræna parent, terrísque timorem:
Nam qui de magno nascuntur flumine rivi,
Magno etenim turgent currentes gurgite fusi,
Oceanumq; implent, fluctus agitántq; sonantes.
Scotia non tenebris, sed te vehit ignibus acrem,
Vertice quam scindit sylvosus Grampius alto,
Lomundúsque lacus rapidis quoque dividit undis,
Ex his nata tibi robusta potentia fulget,
Téque timet nimiùm quoque duro Hybernia cultu,
Viribùs atque tuis paret, noménque veretur.
Sed tamen Oceanus toto te gurgite quærit,
Téque stupet septem quà perfluit ipse Triones
Amnibus, & nimiùm tandem glacialibus horret,
Quà longo tua magna manus distenditur orbe.
Plurima naturæ defers juga montibus altis,
Quæ numerum superant, numero si cogitur unquam,
Quod Regno pariterque tuo, sceptróque potenti,
Quod tu protendis Neptunia jugera torquens,
Et fluido cùm fortè tument vada spumea fluctu,
Tunc puto te magnum tandem exhorrescere pontum,
Instabili & motu pavidos ostendere gressus,
Cùm fluit, & metuit strepitu tua classica multo,

Et redit, atque iterat cursum, dum te acrius horret,
Quæ sunt signa metus, metuit si durius æquor.
Est ut navis iners ad lati littoris oram,
Exposita & ventis, sed ventis indiget ipsa,
Illam qui rapidi ducant per pondera ponti:
Velis námque caret, sordet sine remige pigra,
Quam vel tempus edit, dum nullum substat in usum,
Atque putret noctísque gelu, radijsq; diei,
Atque omni docto languet privata magistro.
Sic urbs, sic Regnum spoliatum Rege potenti,
Cúmque silent leges, cùm non est legibus ordo,
Confuso & turbata ruit pars turbine vulgi:
Namq; anima est populi Rector, Regísque potestas.
Ut leges etiam sanguis sunt urbis, & orbis,
Quo vita in longum cunctis subsistit in ævum:
Quódque gubernator præstat super æquoris undas
Puppibus, in portum ut ducit spiramine tuto:
Hoc est vita Ducis populo commissa feroci:
Est populus fluido nimiùm ratis aspera ponto,
Quam fortuna regit cæco nimis undique jure.
Et vix vera videt, veris cùm subjacet ipsa.
Falsa colit, quærítque suo discrimine noxam,
Obvia stat diris fuso Rectore periclis,
Et disjecta suis semper cadit ipsa lacertis,
Nil melius Rectore patet sub nave perito,
Aut Helice invertat cursum, seu nubila obumbrent
Fluctibus, & magni fervens hiet æquoris æstus.
Hoc & apum per mella docet Respublica fœlix,
Ordine distincto turgent cùm nectare cellæ,
Et servante domus subsistit milite tuta.
Plebs abit, & florum dulcem legit ardua pastum,
Cùm matutinos fuderunt sydera rores,

Iamq;

Iamq́ thimum tundent, jam fundunt florea morsu
Prata truci, tenuémque secant quoque cuspide caulem,
Frondosam vario sylvam compléntque susurro,
Et multa infestant luci juga magna cohorte,
Atque operi insudant vario sub murmure semper.
Rex medium tenet ipse sibi, loca & ampla patenter,
Qui si jura secat, rupto perit undique corde,
Supplicium & nulli, dum subsint crimina, parcit:
De tanto & subsistit opus sic dulce labore,
Sicque aptum vitæ, jucundum ipsiq́ saluti.
E contrà quot sæpè fluunt mala juris ab arce
Abrupti, cùm sacra Themis toto exulat orbe?
Hanc Princeps ducisq́ manu, ducísque sub ore,
Iura sonas, legésque refers, proba quæq́ resumis,
Moribus & totum cogis tibi juris honorem:
Et quæ bis senæ tabulæ sacra jura dederunt,
Et bis seno etiam cultu, studióque remittis.
Sic numerum omninò facti conamine jungens,
Ut quis miretur parvi sub principis annos
Iustitiæ sic tanta sacræ instrumenta nitere,
Sic tecto instituis morum gestamina gressu,
Sic spem non sterilem juris florentis, & acris
Immittis, cum gesta tuis perfecta lacertis,
Ingenium cujusque movent, animumq́ reducunt,
Ut credat te corde tuo persolvere magna,
Ut vel magna patras, cùm quidquid suscipis ipse:
Nam parvum te ferre nihil natura probavit.
Sic summo fortuna tuum vehit omne pectus,
In quo constituit quæ lucent Cæsare digna,
Quæ solus Princeps robusto duceret ævo,
Et quæ sunt mundi magnis Archontibus apta,
In te quæ instituit jam quondam Græcia fœlix:

Legibus, & multis ſacrorum ritibus altis.
Quiſque videt, cùm corde feras facis aurea ſemper
Lumina, quæ erumpunt de morum fontibus amplis,
Queis ſtatus & crevit mirè Reſpublica florens:
Nam morum candor Themidis ſubſiſtit ab ortu,
Quem ſtudium florens ſub Muſis educat ipſis,
Et vehit in ſummas ſedes culta indolis aura.
Gymnaſio Phœbi verum proficiſcitur omen,
Et ſine Muſarum cultu nihil inſpicit orbis
Egregium, nil dulce quidem, nihil undique magnum:
Confuſo nam vita modo quæ degitur uſquam
Prona malo, ſtátque apta neci, cladíque propinqua,
Quam vitare Duces toto conamine debent:
Qua cecidit mundiq; caput, Regníque cacumen,
Et qua ſtare nequit mundi in curvamine rectum.
Eſt probitas nam cauſa boni; vita improba cladis
Ut fumum, vel flamma parit, nix frigora denſa,
Arida nec laticem fuderunt ſaxa cupitum,
Nec Regum ſine jure quidem ſibi conſtitit orbis.
Machina ſic ſtabili verſatur pondere mundi,
Aſſiduo compacta viget ſimul ordine ſemper,
Nec curſus varijs falluntur curſibus axis,
Inverſâ nec magna poli rotat apſide ſumma,
Sæpè domus quæ claudit opus mirabile juris,
Nec puncto labuntur enim ſemel inde repoſta,
Immotum & ſervant, tulerant quem robore curſum,
Et quo progreditur pariter pede claudicat ordo,
Si lapſu linquit, quæ certâ continet arte:
Nam labi nil juris habet, ſceleríſque ſed atri
Deducit ſordes. Virtus docet aurea ſtare,
Juſtitiæ & pondus firmas locat aëre ſedes,
Vertitur utq; levi tandem Reſpublica curſu.

Tunc tunc & vires juris mutare necesse est:
Constans est rectum, Regísque potentia constans.
Hanc vim ferre tuum censemus CAROLE *pectus,*
Sed quid lingua potest; seu Tullius arserit ore,
Si laudes, quas corde geris, nequit ipsa referre?
Quis dicet, referétque tui gesta ardua cordis?
Vis Plato tot narret? narret Plato tanta peritus;
Nónne stylus labetur iners, non ora silebunt?
Socraticus seu voce sonus jam verberet auram,
Tantáque suscipiant Demosthenis ora notare,
Dat tibi serta micans semper Ladonia laurus,
Tempora quæ æterna sub fronde micantia cingunt;
Quæ meriti dant signa sacri sub numine mentis,
Quam condunt fulvi miro sub tegmine crinis,
Est ubi Regnorum telluris splendida lampas:
Atque animæ prædulce jubar, rationis & antrum;
Quod niveis cerebri gyris devolvitur intus,
Nec filo dat fortè viam, vel magna ferenti
Pectora, & amfractus tibi quos sapientia claudit;
Et varios nectit vel cæcis gressibus orbes,
Et per robustos serpit tibi strenua calles.
Tali Rege decus vivit, virtusq; nitescit:
Et tanto quoque patre solum subit ardua quæq;
Arma jubar, paxque ipsa decus; populúsque salutem
Tecum consequitur, fama & quem prædicet ingens
Te invenit, inventúmque suum super astra reducit,
Regibus & tecum Regis paradigmata præbet,
Quæ videant, normámque ferant sibi quilibet altam;
Ad quam componat si quæ est gessurus opima,
Et si quæ gessit, tibi tunc victoria cedat,
Quæ te per spatium mundi sic deferat omnis,
Ut nullus dubitet te Regem hic angulus altum;

Qui tangis cœlos erecto vertice summos,
Qui Regni spondes cunctis miracula terris,
Sub quibus in tantos volitet tua fama triumphos,
Vt cùm vel Regum sceptris occurrerit altis
Altius assurgat, Pompei negligat arces,
Atque Asiæ colles, Europæ & transeat arva,
Tertia sitq́ illi mundi pars Africa spreta,
Et quartam statuat, tibi & addat America sedem,
Et Phœnix cunctis vivas vel Nestoris avum.

AD POTENTISSIMVM Hispaniarum & Indiarum Regem PHILIPPUM Quartum

EPIGRAMMA.

HEsperiam dum luce tuam circundat Apollo,
Hic sæpe ipse suos nectare pascit equos.
Montibus inq́ aliјs oritur, tamen occidit istis,
Hispano inque solo pulchra sepulchra tenet.
Hic cadit. Occasus sibi novit Iberia Solis,
Inq́ tuo sacrum collocat orbe jubar.
Hoc facit at Phœbus tandem divine PHILIPPE,
Vel quia ubi ille jacet, tu simul orbe nites.
Sed verum dicam, Hispanis Sol occidit oris,
In mundum ex oris ut fluat ipse tuis.

AD INVICTISSIMVM IACOBUM STUBARDUM Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ Regem

EPIGRAMMA.

Accepit nunc fama tubam STUBARDE *sonantem,*
Et toto insonuit vocibus orbe suis.
Hæc tua deduxit facundo pectore gesta,
Exposuit quæ alto tu quoque corde geris.
Arma, decus, sceptrum, prolem, noménque, genusq́;
Et plura effudit quæ tua nemo capit.
Te majus sonat illa nihil, quia magnus ubique,
Cujus supremum concutis ipse sonum.
Et quam sis magnus, digiti ut probat umbra Gigantem
Hic tuus his terris CAROLUS *unus habet.*

In fœlicissimam Hispaniam

EPIGRAMMA.

Ara pates, sic nomen habes, Hispania fœlix,
Rara manu, & toto pectore rara tuo.
Orbi nota nimis, toti & notissima ponto,
Armis tellurem, vincis & ære mare.
Tres orbis partes, quas terra amplectitur arctas,
Ære, sinu, fama, nomine, jure, manu.
Aggrederis pelagus, pelagi quoque littora transis,
Vtraque subsistit India tota tibi.

Sic vasto in pelagus fervescens viscere surgis,
Vt Cete victrix Anglica ventre coquas.

IN PRÆCLARISSIMAM INSULAM ANGLIÆ

Epigramma.

VT ratis in ponto, rapidis circundaris undis:
Non quateris, sed adhuc est tibi vita salum.
Non poteris putrere solo, sale namque resurgis
Condita: egregio tota sapore viges.
De gremio effundis præstanti munere Reges,
Vt quos ad sceptrum condijt altus honor.
Qui tua dum referunt, sapiunt salis inclyta dona,
Non epulæ subsunt dulciter absque sale.
Ergo tu fœlix mundi fers alta salinum,
Quo sine nec Regum permanet esca solo.

AD SERENISSIMUM CAROLUM STUBARDUM

Vvalliæ Principem, &c.

EPIGRAMMA.

ΠΡΩ͂ΤΑ δ' ἔχεις μεγάλων κόσμοιο παροίτατος αὐτοῦ
Ἀμφιτρυωνιάδου στήθεα καλὰ φέρων.
Καὶ σὺ δὲ παμβασιλεῦ πάντων γεραρώτατε λαῶν
Κύδεα τῶν σκήπτρων χερσὶ λάβες μεγάλης,

Καὶ σὺ

Καὶ σὺ βίον μετρεῖς πυκινόφρονος ἀνδρὸς ἄριστον,
  Καὶ πολύϊδρεις ἄγαν καλὰ μὲν ἔργα τίθης.
Ἀνίδρως ἐστέρεσας πάντας σοῦ χείρεσιν ἐχθρούς,
  Καὶ φρεσὶ μὲν στιβαρὸς πάντα δίκαια νοεῖς.
Ἀρχόντων μεγάλων τὰ μὲν ἄλλα σὺ φέρτερος εἴης
  Ἡττῶνται πάντες τῇ σοφίᾳ σέοθεν.
Αἰὲν ἄναξ σθεναρός τε θεμιστοπόλος τε περίφρων,
  Καὶ σθένει κρατερὸς καὶ μάλ' ἀλεξίκακος,
Καὶ διεκοσμήσαντο θεοὶ δὲ σὺ θυμῷ ἀρίστῳ,
  Ἤρκέ σε μὲν πάντως ἁρμονίης σοφίη.
Εἰρήνη τε πάλιν λαοῖς φυσίζοος ἥξει,
  Καὶ πολέμοιο τέλος δ' ἔσσεται ἐνδομύχου.
Λάμπεις τῆς νίκης φαεσίμβροτον ἀγέεσσιν
  Ἀνθρώποισιν ἄγων κοινὸν ἅπασι σέλας.
Ἀμφότερον βασιλεύς τε μέγας κρατερός τ' αἰχμητὴς
  Ἡγεμόνων μεγάλων καὶ σὺ γένοιο φόως.
Σὴ δὲ σέβας ἀρετή, καὶ ἐπ' ἐλπίδα κῦδος ἐγείρει.
  Καίσαρος ἧς θυμὸς κλεινὸν ἄγος τ' ἄρεος.
Εὐρώπης κλυτὰ φῦλα, βαρὺν καὶ ἀμήχανον ἐχθρὸν
  Νικᾷς σοῖ μεγάλης χείρεσιν ἀμφοτέρης.
Μίξας δὲ κρατερὸν σοῦ μὲν φιλότητι Φίλιππον,
  Ἀγγλιακὸν φέγγος τοῦ μὲν Ἴβηρος ἄγεις.
Εἵνεκα σοῦ φθόγγου πολέμους πολύμορφος ἀνάγκη
  Ἀνδρομέοις μέντοι σοῖο τρέχουσα ὅπλοις.
Σοῦ δὲ δικαιοσύνη μεγαλοφροσύνῃ περίβλεπτος,
  Πρήξεσι δ' ἐν πλείστῃς πάντοσε πᾶσι μέγας.

Interpretatio Epigrammatis Græci.

PRIMVS *es in magnis, toto quoque magnus in orbe*
Amphitryoniadæ fortia corda geris.

Et tu Rex ingens populi illustrissime cuncti
Sceptrorum manibus suscipis omne decus.
Túque viri vitam peragis prudentis, & acris,
Et sapiens nimiùm nobile condis opus.
Atque hostes spolijs privas quoque viribus altis,
Summa & mente potens omnia magna sapis.
Principibus magnis unus præstantior extas,
Et sophiæ radijs quemque tuæ superas.
Semper Rex fortis, Princeps prudénsque, poténsque
Robore supremi pulsor ubique mali.
Téque animo ingenti decorarunt denique divi,
Te Sophia omninò munere mentis agit.
Pax vitam nutriens populis te fortibus auget,
Et belli finis stat quoque sæpe trucis.
Splendes ob palmam: miseris mortalibus altum,
Et commune refers omnibus ipse jubar.
Vtrumque es magnus Rex, miles, & undique fortis,
Principibus magnis tu quoque lumen ades.
In spem nunc splendor Princeps tuus indit honorem,
Cæsaris ésque animus, Martis & honor atrox.
Europæ gentes, fortes quoque vincis & hostes,
Iam manibus magnis semper utrisque tuis.
Atque tuo misces studio magnum ipse PHILIPPUM,
Ducis in Hesperios nunc jubar Angliacum.
Te propter sors magna quidem bella atra fugavit,
Armis robustis undique mota tuis.
Cum magnis gestis tecum Themis inclyta splendet:
Nam magnis factis magnus ubique pates.

AD SE-

AD
SERENISSIMVM
CAROLVM STVBARDVM
Vualliæ Principem, Magnæ Britanniæ Hæredem, Epigramma, in quo prima cujusque dictionis litera nomen ejus mirificè attexit.

Vincentij Marinerij Valentini
EPIGRAMMA.

Concipis Antiquo Radiantes Ordine Leges,
Vndique Supremus, Studij Tutamine Vastus.
Barbaricas Acies Rumpis, Das Vndique Summa.
Voce Volas Alta, Lustras Luce Inclytus Ævum.
Profligas Rapidos Ingenti Nomine Cunctos,
Et Populum Superas, Populo Iura Vndique Sacrans.

Vincentij Marinerij Valentini

ORATIO,

IN FUNERE

ILLVSTRISSIMÆ,

ET EXCELLENTISSIMAE

Heroinæ D. Mariæ de Guzman,

Ducis Medinæ Turritæ,

Marchionis de

Heliche, &c.

AD ILLUSTRISSIMUM ET Excellentissimum Principem D. Ramirum PHILIPPUM de GUZMAN, Ducem Medinæ Turritę, Dominum & caput familiæ Guzmanorum, Marchionem de Heliche, Marchionem de Toral, Marchionem Monasterij, Dominum trium Comitatuum Pormæ, Collæ & Valdoræ; Despotam Villæ, & montium de Bonnar & Vallis Cureni, & Castelli, & Abiadi, & Cilleri D. Roderici, PHILIPP. IV. Hispaniarum & Indiarum Regis cubicularium, ejúsque cubiculariorum Decurionem, Centumviralis nobiliũ cohortis continuæ Regis custodiæ Præfectum, & excubiarum Castellæ Principem & Commendatarium de Valdepeñas, &c.

EPITA-

EPITAPHIUM.

Ἔνθα γυνὴ κεῖται. τὴν πότμος ἔπαυσεν ἀναιδὴς
Οὐρανὸν ἡ ψυχὴ ἠΰτ' ὄνειρος ἔχει.
Πολλὰ δ' ἔθηκε βροτοῖσι, θεοῖς τε καλὰ μάλιστα
Τὴν χθόνα μὲν λείπει, οὐρανοῦ ἄστρα πατεῖ.

In invictam mortis potentiam

ELEGIA.

Nulla manus jam tanta potest velut aspera mortis
Quæ summo quodvis robore frangit opus.
Ipsa quidem suprema petit, terit altáque dira
Et nil non armis suscipit ipsa suis.
Quidquid natura egregium dedit orbe suprema
Mors invadit atrox, sæváque cuncta rapit.
Quod vitæ est dulcis ferventi detrahit ira,
Nam quidquid terris nititur, ira facit.
Marmoreis nil nempe subest sub viribus altum,
Nam certâ pereunt undique cuncta nece.
Nil quod Musa struit mortis trucis opprimit arma,
Nam Musis etiam mors patet una ferox.
Non Sophiæ est robur quod non premat impia falce
Qua secat eximij vel monumenta viri.
Nil persistit enim naturæ dotibus actum;
Nam mors nil patitur vivere jure suo.
Vita deest rebus, nam non est vivere rerum
Quæ obsequio mortis vel sine lite patent.

Sceptra etiam submissa cadunt quoque robore mortis
Quorum vel virtus vivida sola manet.
Nobilitas aliquando necem quoque maxima vincit,
Sed tandem durâ subdita morte perit.
Sunt mortis vires tempusq; oblivio & atrox,
Absumítque dies quælibet alta potens.
Lethæusq; latex cunctorum est causa ruinæ;
Nam Stygio semper flumine terra madet.
Virtutis jubar omne manet quæ scandit Olympum,
Hanc solum verò mors fera nulla domat.
Hanc dum dejecit mors importuna puellam
Sic posse immanis vincere cuncta docet.
Sed tamen hanc quamvis crudeli vulneret hasta,
Huic virtutis opes ipsa ferire nequit.
Omnia morte cadunt, sed non cadit aurea virtus,
Et quæ nobilitas aurea jure facit.
Quamvis cuncta potest his mors pervincitur una
Imo hæc hic potius invida morte manent.

AD
ILLVSTRISSIMVM & EXCELLENTISSIMVM Principem D. Ramirum Philippum de Guzman, Ducem Medinę, Turritæ, Marchionem de Heliche, & de Toral, &c.

Vincentij Marinerij Valentini PRÆFATIO.

NUlla est, Princeps Excellentissime, humanæ vitæ constantia, nulla in terrestribus rebus secura duratio, nullúmque diuturnum terra novit statum, nisi illũ quem virtus quædam heroica quasi æterno quodam famæ stabilimento firmat, & quem candidæ nobilitatis splendor in Solis úsque radios evectum illustrat, & in sydeream æternæ Aulæ majestatem egregiorum facinorum gloria attollit, & in rutilos ipsius Solis currus immortalis cujusdam nominis alæ, quasi strepenti quodam volatu deducunt, demittunt, deponunt. Tota enim terræ

mortalitas virtutis firmatur ævo, cujus est divinum rebus indere numen, & quod mortale est in æternum convertere donum, & quidquid terrenum sapit torporem, quasi cœlesti quodam nobilitatis condimento diluere, delere, diffundere. Nobilitas quidem vera socia semper virtutis est insita. Hæret virtuti generosus semper honoris spiritus. Et tũc virtus verè spirat, quando nobilibus afflat potentis animi spiraculis, & quasi quodam vivo famæ halitu reciprocum in æthera immortalitatis emittit vigorem. Hic propria est Principum vita, proprius honorifici pectoris anhelitus, quo accrescunt in diuturnum gloriæ sensum omnes illustris mentis conatus, quæ sibi ea æterni nominis vindicat stemmata, quæ fata premere non possunt, quæ vetustas nunquam deteret, quæ nullo oblivionis ævo consumentur. Nullum virtus famæ prætermittit officium in illum, quem vera nobilitas decorat, & cujus gesta divinus encomiorum color imbuit, quæ mentis illustrata vocibus per totum temporum curriculum sonanti famæ perstrepũt semper boatu, omniúmque aures multo concitant concentu, & in invidiam penè vel cunctorum immittunt studium. His te naturæ dotibus esse instructum, Princeps Excellentissime, nemo planè non fatetur. Cuncti in te divinam sacræ stirpis lampada mirificis virtutis micantem radijs semper conspiciunt. Ne hanc ullæ terrarum umbræ denso possunt obducere tegumento, nec opacis velare umbris, nec fusco obtundere velamine. Non patitur vera virtus sibi ob-

jectam opponi oblivionis nubem. Vivunt in te nobilium conatuum lumina, quę nullam noctis sentire possunt vicissitudinem. Et quia semper fati telum, ea, quæ illustrissima sunt feroci fortunæ cuspide impetit, te non sine vulnere reliquit, & aliquot lachrymarum rivulis hæc te lumina abscondere coëgit, & pullatis obtegerę doloris nebulis, & atro mœstitiæ conturbare tumultu. Sensimus quidem omnes hunc tui animi præclarissimi Solem illustrissimæ Mariæ Guzmaniæ eclipsim subijsse, & aliquo temporis intervallo afflictionis, & luctus obscuratum nubibus Occiduas petijsse solitudinis umbras, & mœroris tristes adijsse angulos, & lætitię proprium dimisisse Zodiacum. Quæ verò non movit pectora hæc calamitas? quos nō agitavit sensus hic acerrimus fortunæ ictus? quæ non infligit in omnium animos vulnera hic miserabilissimus infaustæ sortis casus? Adhuc ingemunt orbis compita, semper terrarum lachrymis madescunt loca, singultibus totus horret terræ globus. Nec immeritò tantæ nobilitatis discessus, tantis virtutum obvolutus augmentis tantum in omnes detrimentum intorsit, tantam doloris immisit labem, tantúmque pœnæ objecit fundamētum. Quemadmodum enim cum aureum illud Phœbi sydus in medio se cœli demum statuit gyro densa nubes caligine subito interposita obtentu divinum illum flammantibus radijs vultum orbi adimit, & tantæ prospectum lucis oculis omnium aufert, & currentibus æthere imbribus totam camporum superficiem inun-

dat, & quasi quodam præcipiti diluvio obruit; ita quidem inexorabilis fati manus Marię Guzmaniæ objecta luci totum ejus nobis eripuit lumen: nobis dixi, non tibi, quia nobis hoc contigit infortunium, nósque hæc invasit clades, nobísque tantum imminuit nocumentum. Adhuc hæc ferocissima manus opposita crudelissimæ mortis existit viribus. Nam tantam vim solùm tanta manus poterat pervincere, deturbare, diffundere. Nobis hic dolor semper inest ob illam, cujus est in nobis amissio tristior, discessus calamitosior, absentia infortunatior. Verumenimverò tuam nimium commovit animam, sensúsque omnes concussit tuos, & te totum penitùs dilaceravit. Sed quia in te vera Principis gliscit semper potentia, illâ vi, qua cuncta superat adversa, nobilíque quodam pectoris robore ipsum fati contundis ictum, & ubi solaminis aperis aditum, non solum tibi mœroris demis anxietatem, sed nobis omnem respirandi objicis facilitatem. Te enim dum tanquam orbis esse conspicimus tutamentum, tantum illi videmus inesse divinitatis, quantum ibi ad Imperij gubernacula regulam cœlitus moderatur, & quantum tibi reliquit non mortalis sed immortalis pectoris decus. Uxor enim & vir sic se habent, ut arbor & fructus. Arbor dum irriguum terræ imbibit laticem fructum procreat, fructus verò tunc decidit, cùm arboris maturuit naturâ, sed arboris relinquit ramum ad alios proventus frondentem, qui frõdibus stipatus umbram viatoribus suppeditat, & venti locum sublato germine

germine occupat, & penè cœlum petit erectus, utque æstatis tepido vestitur amore, sic nec hyemis rigidum non timet adventum, nam regressu veris jucundi indumentum iterum suscipit quod prius amiserat. Hæc, Princeps, tibi convenire non dubito. Nam tu sicuti arbor procera & sublimis es, qui omnis Guzmanorum nobilitatis es truncus, ex quo tot nobilissima derivantur germina, tótque rami generosæ stirpis tanquam quædam veri honoris brachia per totum aëra dispersa extolluntur, disperguntur, dissipantur. In te, tanquam, in veris radicibus Guzmaniaca propago fundatur. Tibi tanquam rami trunco, hæret præstantissima hæc nobilitas, & ut illi trunci sugunt vigorem, sic hæc tibi ut tuam referat indolem, manifestet virtutem, naturámque desumat. Arboris ergo similitudinem non immerito quidem habes, cujus totum planè adimples officium. Nam in hoc Hispani Imperij plantatus campo, non solùm Regio hortui es decori & pulchritudini, sed tota illius es potentia, tota amplitudo, tota species. Ecce ut arbor expansis nobilitatis ramis totum modo jam penè orbem in umbras, & furentes adversæ fortunæ æstus miseris, & afflictis populis egregiorum operum efficacia semper adimis, & benevolo naturæ motu semper depellis, & certo tuæ nobilitatis beneficio omnino extinguis. Exurgunt hi tuæ nobilitatis rami usque ad sydera, petunt cœli verticem, & viridanti semper virtutum folio cœlestia ferè prata jucundissimè convestiunt. At fructus erat hujus verè Regiæ

arboris illustrissima puella Maria Guzmania, hærebat ramo tuo Guzmaniaco ex Guzmaniaco etiam orta germine. Tuo frondēte pendebat trunco, & quia pendentis est proprium labi, lapsus fuit hic divinissimus fructus; non quia vis defuit arbori quæ illum sustineret, foveret, teneret, sed quia in mundi ruinam & dolorem fati crudelitate maturuit, & temporis languit immanitate, sed ut veriùs dicam, potentissimo mortis pollice detractus fuit. Fame enim cibi nobilissimi mors laborabat atroci, pabulum per totum quærebat terrarum orbem, quod suo palato satisfacere posset, quod sibi escam præberet jucundissimam & aridam jam nutriret appetitu naturam. Avido se tentabat studio saginare, terram circumivit, & penè cœlestes subivit tractus, cunctáque multa quæsivit indagine, & flagranti quodam indagavit conatu. Hîc autem stitit gradum, nec ultra progredi constituit; rem hîc invenit, quam optavit, arborem vidit, manum porrigit, fructum rapit, Mariam Illustrissimam sibi tulit. Hæc est hæc est hujus doloris causa, hic tantæ calamitatis scopus, hæc penè totius orbis injuria, hoc omnium commune infortunium. Necesse enim fuerat, ut tātus fructus nobilitatis ex tanta decideret nobilitatis arbore, ut manus potentissima valido cómota lacerto & quasi violento rabida motu & invicta famelica aviditate, in tantum facinus ingrueret, tantum auderet scelus, tantis inhiaret flagitijs. Hæc hæc rapuit, disjecit, avulsit hunc nobilissimum fructum. Sed ramos ad alium reliquit

liquit proventum idoneos. Quis hoc enim dubitare poterit? Mors rapuit quod voluit, reliquit quod debuit. Te nunc vita ad clarissima sustinet, & sustinebit in ævum, gesta, tu manes infractus, tu nobis inuictus persistis. Tibi vita æternum parabit monumentum, quia te vivere ęternitatis famæ administrabit materiam. Te enim reliquit mortis telum, quia te nō potuit premere, quia tantæ nobilitatis fundamentum mors dejicit nulla. Expandis nunc hîc tua viridantia, in omnem mundum, germina, quæ ut quædam dispersa summæ potentiæ brachia ferè mūdum amplectuntur omnem, totámque terrarum ambiunt vastitatem, & universam hanc naturę machinam cingunt, astringunt, cogunt. Non enim prolapso fructu arbor deperit, imò pondus amisit, sine quo tunc ramus altior attollitur, & in futuram ætatem floridos promittit caules, & frondentem spondet opacitatem. Sunt verò quædam arbores, quibus viriditatem nulla detrahit hyems, nullum perimit frigus, nullíque tumultuantis venti flatus contundunt. Sub hac duratione semper viget tuæ nobilitatis truncus, qui nullo temporis verme roditur, cujus fructus etsi semel dilabitur, rursus enascitur alius, & alius in annos producitur. Hæc non vetita arbori Guzmaniacæ fœcundia est, nam etsi non uxoris pullulat præsentia (quod fieri jam nullo modo potest) uxoria tamen renascitur nobilitas, & reviviscit virtus. quæ altis defixa radicibus trunco suo hæret, & nunquam ab illo potest divelli, nunquam separari, nunquam dimoveri. Ergo jam

hæc illuſtriſſima puella tanquam gratiſſimus DEO fructus in aureo virtutis calatho locatus, cœlo objicitur, quoniam cœli ſemper habuit ſaporem, & quod ſoli retinet, in ſolo manſit. Hujus mœſtiſſimum tibi funus proferimus, non ut tandem lachrymas excutias tuas, ſed ut noſtras tuo nobiliſſimo ſolamine detergas. Illa ut pars tui cœlos adijt, tu ut pars illius terras foves, nam vires utriuſque in utroque axe maximoperè invaleſcunt. Illa manet nobilitate tecum, tu cum illa virtutum greſſibus abis. Ejus imago ſemper in tuo pectore conſpicitur depicta, quoniam cum illa cœli ſedem (uti fas eſt credere) habeat modo, nihil quod illi ſedi ſit magis ſimile poteſt habere, quàm tuum pectus; in quo tam cœleſtibus penè tua nobilitas ſemper viget radicibus. Abijt illa ut tua nobilitate patrocinetur mortalibus, tu manes ut illius virtutibus ſubſidium omnibus adminiſtres, quæ dum in terris erat, omnium columen ſemper extitit. Te enim ſemper noſtra quærunt ſtudia, & cogitationes, non ſolum quia manes tanquam firmiſſimum omnium tutamentum, ſed quoniam illius abeuntis alis noſtros in cœlos penè evehis ſenſus, & favorum cumulis totius Hiſpaniæ auges potentiam. Quæ ut te manentem veretur, ſic illam abeuntem luget, deplorat, lamentatur.

DIXI.

AD

ILLVSTRISSIMVM & EXCELLENTISSIMVM Principem D. Gasparem de Guzman Comitem de Olivares, &c.

Vincentij Marinerij Valentini PRÆFATIO.

ÆTERNI Potentia Numinis, quæ terrarum, cœlorúmque moderatur machinam, eos, quibus cœlestia munera impertiri studet, quia hæc sempiterna, & potiora sunt, terrestribus privat ornamentis, & quæ hîc sunt chariora, illis aufert, & his, quæ caduca sunt, & fluxilia, ferè semper bonis destituit. Neutiquam enim sub eodem esse possunt loco humanarum divitiarum vilitas, & cœlestis thesauri amplitudo. Nam ut separantur & distinguuntur naturâ, sic etiam sede & loco omnino discrepant, ita ut simul coire, & in unam

coalescere partem nullo modo possint. Fieri enim non posset, ut illa cœli Solis luminis majestas, quæ solum cœlestem decet globum, per mortalem hunc terrarum tractum fractis & disjectis rotis deveheretur, & per lutulentos reperet campos, quæ pura illa ætheris spatia rutilanti curru perambulat, percurrit, pervolat. Non enim hæc sedes est rei divinæ consentanea, quæ humanis subjacet rebus. Nam hæ inter se, se mutuò depellunt, & à se longè se dispergunt, & omni se intervallo sejungunt. Mortalitas námque, & immortalitas uno materiæ in subjecto esse nequaquam possunt, ut ratio & insania, una in mente, & saturitas & esuries uno in pectore, & divitiæ & paupertas una in domo, eadem ratione, & eodem modo possunt constitui. Fugit enim una aliam, & sunt veluti dies & nox, in quibus vicissitudo successionis locum præbet, nam simul esse non possunt. Etenim illa flammifera Phœbi lampas cum horrifico noctis tegumento, & cæco caliginis velamine in unum convenire non potest: non potest umbra luci hærere, sed ab luce deduci, & ab luce separari. Humana verò fœlicitas suis gradibus constituitur, & ea, quibus abundat, si præstantiora sunt, quibus caret, etiamsi in unum appetit conjungere, non tamen potest in unum deducere. Tristis est humanæ vitæ conditio, imperfectus hujus sæculi status, molesta rerum caducarum successio. Omnia suo volvuntur opposito, illo vincuntur, illi cedunt. Non est tranquillitatis securitas, non est, non est quietis fœlicitas, nam in

rebus humanis omnia ſub deſiderio moventur, & ubi eſt majoris rei appetitus, nulla eſt pręſentis rei ceſſatio, nulla tuta poſſeſſio; aſſidua eſt námque ad illam ſitis, æternus ad illam motus. Sic ſunt in humanis rebus cuncta conſtituta, ſic natura cuncta diſpoſuit, ſic fati vis in omnia dominium impendit ſuum. Sunt Principes, quibus adſunt divitiæ, ſed abeſt ſalus, ſunt quos ſequitur honor, ſed quos perſequitur onus. Alijs ampli prolis greges ſub fœlici inhærent ſubſtantia, alios perpetua premit ſterilitas, nullus comitatur ſobolis famulatus, nulla natorum umbra ſequitur, ſucceſſio legitimi generis relinquit. Nihil denique eſt in humanis rebus, quod vel parvum mentis compleat ambitum, & cordis vacuos ſaturet receſſus, quin multi inanitate ſordeant in anima anguli. Hæc, Princeps Excellentiſſime, eſt naturæ lex, Deíque Opt. Max. conſtitutio, hoc numinis ejus inſtitutum, hæc ejus potentiæ divinitas, quæ alicui, ubi aliquid detrahit charum, aliud præbet non ingratum. Natura enim aufert cæco lumen, ſed mentis addit acumen, ingenij ſolertiam, & cognitionis oculos, quos vultui eripuit. Dedit Lynceo acutiſſimam aciei perſpicaciam, ſed languidam omninò membrorum debilitatem, infirmam corporis molem, & miſeram timiditatis abjectionem. Non enim æqua lance humanarum rerum trutinantur examina, pondus vergit alterius in imum, alterius levitas ventos ſubit. Quis credere tantum tibi ereptum fuiſſe bonum, ut filiam tibi chariſſimam, & unicum generis ſolatium,

mors in ipſo ætatis limine opprimeret, quin rē ipſa vitæ fœlicitas alijs egregijs bonis cumulaverit, titulis evexerit, magnitudinem ditaverit, honoribus extulerit, & Regio latere decoraverit? Hæc eſt æqua viciſſitudo, ſed iniqua conditio: eſt æqua viciſſitudo, quia æqua Dei manus æterno ſui ordinis jure illam adminiſtrat: eſt iniqua conditio, quia æquitati eſt oppoſita, non quia non ſit æqua diſpoſitio, ſed quia mortis iniquitate compenſatur. Nec aliter hæc duo oppoſita ſimul eſſe ſecum poterant; nam quæ opponuntur, longiùs ab ſe diſtant, unam habere ſedem nequeunt, ſub uno conſiſtere loco nequaquam poſſunt. Sed te parem, & æquum humanis viciſſitudinibus divina majeſtas conſtituit, dum quæ tibi eripuit, in multos fœlicitatis mutavit cumulos, & te in magnanimitatis probationem objecit, ut Deo, ſpontè dari permitteret, quod ipſe jure ſumere voluit. Nam Maria Guzmania Illuſtriſſima non tua erat, ſed Dei, & Deus quod ſuum eſt, aſſumpſit, & tibi illud eripuit, quia aliter id aſſumere non poterat. Si Rex pallium ſuum ſervo ſuis manibus traderet, tergum illius ipſo tegeret, & illo omne corpus indueret, & cùm illi libuerit, pallium voluiſſet repetere: nónne quod ſuum priùs fuerat accepiſſet, & illo ſervi tergum nudaſſet, nec injuriam id planè facere videretur? Nam poſſeſſio pallij in ſervo non plenam dominij aſſumpſit voluntatem, ſed præſens tantùm Rex conceſſerat tegumentum. Nec Regis liberalitas condemnanda eſt; nam jus ſuum abſoluto ſtat dominio.

Nec

Nec in servo scelus aliquod arguitur, dum domini sola voluntas, & potentia in donatione, & ablatione manifestatur. Nónne illud perfectissimum est, quod sacræ literæ referunt: Dominus dedit, Dominus abstulit: Sicut Domino placuerit, ita factum sit? Et illud: Omnia Dominus sicut voluit fecit in cœlo, & in terra. Facit enim semper quod vult, & vult quod æquum est, & est æquum quod est suum, & est suum quidquid liberè donat, & liberè aufert. Sed re vera hoc non dicitur auferre, nec itidem assumere. Nam quod aufertur invitã arguit actionem, & quod assumitur, illum qui assumit, illud non habere manifestat. Quæ omnia DEO, cujus sunt omnia, non possunt convenire. Nam DEUS nihil aufert, nam injuriam nulli infert, qui est æquissimus. Nihil assumit, quia omnia habet. Ergo filios cùm mors DEO mittit, non tunc assumit DEUS, quasi non habuisset, quoniam ipse omnium pater est, & ipse nos genuit verbo virtutis suæ. Sed mutatio fit loci in re possessa: possidet enim filios hominum in hominum potestate, sed illos assumit in suo jure, & hæc res, quæ assumitur, mutat locum ab potestate ad jus, ab homine ad DEUM, à terris in cœlos. Hæc sunt, quæ in ereptione Mariæ Guzmaniæ Illustrissimæ tibi contigerunt, erat filia Dei, sed in tua potestate: nam ipse sua virtute illam procreaverat, sine qua tu illam non habuisses, & ut illam ad suum jus deduceret, necesse fuit, ut illius possessionem tibi adimeret, & mors id præstaret; quoniam DEUS vita est, & id facere non po-

terat. Moritur puella, dum adijt Genitorem cœlestem, te reliquit terrenum genitorem: reliquit humanæ possessionis potestatem, & ad divinum divini Genitoris jus ascendit. Quod eripitur tibi, mutavit in assumptione locum, nam in tua possessione erat, quod DEI erat, non quia tuum fuisset quod assumpsit, sed quia tua erat possessio rei assumptæ. Vides jam nihil tibi ademisse? nam quod dominus servo eripit domini est, & si servi possessio fuit, non jus. Jam quot alia tibi bona DEUS dedit, quot munera, quot titulos liberalissima munificētia tibi est elargitus? Quis numerabit? Silentio hæc ipsa veritas obvolvit: nam numerum ipse sermo nequit adire. Nunc quæ nominis & numinis tui fama insonat, Imperij Hispani regimine patet, cujus clavum potentissima temperas manu, cui cuncta obtemperant, & prudentissimo moderaris corde, quo cuncta calles, & fortunatissimâ corrigis naturâ, cui cuncta cedunt. Cuncta, quæ tecum subsunt, admirabilia sunt. Minervam olivæ inventricem dicunt fabulæ, & illi scientiarum, & potissimum prudentiæ attribuunt numen. Hinc existimo quidem Minervam te ut prolem habere suam, quamvis semper virgo est. Quæ quia capite Jovis est nata, tantam est adepta scientiarum divinitatem, quarum sedes caput est. Et quia tu ab Olivis primarium tituli decus semper præfers, hoc tibi ab Minerva profluxisse fatebor, cujus & prudentiam obtines, & scientias amas, & literatos beneficijs prosequeris. Jam in hujus arboris umbra totum est constitutum imperium, cui

pacis

pacis immortales concilias fructus, cujus arbor hæc typus est. Non hæc consentanea est funeri, quod tristis ambit cupressus: hæc vigiliæ, hæc studio, hæc immortalitati ascribitur. Nec aliud arbor referre poterat, quæ sub tuo nomine virescit. Hujus in te fulgent virtutes, quas tu mirifico exequeris ornamento, nec tibi deesse possunt. Olivæ officia, qui cuncta animi lenitate, & beneficentia foves. Sub hac te funestos modò fas est abjicere mœrores, & omnem tristitiæ depellere nubem, & lachrymantes detergere oculos, qui assiduis nobiscum semper rivis madescunt, & in te intueri non sine aliqua funeris caligine non possunt. Hoc liquore, qui tuus propriè est, si cunctorum inungis animos, & certa erit cunctis vitæ incolumitas, & tibi potentis Principis fœlicitas. Dare potes quod tuum est, dum quod tibi ereptum est, deflemus. Quod quia in jus sui domini est mutatum, tibi reliquit quod dones, quod & te dominum facit, & nos libera servitute ad bona, quæ dabis, assumenda tibi subdit. Semper enim in magnis Principum funeribus apud omnes nationes mos fuit, non parvam opum vim desertis distribuere populis, ut & funeris celebraretur magnitudo, & Principis liberalitate elucesceret. In hoc hujus illustrissimæ puellæ funere hoc mihi videtur contingere summum, ut quia in illius obitu, illius tu desinis esse pater, tunc nostrum esse patrem incipias, non quòd antea non fueris, sed quia nunc beneficiorum cumulis hanc paterni amoris benevolentiam quasi in adoptivam prolem

novo quodam animi affectu, ac si in illius locum suffecti simus, manifestas.

DIXI.

Vincentij Marinerij Valentini

ORATIO.

Etsi facile est, Princeps Excellentissime, in aliqua quantumvis magna ærumna, & calamitate cōsolationis modum invenire; in hac tamen, quæ tuæ illustrissimæ uxoris exitu contigit, tanto se natura obruit luctu, tantísque ejulatibus, & lamentis exhorret, ut nullum ad solamen se posse reperire prætextum fateatur. Madescunt enim adhuc in cunctis lachrymarum rivulis genæ, fluitat intra oculorum ignes lachrymarum ille humor, quem immensus excutit dolor, quem effundit tristitia, quem totis animi sensibus arctissima quædam anxietas exprimit. Singultit populus vehementi placatus mœrore, luget equitum ordo incredibili mœstitiæ pœna, concutiuntur inter sese elementa quasi inexorabili doloris compressa magnitudine, Sol cæcam, depulsis radijs, contrahit caliginem, & non diem, sed noctis tenebras

tenebras per totum terrarum orbem, doloris nubibus obſitus, diſpergit. Æterna quidem manent in omnium cordibus hujus luctus, & doloris veſtigia, quæ nulla delebit temporum ſanies, nulla oblivionis conſumet humanitas, nullóque veteraſcent ævi curriculo. Amiſit Hiſpania, Hiſpania inquam? Totus verè orbis amiſit Heroinam verè Deorum genere ortam, nobilitate immenſa, nempe Guzmaniaca natam, pulchritudine Cypria admirandam, Palladio pectore prudentem, Phœbæis oculis micantem, Chriſtiano animo egregiam, & tuo demum ſanguine ſingularem incomparabilem, fortunatam. Hæc planè in noſtris temporibus illa erat, quam tota antiquitas penè Vatum oraculis expectabat, in quam vota omnium ardentibus quibuſdam, & blandientibus precibus ferebantur, cujus ſpecie jam totus terrarum cœtus ſuſpenſus hiabat. Uxoris autem tuæ Excellentia, etſi tuis inſignibus coruſcabat luminibus, tamen virtutum fulgoribus tantum exarſit, ut cœlum ipſum commoverit, ut quaſi invidum illam terræ non permitteret, ſed inter ſua ſydera adſcriptam inter æternos Ætheræ Aulæ cives ſublevaret. Sublata equidem fuit volitantibus ingenitæ virtutis alis, rapta terris, tanquam quæ non terris, ſed cœlis erat habitatura, ab hominum ſeparata fuit conſociatione, ut quæ Deorum debebat toto perfungi contubernio. Penè in pueritia vitam ipſa reliquit (an potius dicam, vita illam reliquit?) cujus morum puritas tantum ad cœlos pertinebat, & vitæ candor ad Di-

vos. Abluit quidem fœlix, quæ fœlix etiam hîc fuerat, ascendit pulchra, quæ hîc etiam pulchritudinis imago fuit, & proba perijt, quæ vixit proba. Virtutum enim probitas sic illam comitabatur in vita, ut nec in morte non solùm non deseruerit, sed arctiori societate, non tantùm sequatur, sed perpetuum cum illa sodalitium habeat. Erat equidem illi innata, & congenita probitatis nobilissimæ societas; quæ quia nec nobilitatem amittere poterat, ita nec ipsam nobilitatis deperdere probitatem. Quæ duo secum cum illa uno nodo colligabantur, & sub uno ordine incedebant, & simili etiam gressu progrediebantur. Sic se mutuò respiciebant hæ tres substantiæ, nempe nobilitas, probitas, & illustrissima Maria Guzmania, ut una ab altera oculos semovere non posset, nec alia sine alia subsistendi haberet materiam, nec vivere posset sejuncta. Nobilitas Mariam tanquam suum proprium elementum nominat, probitas nobilitatem Mariæ perpetuam sibi sociam, & famulam tanquam ab eodem ortam principio nuncupat. Maria verò probitatem, & nobilitatem, duos sui pulcherrimi oris oculos assiduò esse duxit. Itaque nihil unquam aut vidit sine nobilitate, aut sine probitate conspexit, nam duorum oculorum faces, quibus ut Sol promicabat, ubicumque illa conspiceret, non nisi nobilitatis & probitatis lumina effundebant. Horum jam nunc oculorum splendor nostros oculos lachrymis obtenebravit, & quasi mortis obscuravit umbra, & perpetui mœroris caligine obtexit.

Quare

Quare nec mihi lachrymæ deesse possunt, dum jam exitum ploro, nec ulli puto defuturas, dum me deplorantem audiverit. Tu verò, Princeps Excellentissime, uti qui sponsus ejus es, & prudentior cunctis, nostros in consolationem exsicca lachrymarum rivos, tuos tuæ sponsæ laudibus oculos deterge, quæ tanto ejus virtutum ardore, & strepitu insonant, ut quemque possint fluvium madescentium & cadentium lachrymarum prorsus minuere. Rapuit equidem summo percita atrocitatis furore mors Mariam Guzmaniam mundo, eripuit ipsum virtutis simulachrum terris, vulneravit ipsam pulchritudinis præstantiam, & quidquid in fœmineo sexu excellentissimum erat dejecit, detrivit, peremit. Ablata fuit è conspectu hominum non aliter quàm splendidissima stella, quæ ardentissimis clara radijs in medio cœli, dum nox obscuro horret velamine, obtentu densæ nubis tristissimo, quem præceps Boreas rigidissimis & rapidissimis flatibus deduxit, abscondita delitescit, & ampliùs jam per totum noctis spatium non apparet, sed cum rapido cœli motû in occasum prolabitur. Fulgebat hæc puella morum integritats mirifica, coruscabat virtutibus fœmineæ naturæ Heroicis, omni puellari simplicitate splendescebat, & pectore totum Guzmaniacum genus referente collucebat. Omnes in ejus formosam speciem avida mente proprios intendebant oculos, nec erat qui non miraretur tacitum pectoris decus, & latentis animi indolem, & divinas generis flammas. At dum majori om-

nium admiratione in omnium conſpectum patebat, dum omnes veriùs rapiebat in ſtuporem, & frigidiſſimos quoſque animos flammeis quibuſdam blandimentis naturæ alliciebat, tunc atra mortis nubes hæc flammantia obvelavit lumina, hoc Guzmaniacum ſydus obtexit, hunc mundi Solem perpetuo exitus occaſu abſcondit. Occidit quidem Maria Guzmania, nec penè dum ſuum curſum per integrũ vitæ globum peregerat, ferè idem fuit in illa oriri & occidere. Nam fermè eodem greſſu & Orientem & Occaſum ſubivit. Ætate tenerrima puella erat, candidiſſima caſtæ conſuetudinis nitore, formoſiſſima oris luce, & tota corporis compagine mirabilis. Adhuc enim in ipſo pueritiæ Oriente procedebat, & volubili rotatu & præcipiti motus gyro tota ejus vitæ machina quaſi oculi nictu præceps cecidit, & miſero lapſu cunctos in miſeram lachrymarum, & doloris ærumnam reliquit, ut quando aliqua decidua ſtella, ex his, quæ humido exhalationis fomite in ſummo æthere flammam contrahunt, dum vel præcipitibus Æoli curſibus, ejus accenſi ignes abſumpta materia deficiunt, illa currenti quodam impetu ſedem, quam priùs habebat, combuſtis igne humoribus, conſpicuas in veſtigio protendens favillas, ad illum locum pervenit, qui non cœli ſed ejus occaſus eſt, ejus interitus, ejus lapſus. Evaneſcit enim tunc omninò, quoniam humorem, quo alebatur, ignis aſſumpſit, ardere deſijt, quia extincta friguit, jam lucem emittere non potuit aliquam, quoniam illam, qua clareſcebat, etiam

ipſa

ipſa perdidit. Tandem de toto deletur aëre, & nulli aſpectui offertur, quia in ea lucis ſplendor eſt nullus. Illam hujus exhalationis volubilitatem, & celeritatem ad mortem hæc illuſtriſſima puella imitata eſt. Aut, vis ut dicam, quod ſentio, ſolum ut Tonantis ſummi fulmen hæc illuſtriſſima Maria Guzmania affulſit, quæ ut fulmen ex ſummi Jovis manibus dimiſſum magno luminis curvamine, & obliquo fulgoris tractu nubes accendit, noctem clarificat, terras illuminat, & poſt ſe vehemens, & immenſum tonitru edit, quo nubes penè perfringit, noctem ipſam horrore complet, & terras dira formidine deturbat. Sic hujus puellæ mors tantum eſt admirationis & laudum tonitru ſequuta, ut adhuc ejus ſtrepitus per omnium aures inſonet, & in æternum tonabit, cunctóſque attonitos reddet, & multo perterrefactos ſtupore conculcabit. Non tantùm quia ut fulmen evanuit, ſed quia grandibus lachrymarum imbribus totam terram madefecit, rigavit, abluit. In hac equidem rerum calamitate nunc totus orbis ſic verſatur, ut tanti exitus perhorreſcat tonitru, & miſeram ab illo ortam ærumnam pertimeſcat. Nec quidem non ſine rei proportione, & ſimilitudine huic Illuſtriſſimæ fulmen fuiſſe attribuitur, & ut fulmen ortam, & ut fulmen evanuiſſe peremptam. Fulminis enim naturam ex concuſſione ventorum dicunt Philoſophi conflari in nubibus, & inde ignito corpore enaſci, ſimúlque illo quaſſu tonare cœlum, & majorem aquarum emittere inundationem. Etiam & in dextra Jo-

vis Optimi Maximi illud collocant, & ab illo vibrari arbitrantur, & quasi ejaculantis more intorqueri. Sic autem hæc Maria Guzmania illustrissima suam præclaram originem, suum inclytum principium & ortum, excellentissimis nobilitatis flatibus adscribit tum ex paterno genere, tum ex materno. Ex quibus quasi quibusdam naturæ flatibus in Guzmanica nube efformata fuit, totámque Guzmanorum stirpem suo fulgore illustravit, & tanquam quoddam divinitùs enatum fulmen totam orbis caliginem generis radijs depulit: quod quia in manibus summi Jovis vibratum inclaruit, in easdem repercussum redijt, easdem petivit immissum, & in illis modò conquiescit. Nam hæc ejus vitæ celeritas hoc innuit, hoc significat manifestissimè, nempe hoc habuisse, cum fulmine simile, ut celeriùs insplendesceret enata, & velociùs in cœlos evanesceret extincta. Tota enim ejus bonitas cœleste quidpiam secum ostentabat, & quasi fulminantem quandam referebat naturam, & stelliferum patefaciebat nitorem. Et quia, ut credi fas est, est inter Divos relata, fulminis instar, propria erat cœlo, quæ in terris brevi vitæ mora quasi invita degebat, quæ cùm ipsum Imperij Hispani Tonantem, patrem suum agnosceret, non hujus orbis acquievit sedibus, sed cœlestis Principis Aulam subire studuit, in qua jam nihil adhuc terrenorum imbrium persentiret, & nullam horum densitatem pertimesceret. Mortua quidem jam est, & exsanguis hæc illustrissima Maria, fato concessit,

finem

finem est consequuta suum, quem ipsi natura præfinivit elementorum legibus compactum; sed ejus viuendi brevitas mortis ejus immaturè modum vividiorem reddit. Nam cùm prolem esset datura. quæ terrarum moderaretur gubernaculum, tunc mors illam compressit, ut non terris, sed cœlo fœcundior evaderet, & quos nobili utero erat editura filios, in astra secum suo exitu converteret, & ineditos mundo, inter sydera annumeraret. Tanquam enim chariorem DEO, DEUS illam ad se attraxit, syderibus adjunxit, & in illo æterno choro Dearum collocavit. Hæc enim talis fuit, qualis illa apud Propertium, de qua inquit:

Non est illa vagis similis collata puellis.

Nunquam equidem vaganti animo mentis suæ sensus effudit, nunquam protendit suam cogitationem ad illicita, non se effuso, & soluto pectore reddidit liberiorem, nunquam immemor Christianæ fuit pietatis. Hoc enim paucæ puellæ sunt quæ imitentur, paucæ, quæ cognoscant, quæ profiteantur ferè nullæ. Est equidem fœmineo cordi insitũ quidquid mobile est, quidquid ad delitiarum crimen proclive decumbit, & omnia quæ insolenti quodam naturæ ordine semper in:quam secum ducunt pronitatem. Et hæc in fœminis naturalis conditio ita in omnibus reperitur, ut vix è millibus una, illa carere videatur. Est enim hic sexus omni varietatis intemperie profusus, mali pondere demissus, & flagitiorũ acerbitati avidus. Natura verò quidquid imperfectum constituere potest, in fœmi-

nis posuit. Est verò harum omnem fermè rectitudinis invertere seriem, omnem sceleris machinari turpitudinem, omnémque delitiarum structuram connectere. Audi Propertium:

Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto,
Quàm citò fœminea non constat fœdus in ira,
Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.

Vide etiam quid dicat Julius Titus Calphurnius:

Mobilior ventis est fœmina.

His & alijs innumeris sententijs fœminarum natura à magnis viris describitur. Hæc autem ideò dixi, ut solùm hujus illustrissimæ puellæ hac fœminarum carentem naturam labe possimus perspicere, faciléque cuncti invidere & mirari nimium facilè. Nulla enim in animo ejus mobilitas fœminea constitit, sed masculus quidam mentis sensus, quo Guzmaniacæ stirpis magnanimitatem ostentabat, & constans quidam naturæ modus, cujus manifestatione se supra humanas vires extulisse apertè indicabat. Illa enim non puellaris, sed Regia gravitas, quam in actionibus omnibus præferebat, jam Regiam generis notam ejus dispersam sanguine ostendebat. Non puellam quivis diceret, si benè nosset, non fœminam, si benè animadverteret, sed animo strenuum virum, & constanti Principem cogitatione, & actionibus Heroa supremum, sed solo vultu & Regij corporis teneritate mulierem, pulchritudine Nympham, nitore Deam. Nullo quidem aliarum fœminarum

macu-

maculata fuit commercio, nullum contraxit nec cogitationis inquinamentum, quo nobilitatem fœdaret. Omnem vitæ integritatem servavit, morum innocentiam nutrivit, animi puritatem mirificam detulit. Solùm enim illam sexus fœminam fecit: nam natura virilem illi indidit perfectionem, tum in animi conceptibus, tum in perfectis cordis conatibus. Verus quidem in illa erat magnanimitatis candor, vera Guzmaniaci sanguinis claritas, verúmque demùm Regiæ virtutis simulachrum. Quæ omnia etsi aliquantulum adumbrato quodam naturæ, in illa, velamine latebant, hoc consultò natura ipsa præstitit, ne non fœminam fecisse inficiari posset, sed miraculum. Sed nec mentis est levis id non credere: quoniam quæ aliqua intelligendi facilitate ejus potuit occultos assequi, & prospicere sensus, parum in illa humanæ conditionis inesse videbat, nisi qua parte mortalem illam intellexerit, qualem natura non potuit non effingere. Nam mortem rei creatæ eripere nulli potest. Quoniam quidquid ejus opificio est cõditum, non conditoris habet vires, sed materiæ. Mortalis quidem compactà fuit, mortalem omnes conspiciebant, & morituram ipsa natura se ostendebat fecisse. Sed illud cœleste, quod intrinsecùs latebat, quod paucorum oculis patuit, quod nullis ferè sensibus percipi potuit, etiam cum mors vitæ insidias struebat, vix potuit aliquo pacto attingere. Disjicitur omnis corporis moles adverso mortis vulnere, totúsque compaginis ordo perturbatur, & ipsa ele-

mentorum compositio confunditur; sic illa integritas, & perfectio vitæ, quam solida virtus cōstituit, nulla vulneris mortis adversitate ruere potest, nullo robore vinci. Immortalia enim sunt animæ monimenta, vitæque justæ statuta nullis subjacēt mortis jaculis. Quod emoritur, communi quodam omnium casu simpliciter deperit: nam cadere ejus quidem rei est, cujus est mori. Sat solùm quod immortalitatem sentit, & stabilitatis jure omnino omnia mortis robora depellit. Virtus verò candida hanc solum nescit stabilitatem, quæ mortis injuriam prorsus ignorat; quoniam sola nescia mori est. Et illa vita in qua hæc suo candore perstitit, etiamsi, quia vita est, vita esse desinit, tamen quia virtutis est, non sentit mortem. Mordet enim mortifero dente naturæ contrarietas, quam mortem vocant Philosophi, quoniam quidquid corruptioni est obnoxium, præter naturam est, quæ semper in sui conservationem incumbit. Hæc verò contrarietas, quia in destructa quadam elementorum connexione consistit, solùm illud invadit, quod elementis est textum, quod tres illæ Parcæ sorores suo quæque officio corrumpunt. Assequitur enim una vitæ filum, quod suo arbitrio à penso pendens nenti pollice torquet, altera, nullis exorabilis precibus illud perfringit, tertia omnia disjicit. Et his quidem immanitatibus tota vitæ miseria assiduò petitur, circundatur, premitur. Quæ quia nullo modo parcunt, vis nulla est quæ illas possit mulcêre, & aliquo delinimento subjicere. Immò immaniores se

præbent

præbent illi, cui majorem erant præstitutæ benignitatem; & ubi major ratio vitæ erat, illuc atrocius mortis immittunt spiculum, mucronem ferociorem, & invincibiliorem cuspidem. Quod facile est videre in hac illustrissima puella, quæ cum longiori in terris intervallo hujus lucis mora debebat frui, illam ita in angustum contraxerunt vitæ angulum, ut penè in pueritiæ studijs illam subverterint; annis teneram, ætate mollem, natura fragilem, corpore puellam, sed longiori, & productiori dignam ævo, & immortali temporis spatio decorandam. Illa equidem ejus in verum Christianæ Religionis amorem proclivitas, synceram generis nobilitatem, & magnificum sanguinis aviti splendorem patefaciebat, quo ita in Christi studium ardebat, ut nihil aliud mente cogitaret, nihil aliud ore proferret, nihílque aliud absconderet corde. Totus ejus mentis conatus Christi amor erat, & religionis veræ zelus, & pietatis officia, quæ vehementi quodam animi affectu exequebatur & incredibili quadam operatione exercebat. Hoc autem putabat esse proprium nobilitatis, quod in unum Christi honorem, & amorem tenderet, quod sacrum ejus religionis cultum amplificaret, quódque verum Fidei secum haberet munimentum. Quæ quidem quamvis non ob alia nobilitatis immensæ munia, quæ quamplurima obibat, saltem ob hanc virtutis indolem, dignissima certè fuit ut longiori vitæ curriculo, in quo Christi studia exerceret, & diuturniori, & maturiori vivendi ævo, in quo non solùm

cœlo pietatem, verumetiam terris exemplum præberet. Sic hæc puella in Christi studium exarsit, sic flammantibus flagrabat pietatis ignibus, ut nullæ sæculi occupationes ab hoc sacro itinere illam retardarent; & nullus tandem honoris mundi conatus, in hunc ejus animi ardorem, vel aliquèm mentis teporem, aut rerum caducarum frigus immitteret. Vivus enim religionis ignis, vivas ex oculis favillas in omnes effundebat, quibus & inflãmabat ad exemplum, & provocabat ad opus, & ad admirationem invitabat: Christum enim referebant pulchræ illæ, & tenerrimæ oculorum pupillæ, & tota illa illustrissimi oris species veram religionis imaginem sacro pudicitiæ velamine obvolvebat; verba nihil humanum sonabant, & etiam (ut in stuporem hoc dicam) ipsa corporis umbra nescio quæ delineamenta latentis pietatis repræsentabat, ut non umbratili obscuritate, sed quasi viva, & propria imaginis luce totam cordis synceritatem depingeret. In hoc equidem veræ nobilitatis studium constitutum est, ut quidquid veræ est religionis, etiam in quadam adumbratione, & delineatione vitæ effulgeat. At ubi sic candida nobilitas persistit, & ubi sic veræ nobilitatis perfectio & integritas lucet, quemadmodum in Maria Guzmania? quid aliud extrinsecus poterat apparere, quàm quod internam animæ sedem perfectè occupat, & quod intrinseco quodam & occulto cordis impetu, vivis in cœli statum gressibus semper procedit, semper augescit, semper properat? Hæc verò ostentatio

virtu-

virtutum, quæ in mentis anfractibus occultabantur nobilitatis detecta radijs in sydeream semper tendebat Aulam, & in illam cunctorum animos rapiebat tum famulorum, cum quibus assidua, & communis erat exercitatio; tum etiam & omnium, qui vel à longè tantùm tantam poterant intueri majestatem, tantúmque contemplari honorem, & tantam prospicere integritatis speciem. Semper enim latentis virtutis judicium quodam quasi naturæ stimulo assurgit, & erumpit, ita ut penitùs abscondi nequeat, imò veluti quadam edita voce quemque admonet, quemque excitat, & ubicumque vivo spirat motu. Natura provida ita animi molé & organum construxit, ut ejus affectiones quasi per quasdam operationum, & effectionum fenestras exilirent, & indicibus quibusdam prodirent signis; quas & animadverteret perspicax, & admiraretur prudens, & probus suum in commodum induceret. Latere nequit virtus, quæ vivo veræ pietatis clamore semper insonat, & proprijs quasi radijs in ambientem aërem scintillat. Exeunt quædam animæ signa etiam quæ in intimis ejus penetralibus insident, & occultantur, si occultari dici possunt, quæ actionibus prodire nõ detrectãt. Et mirum hujus puellæ decus in hoc præcipuum est, non quòd voluerit illa, egregia opera, quæ meditabatur, divina ostendere: sed quòd ipsa nolente, & occultante inconsultò sic illa prosilirent, ut illam noluisse referrent, quæ non poterant, nisi negare voluisse. Nobilis enim voluntas non liberè ea exhibet, quæ naturali

quadam ſede ſecum continet. Sed ut illa ſpontaneo quodam motu excutiuntur, ſic coactam ſe aſſignat, ut vi prodiiſſe & caſu, non ſponte facile videatur. Et hic eſt veræ nobilitatis typus, & egregia animi Heroici indoles, hæcque mentis præclaræ nobilitas, non oſtentatrice jactantia, ſed occultanti quodam ſtudio gloriam appetere, & levem hujus gloriæ auram ſequi, quaſi fugeret, non quaſi feſtinanti præcipitatione illam inſectaretur. Quam tanto honoris gradu vera virtus ſecum continet, quanto veræ virtutis ſpecimen ſigno poteſt exponi. Hanc ergo occulti animi expoſitionem hæc illuſtriſſima puella quodam ſummæ nobilitatis condimento renũtiabat, ita ut nec occultare poſſet, quod, ipſâ quaſi invitâ, ex animo proſiliebat: nec poterat non effundere quod diu abſcondi, & occultari nequibat. Patebant enim nobilitatis Chriſtianæ lumina tanto ardentia igne in ejus ore, ut verè Guzmaniacam ſtirpem indicaret, & veram Chriſtianæ Religionis imaginem, non adumbratam modò, ſed perfectè depictam & effigiatam palàm faceret. Et in hac pietate quidem tam conſtanti ſemper animo fuit, ut nunquam de ejus ſtatu divelli potuerit, numquámq; non Religioni adhærere demonſtravit. Quæ conſtantia fœmineum animum vix ſuum eſſe indicabat, cùm mobilitate, uti dixi, hæc muliebris natura ſemper ducatur, ſed animum eſſe ſuum verè in Religionis amorem, virilem, immobilem, divinum. Eſt enim fœminea natura, in ea; quæ mordicus tenet, tam tenaci & invicto ſpiritu,

ritu, ut hominum, & cæterorum animalium superet vires. In hoc enim nimium commendatur historiarum monumentis Leæna quædam Atheniensis, quæ vsque ad mortem cruciata à Tyrannis, consilia prodere nequaquam ausa fuit Harmodij, & Aristogitonis de Tyrannicidio. Quamobrem Athenienses cùm eam vellent honorum prosequi gloria, ne tamen scortum celebrasse viderentur, animal ejus nominis facere constituerunt, atque ut causa honoris planè intelligeretur, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice vetuerunt. Sic refert Plinius, sic meminit Pausanias in libro, in quo res Atticas tractat, & Athenæus, & Polyænus in Stratagematis. Et de hac haud dubiè intelligit Tertullianus in Apologetico, & similiter in libello ad Martyres; de qua etiam & Lactantius loquitur. Et Divus Ambrosius libro de Virginibus inquit, eadem animi constantiâ fuisse fœminam quandam Pythagoræam. Nam cùm à Tyranno rogaretur secretum prodere, ne quid in se ad extorquendam confessionem vel tormentis liceret, morsu linguam abscidisse fertur, atque in Tyranni faciem despuisse, ut qui interrogandi finem nõ faciebat, non haberet quam interrogaret. Rursus Epicharis illa libertina in conjuratione adversus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nullísque tormentis aliquo modo pervinci potuit, ut conjuratos proderet, tantáque fuit fœminæ constantia, ut illam non verbera, non ignes, non ira, eò acriùs torquentium ne à fœmina spernerentur, pervicerit, quin objecta denegaret om-

nino, priúsque spiritum expressit, quàm ad detegendam conjurationem, vocem. Et quod mirandum quidem est, quotquot viri ejus conjurationis conscij fuerunt, tormentis adjudicati confestim, vel non expectatis tormentis, detexerunt conjurationem, multósque & consanguineos & amicos prodiderunt, inter quos & Lucanus Poëta clarissimus hoc ipsum præstitit, ut author est Cornelius Tacitus. Etiã & Quintilia fœmina ob pulchritudinem amabilis, amicáque multarum, jussu Caij Caligulæ torta, cruciatáque, ut terrifica tormentorum vi coacta confiteretur conscios ejus conjurationis, quæ dicebatur in ipsum Caligulam parata fuisse, cùm ad tormenta duceretur unius ex conscijs pedem calce premens significavit eos confidere debere, & nihil de tormentis ejus penitus timere, & quod significaverat, eventu comprobaverat, ut quæ tormentis tam deformata fuit, ut etiam ab amatoribus sine voluptate conspiceretur, nihil omninò manifestavit. Ideóque eam Caius liberatam absolutámque dimisit, pecuniarúmque dono muneravit, ut testatur Iosephus in Antiquitatum libris. Et D. Hieronymus ad Innocentium de muliere septies icta refert, juvenem quendam imparem tormentis mentitum fuisse adulterium se commisisse, & ita morte mulctatum, mulierem verò constanter tormenta gravissima pertulisse, & ea quoque ita omnino vicisse, ut nihil unquam confessa fuerit. Præterea etiam fœminas sacra religionis corona donatas ob constantis animi præstantiam in ipsum Christi amo-

ſti amorem, nempe Agnetem, Cæciliam, Theclam, Catherinam, Agatham, Luciam, & alias etiam innumerabiles; quarum conſtantiam & perſeverans animi ſtudium in pietatem ipſam hæc illuſtriſſima puella mirum in modum fuit imitata. Hæc, me-Hercle, eſt tanto celebranda nomine, ut ipſa immortalitas illam ſolùm poſſit ſua immenſa infinitate circunſcribere. Hæc quidem condignè, & congruè cuncta mentis cogitata, cuncta cordis ſtudia, omnéſque animi impetus in conſtantem Religionis conatum aſſiduò collocavit. Hunc hæc ſemper manifeſtavit operibus, detexit ſpiritu, ore prodidit, fide comprobavit. His equidem exercitamentis divinis, his ſacris lucubrationibus omnes mentis vigilias impendebat, totámque ſe vehementi quodam robore profudit. Animus enim fœmineus in illa ſtrenuæ cujuſdam virilitatis robur, qua ſe ad ſacra demitteret, habebat; quod & nobilitatis mirifico exornavit cremento, & jam antiquiſſimæ ſtirpis germine amplificavit. Vitæ quidem ſpatium breve fuit; quod nobis in detrimentum ceſſit, illi in gloriam immortalem. Si enim viveret, ſpes erat omnes ſe ſuperaturam animi claritate, omnibus profuturam munerum largitione, & favorum cumulo in omnes proſpecturam. Nam quid non impenderet commodi, quæ nihil niſi commodum & utile referre poterat, quæ manus ſolùm ad miſerorum levamētum proniſſimas ſemper habuit, quæque ad afflictorum conſolatium toto cordis gerebat ſtudium? Illa plane evolavit, nos revera depreſſi ja-

cemus; illa cœlos, nos terram calcamus; illa immortalitatis vivit fruitione, & gaudiis nos pene varijs vitæ ærumnis, & incommodis semper morimur, semper labimur, semper deficimus. Matronam quidem amisimus, cui parem nunquam terra cognovit; qua clariorem cognoscet nullam. Et hæc plena est tota nostra calamitas, hîc noster dolor, sic tam citò caruisse illa, in qua posita erat omnium certissima spes, & salus, in cujus prole mundi habenarum regimen verum erat habiturum portum, in cujus tandem præsentia lætificum oblectamentum cunctis patebat, ipsáque vita lætabatur, exulabat mœror, anxietas nulla aderat. Nec excessus à vero alicui videatur hoc dici, cùm hæc omnia nunc planè adsint, non ob aliam causam, quàm quia illa abest. Nónne præsente Sole dies est, illóque absente nox horret? sic etiam pariter nunc atra calamitatum nox miseros opprimit, quia fœlicitatis Phœbus suum nunc cum illa occasum subivit. Hæc enim, quia sponsa erat tua, qui summus Princeps es, cujus nutu Imperium Hispanum gubernatur, & mundi puppis dirigitur, facili modo pollicebatur ingentes ex tanto Principe favores, quibus aleretur terra, quibus splenderet populus, quibus viveret ipsa nobilium natio, omnésque suum consequerentur delitiarum oblectamentum. Nam quid aliud ipsa erat in hac vita, si ampliùs illa frueretur, omnibus datura, quàm certissimum ád maxima quæque præsidium, & admirabilem ad fœlicitatis cumulum facultatem? Hæc quidem ad hæc omnia

benevo-

benevolentiæ officijs aptissima erat,& benignitatis indole pronissima , & beneficio quodam naturæ modo facillima. Sic verò hæc certa sunt, ut ipsa certitudo esse potest. Nam illa, in qua virtutis præstātia tantis bonitatis dotibus splendebat, hoc erat omnibus præstituta, quod ejus natura spondebat. Fuit Hispania quidem ejus morte infœlicissima, casibus obnoxia miserrimis, tristissimis obvoluta ærumnis,quibus omnibus infœlicitatis notis solùm ob tantæ puellæ mortem,nunc miserè scatet. Nunc quidem cum illa mutuum est cunctorum patrocinium, Hispaniæque hilaritas, totiusque orbis splendor. Tot hæc vulnera mors infligit, tot ictus immisit in omnes, tot damna constituit,tótque mala dispulit. Nam quantò ejus vita mirabilis fuit ad benignitatem, tantò ejus mors atrocioris multis causa fuit miseriæ. Vix enim thalamum nuptialem ingressa fuerat tecum Illustrissimo Principe conjuge,cum jam tumulus eam vocavit, quasi ad nuptias cum Deo,cujus consortio, ut credibile est, jam tandem fruitur, ad quem tanquam ad æternum sponsum effugit, cujus amore hîc flagrabat, cujus ardebat studio, & in cujus cœlestes amplexus toto animi motu accendebatur. Hæc planè ejus mors nihil aliud fuit, quàm commutatio conjugij ex terrestri in cœleste, ex mortali in immortale,ex homine in Deum. Nam quæ tantis virtutum dotibus abūdabat,illum erat desideratura sponsum,qui non auri vi ducitur aliqua,qui non opum ampla possessione movetur, qui non opulentissimis terræ

metallis, & albentibus gemmarum globulis cõcitatur, sed solo virtutis candore, & candidæ vitæ integritate agitatur. Hæc equidem sunt hujus illustrissimæ puellæ divitiæ, quibus Deo placuit, Deum adivit, Deo se conjũxit. Ut enim aurum fulvebat in flammanti ejus vertice discriminatis ebore cirris, sic aureus integritatis fulgor in mentis puræ cogitationibus ipsum Deum quasi alligavit, ut ipsam in sponsam assumeret. Duo illa oculorum astra, ipsa cœli astra commoverunt, ut inter se, ipsa annumerarent, ille latæ & serenæ frontis candor niveam illam cœli lineam quasi inuido quodam compulit conatu, ut se illi permiscere vellet; roseus verò ille genarum rubor ipsius Auroræ croceam rotam quasi præcipiti incitavit cursu, ut illo matutinos componeret ortus, & totum orbem illo oblectaret. Quid denique de cæteris partibus dicam, quæ omnes quadam naturæ dote ornatæ cœlum ipsum, ad suum consortium provocarunt? Equidem corporis illa pulchritudo animæ erat simulachrum quoddam formosissimum & indicium latentis pulchritudinis, & quasi quoddam naturæ ad cœlestem pulchritudinem symbolum. His ergo hæc puella prædita muneribus solo erat cœli digna conjugio, quod tantarum virtutum matrimonio consummavit. Cœlum solùm delectatur his, quæ pulcherrima sunt, hæc prospectat, hæc amat, hæc ambit. Quare ergo existimo hanc illi mortem sic in brevi vitæ curriculo contigisse, ut tanta pulchritudo, tantæque virtutum species in cœlo non in terra existerent,

existerent, cœlum illam spectaret, non terra illam conspiceret. Nec puto hac me falli cogitatione, cùm eventus hoc planè comprobare possit. Nam etsi naturæ potentia cuncta ad suum finem ducit, & elementorum objicit mortalitati, tamen animæ excellentia, & virtutum nobilitas, has naturæ leges omnino præterit, omnino superat, omnino pervincit. Corpus enim ideò moritur, quia cœlum animam habere aliter non poterat. Terra quod suum est, sibi condit, & quasi in utero claudit, cœlum etiam similiter quod suum est, ad se trahit, sibi adscribit, in se collocat, & quanto præstantior est spiritus virtus, tanto studiosiùs cœlum in ejus amorem inflammatur, illúmque ad se vocat, suísque perfunditur amoribus. Et hæc moriendi præcipitatio ipsam animæ respicit, & vitæ integritatem; quoniam amor nullam sibi patitur moram, impatiénsque est cunctationis, & tarda molimina omnino nescit. Unde infertur planè, ob cœli amorem hanc puellam fuisse exceptam, & truci mortis jaculo; quia aliter non poterat, terris sejunctam, cœlísque appositam, Deóque conjunctam. Jam equidem plenam hujus virtutum abundantiam ipse rei successus fœlicissimo quodam prædicat præconio, quæ tanta in tenerrimo corpore consistebat, ut & inundaret tanquam quodam perenni fluvio ipsos terrarum tractus & splendidissima & varia veræ nobilitatis paradigmata effundebat, quæ cunctis tanquam vivum & crystallinum objecta speculum non tantùm conspicerent, verùm etiam repercusso &

vibranti lumine perfectam Mariæ Guzmaniacæ speciem intuerentur. Ita siquidem jam lucescit hujus vitæ claritas, ita verberantibus aëta radijs hujus virtutum clarissimum exemplar rutilat, ut facilè in stuporem quemque vel præstātissimum deducat, & quasi admirationis vinculo cujusque mentem comprehendat. Semper enim admiratio ea petit quæ præstantissima & illustrissima sunt; nec ita facile nostrum est posse illam admirari, quemadmodum illius est nostram excitare in admirationem animam nostrúmque intellectum abripere, & cogitationem penitùs absorbere. Nos autem possumus vel stoliditate naturæ, vel mentis hebetudine & tarditate quasi obtusis, & conclusis sensibus multam magnæ rei alicujus contrahere admirationem, & nullo mentis motu ferri in ea, quæ ob miram excellētiam veluti Magnes ferrum, ita quamcumque vel stupidam mentem commovere, & ad sui speculationem deducere. Sed tamen hoc habet admiratio, ut mentem acuat, ut illud planè possit meditari, propter quod omnia admirationis vela sunt protēsa. Nam ab admiratione, rerum cognitio verius exoritur, veriúsque philosophatur mens, cùm quodam quasi rei stupore hæret, & illam assequi nullo modo potest. Consequēs equidem est, cunctis esse consentaneum occultam hujus interitus causam non tantùm in virtutis magnitudinem admirari, quātum in quoddam divinum cœlorum studium, quo hujus amplissimæ puellæ amorem prosequebantur. Sic enim cognita penitus manet tāta in tenero corpore

pore nobilitas, tanta virtutis in animæ ſedibus amplitudo, tantúſque Heroicæ conſtantiæ in Religionem Chriſti conatus. Quæ omnia proprio naturæ indicio ſemper omnium oculis objecta collucebant, ut ſupervacaneum eſſet aliquam adhibere ſpeculationem ubi plana manifeſtatio magnitudinis apparebat, nec noſtra indigebat admirationis motione, ubi admiratio ipſam aſpiciebat præſtantiam, ipſamque virtutum molem ſtupentibus ſenſibus proſpectabat, & obmuteſcentibus labijs extollebat. Quæ enim omnibus in cœlis erat profutura, rapienda ſanè erat ab omnibus, ut omnes & ſentirent ablatam, & ſperarẽt profuturam, & quam ut Principem poſſederunt, ut dominam precarentur. Omnes verò fortunæ jacturam, caſúmque miſerabiliſſimum quamvis non toleranti & æquo ſuſtineant animo, tamen quia tantæ Principis veſtigium in ejus virtutum gloria quaſi immortaliter impreſſum manet, non tam mortuam fuiſſe penè dolent, quàm viuam ſemper ejus habere imaginem delectantur. Mors quidem crudeliſſima parcere noluit defunctæ, ſed non populo eripuit facultatem ut defunctæ mortem ita lamentaretur, ut illam in paterno pectore vivam habere arbitretur, cujus favoribus gaudeat, cujus benignitate fruatur, cujus beneficijs cumuletur. Pater enim hoc habet reſpectu filij, ut filium eſſe neceſſe ſit, ſi eſt neceſſe ut ſit pater, de cujus ſanguine prodijt, & de cujus ſtirpe eſt germen. Sed hoc omnibus majus eſt ſolatium, non tantum illuſtriſſimæ Mariæ eſſe te natura ſpon-

ſum quàm totius populi officio, beneficio, dono, & vitæ. In hoc enim quòd ipſe communis omnium parens es, liquidò conſtat, etiam omnes cum tua ſponſa fuiſſe mortuos, illa ex parte, qua mortem illa perſenſit crudeliſſimam, non illa ex parte qua nos te habemus ac parentem potentiſſimum. Communis enim calamitas, reſpectu ejuſdem conditionis exhorret, nam nos ſemper invaſit mortis gladius, quo tanta puella eſt perempta, quemadmodum ſub ejuſdem parentis tutela ſemper ſumus. Etenim, Excellentiſſime Princeps, nobis mori contigit cum ſponſa tua excellentiſſima, niſi tua nos vivificet potentia. Illa inſanabili mortis vulnere prorſus terræ mandata eſt, ſed noſtro vulneri hæc medela ſubeſt, ut tu qui terrarum moderator es, tamdiu illam nobis eſſe fœlicem patiaris, quàm diu te eſſe nobis parentem volueris. Summa potentia ſemper abjectiſſimos ſublevat; & hæc modò tua eſt, ut tuum etiam eſt nos levare manibus, benevolentia ſuſtentare, & virtutum amplitudine fovere. Semper populus Principem veretur non metu, ſed amore; & Princeps ſemper populum amat amore, non metu. Nam ſervilem metus conditionem ignorare debet Princeps, quemadmodum populus liberum amoris ſtudium ſemper exequi. Amor divinum ſecum gerit fomentum, ut rem illam, ad quam fertur, non quovis modo tuetur, ſed quaſi ſe ipſum amplectatur. Nam leges veri amoris id conſtituunt, ut amator ſe in rem quam amat, commutet. Hæc conditio cunctorum animos modò tenet, ut

net, ut dummodo tibi integrum solamen persisteret, proculdubio vellent, non ut tuæ illustrissimæ corpus sponsæ, sed locum assumere, ut mors non illam, sed illos percussisset, illos non illam necasset. Et hic quidem populi amor beneficum & magnificum Principis animum assignat. Tunc populus odio horret, quando Tyrannico studio Princeps insolentem induit animum, & jactanti & arroganti quodam spiritu cunctos despicit. Et è contra benevolentiæ suscipit populus normam quando Princeps divino quodam nobilitatis jure paternum populo objicit animum, & studioso mentis affectu illum prosequitur. Nam quasi sub quadam naturæ relatione hæc mutuò sese respiciũt, quoniam ut odium nobis nunquam ex amoris causa proficiscitur, ita etiam & amor omnem respuit odij radicem. Princeps populo est oculus, & quod habet oculus ad Solem, bonus & perfectus Princeps hoc idem ad populum deflectit. Videt enim oculus Sole, & sine Solis luce nulla prospiceret oculus. Ita perfectus Princeps populi est Princeps benignitate, & nisi benignitatem exerceret in populum, nulla Principis æquâ perfungeretur compellatione. Sed hoc mittamus modò, quoniam dum latissimus tuorum encomiorum campus sese nobis patefacit, tantò magis nos ipsa copia deterret, & contrahit ingenij vela: quare dimissis jam dicendi habenis cursum ipsum mens jam penitus deserit. Et ideo lascescunt vires, quia tristi adhuc lachrymantur mœrore oculi, nec plenis pupillis intueri possunt

quæ in tuarum laudum ſcopum debeant effundere. Dolor equidem mentem hebetat, quæ dum mœſtitia comprimitur, nullo ſenſu ad altiora poteſt aſſurgere, quoniam nulla hilaritate ad ea poteſt moveri Nam verè nunc quæ hilaritas dabitur in tanto mœrorum profluvio, inter tot gemitus & queſtus, quando & ſaxa ipſa triſti quodam murmure infremunt, & omnia quotquot natura continet, communi quodam doloris tormento & cruciatu acerbiſſimo conflictantur, deteruntur, lamentantur. Summa enim rerum honeſtas & dignitas, egregium nobilitatis decus exceſſivo quodam impatientię tormento ſi quid habent decoris miſerrimè deturpant, infœliciter obliterant, & triſtiſſimè concutiunt. Mœror quidem omnium unus eſt, pœna una cunctorum, cruciatus itidem penè uno omnium ſenſu ob hujus puellæ vitæ lapſum intentum omnem Hiſpani populi cœtum atrociter occupat. Magna enim ærumna ingentes attollit ſemper dolorum fluctus, & profundiſſimum triſtitiæ pelagus rorantibus omnium lachrymis auget, nec quieti locum præbet aliquem, in quo vel deliteſcat doloris ceſſatio & calamitatis eventus, vel pauliſper remittatur. Sic enim hæret animis hominum tanta ruina, ſic & animorum paſſio tanto accreſcit tormenti adventu, ut vel ubi major lætitiæ occaſio aliqua naturæ opportunitate dari poteſt, ibi omnia cõvertantur in luctum, & pullato quodam velamine, & dolorifico veſtitu contriſtentur. Finis enim non erit ullus tantis lachrymis, nec tempus ſua

pus ſua diuturnitate hujus cladis oblivionem aliquando inducet. Vita verò quæ ſuis moribus candida perfectum retulit in orbe nitorem, innocentiæ & benignitatis radios proprijs ſemper operibus excuſſit, hæc inquam virtus, hæc vita, quia hujus illuſtriſſimæ puellæ ſpiritum continuit, memoriam ſui pariet immortalem, & duraturo æternitatis ævo, etiam cõtra mortis morſus vires protendit. Vivere enim eſt virtutũ laude florere, & laudes, quibus mirificè delectabatur Themiſtocles, nihil aliud præſtant majus, quàm neſcio quam vitæ recordationem ſingularem. Laudantur quidem multi, ſed qui verè laudantur, hi perpetuo virtutum ſpiramine vivunt, hi omnino mori neſciunt, quoniam neſcit non ſemper ſpirare virtus, cujus eſt vitam indere vel caducis, & delebilibus quibuſdam operibus, ſi vel aliquo pacto illa ſub illis clareſcere poteſt, & ipſius nomen per eorum diſpergere actiones. Moriuntur quidem omnes, ſed non omnium virtus deperit, imò nullorum virtutis præſtantiæ laus interius poteſt labem contrahere, quæ nullo inquinamento oblivionis poteſt vetuſtatis involucris obſcurari. Firma eſt & conſtans meritorum merces: nam manus virtutis illam largitur, illam impendit, illam tribuit profuſiſſima largitate. Nec unquam tantæ ſolutio ſtipis prorſus amittitur, vel etiam ſi ipſa vita amittatur. Verumenimverò tunc temporis ipſis frigidæ mortis cineribus quędam tepentes ejus vivunt favillæ quæ æternas gloriæ flammas ſemper accendunt, ignéſque fulgentiſſimos encomiorũ con-

eltant, & quasi stellantes quosdam virtutum globos, Ætnæis emissos fornacibus in ipsa cœli sydera effundunt. Et vitæ perfectæ anteactæ indicium est, non tam præsens hominum ad laudem consensus, quàm operum perfectorum futura duratio, & memorabili quadam commemorationis voce duratura. Seges enim & materia laudum nunquam temporis æstu arescit, si fœcunditatis agrum uberrimus integritatis imber irrigat. Nunc enim tanquam præsenti subsistunt ingressu multorum Ducum testimonia, & divina multarũ Matronarum monumenta, quas sola virtutis commendavit nobilitas: nam hæc sola tantum efficere quidem potest. Sed tamen si socias secum habet aliarum virtutum actiones, tunc & id quod solà præstat, & quod tanto comitatu possidet, mirum in modum exequitur. Quod jam vel Phœbea est luce clarius in hac Guzmania puella, in hoc nobilitatis simulachro, in hoc clarissimo & amplissimo theatro virtutum, Quam tantùm propria virtus extollit, ut non alicujus egeat linguæ clamoribus, ut suæ vitæ nobilissimæ propriæ laudes insonantibus instrepescant præconijs. Lumen enim lucernæ alteri lumen indere potest, dum illi extincta applicatur: at dum ipsa ardet, si propius ad aliam ardentem accedit, non solum aliquam luminis vim non assumit, sed illam quam sibi apponit penitus fugat, repellitque vicissim. Et vasculum liquore plenum, nec adjecti liquoris guttam potest capere, sed ille qui adjicitur, effunditur, & per vasis labra labanti stillicidio vertitur.

vertitur. Mare etiam nullo fluviorum introitu exsilit, protuberatu turget, sed suis præfinitis semper littoribus æqualem aquarum cumulum secum continet. Ad quid verò alia adferam? Ecce hæc lucerna fuit veræ nobilitatis, clarissimæ pietatis, religionísque perfectissimæ. Vas etiam fuit integritatis & innocentiæ plenum, & ut uno verbo absolvam, Oceanus fuit inexhaustus, profundus, immensus honestatis, pudoris, amplitudinis, & morum innocentissimorum candoris. Velle ergo illi laudum aliquam lucem addere, tanquam lucernæ ardenti, est præstare nihil: nam illis illa abundat, nec penè in illa pars est, quam non laus ipsa mirificè exornet. Rursus integritatis plenitudinem si quis velit aliquo amplificare cremento, tanto illa superefflueт augmento, ut vel nullum additamentum possit accipere. Denique tanto Oceano nobilitatis, vitæ honestissimæ, morum candidissimorum & immortalium demum virtutum, quis laudum latex injicietur, quo tumeret fluctus quos habet, vel aliquo pacto majores & decumanos habere videatur? Vixit, cursúmque illum peregit, quem fortuna illi dedit. Illa operibus laudatur, non vocibus, virtutum nobilitate extollitur, non clamorum vociferatione. Vitæ enim spiraculum in illa, & si mortis cessavit adventu, virtutum laudibus immortalitatem consequitur. Spirat nomen Guzmaniacæ hujus Heroinæ, & veluti quodam nobilitatis tinnitu omnium per aures instrepit, & cum illo verus insonat perfectæ vitæ susurrus; qui quia virtutum apibus per

dulces morum favos volitantibus educitur, nullo quidem temporis ævo conticescet.

DIXI.

IN OBITUM

ILLVSTRISSIMÆ

ET EXCELLENTISSIMAE

D. Mariæ de Guzman, &c.

Vincentij Marinerij Valentini

EPITAPHIA.

SVnt hîc magna suo rerum sita funere jura
Quæ magno potuit fœmina ferre sinu.
Hæc potuit nam ferre sinu quod candida virtus
Et sacra nobilitas condere jure potest.
Condita at ecce jacet, fama ac salit ipsa sepulchro,
Quam mors non potuit falce ferire sua.
Vivit fama ingens secum Guzmanica semper;
Ejus nam semper flát que reflátque tubam.
Nec quia defuncta est, cessat sonus ire per orbem
Defuncta hæc potius plus super astra sonat.

Epitaphium.

HOc situs est tumulo decor ipse venustus & altus
Quem Guzmaniaco hæc fœmina in ore tulit.

Hæc

Hæc tulit ore quidē quidquid decor altius habebat,
Quo quia non fuerant hîc sibi plura, obijt.

Epitaphium.

Corda viri, pectúsq; Ducis sacra forma puellæ
Hic jacet, hîc terræ gloria cuncta jacet.
Parva annis, & mente ingens, celeberrima stirpe,
Hæc cecidit toto magna puella solo.

Aliud.

Nil magis invenies doceat quod pondera terræ,
Quam quod morte putrēs hîc sibi terra tegit.
Hîc quod nam tegitur tanto stat pondere secum,
Vt nequeat vires ducere terra suas.
Quare hæc celsa volat cœli super astra micantis
Et terram, & cœlos pondere sæpe premit.

Aliud.

Desine marmoreā lachrymis hanc cernere molem
Hoc quia quod cernis jus tibi majus habet.
Fœmineum cernis conclusum marmore pectus,
Quod candore suo nobile marmor erat.

Aliud.

Morte oppressa jacet Guzmani gloria stirpis,
Quæ moriens morti gloria tota subest.

Aliud.

FOEmina divino, tumulo hoc sita nomine, substat,
Nam Guzmaniaco nomine viva viget.
Hoc nomen magnum numen jam tradidit illi,
Illi hæc sed numen fœmina sola fuit.

Aliud.

QVot voluit vixisse solo hæc sibi liquerat annos,
Hacq; puella perit, lumine mentis anus.

Aliud.

ECce viret virtus defuncta in corde puellæ;
Nescit nam verum dira sepulchra decus.
Hîc sepelitur enim, sed jam quia vivit honore,
Æterno semper nomine viva viret.

Aliud.

DIces hoc tumulo decus omne jacêre, viator,
In tumulo tandem si jacet omne decus.
Fœmina nempe jacet, quæ tanto nomine surgit
Defunctam ut solam vivere sæpè putes.

AD DVCEM MEDINÆ Turritæ hujus puellæ sponsum, &c.

EPIGRAMMA.

AVrora ut cedit cùm Sol micat æthere obortus,
Sic Guzmaniacis stat quoque lux Ducibus.
Sponsa abiit, quæ Aurora fuit clarissima sponso:
Nam sponsus Phœbi nunc movet orbe rotas.

Ad eun-

Ad eundem Epigramma.

IN ſpeculo apparet ſemper ſpectantis imago,
Atque ut imago fugit, non fugit at ſpeculum,
Conjugis eſt conjux ſpeculum, cernuntur utrinque,
Hic manet, illa at abit, nam illa abeunte manet,

IVLIANI CÆSARIS IN REGEM SOLEM AD SALUSTIUM

PANEGYRICUS.

Vincentio Marinerio Valentino Interprete,

A D

Dñ. FRANCISCVM DE QUEVEDO VILLEGAS Equitem Aureo torque D. Iacobi insignitum, dominum villæ, quæ vulgò vocatur de Iuan Abad.

A D

DON FRANCISCVM DE QVEVEDO AVREO D. IACOBI TORQUE cohonestatum,

Vincentij Marinerij Valentini *PRÆFATIO.*

POSTQUAM, Quevede, in varias Musarum Grecarum elucubrationes animum intenderam meum, totámque mentis verteram sententiam, & meorũ conatuum non tenues impenderam labores, præcipuo præsertim studio in illud opus exarsi, quod Julianus Cæsar, vir quidem, meo judicio, ingeniosissimus & eloquentissimus, in laudes Solis composuit, quas tanto artis apparatu constituit, & tanta Græcæ facundiæ concinnitate illustrat, ut penè omnes arcanos antiquæ Philosophiæ exhauriat gurgites, & torrenti quodam flumine elegantiæ per varios doctrinæ campos, & viridantia Philosophorum, & Rhetorum prata illos derivet, illos immittat, illos effundat. Quodam enim naturæ strepitu sese ferè in ipsam Solem extollit, & Platonicam majestatem tanto sibi affe-

quitur impetu, ut penè divini eloquij venusta-tem, & suavitatem illi præripere proculdubio videatur. Ea est enim hujus argumenti fœlicitas, ut vix præter ipsum alius tanto potuerit ingenij acumine, tantis mentis luminibus, tantis studij conatibus illud denique pertractare. Assurgunt equidem dulcia verborum lenocinia, argumentorum vires elucescunt, præclaræ artis monumenta ipsam semper prospectant immortalitatem, omnem sibi subdunt oblivionem, & omnem in se temporis semper retundunt potētiam. In his enim hujus Principis litteris præcipuus Philosophiæ character exprimitur, & absconditus sapientiæ typus palàm prodit. Nec erat equidem imbecillium, & minimarum virium tātum sibi aggredi onus, & in tantam sese immittere provinciam, ne veluti Icarus cereis pennis elatus superbam in Solem usque attollens cursus velocitatem, ipsius Solis radijs liquescentibus alis in spumiferas pelagi decidat undas, & inter Neptunios fluctus, volantes antea lacertos in monstrorum Nereos amnis luctam experiatur. Evolat enim hujus viri mens, & Aristotelicis evecta flatibus divinos ætheris pertransit recessus, altámque Solis sedem percurrit, ita ut flammantibus currum Solis rotis, suis propè manibus pertingat, Solémque ipsum absque oculorum palpitatione intueatur, radios contrectet, lumina calcet, flammásque ipsas vivo mentis igne depellat, deleat, extinguat. Hoc igitur argumentum, charissime Quevede, tibi offero, Principem laudatorem Solis in magna tuæ præ-

clararæ

claræ bibliothecæ ſcrinia emitto, has laudes in ſublimem tuarum laudum ſphæram libentiſſimè defero. Tuo equidem conſilio hoc opus egregium aggreſſus fui, tuo auſpicio abſolvi, tuo nomine perfeci, & tuo demum omine in ultimam mearum cogitationum metam penitus tradidi. Audax equidem hoc munus tibi ſacrare ſtudui, non autem impudens, non improbus, non temerarius mentis meæ tenuitatem, tibi, tanto viro manifeſtarem, nam cùm planè exiſtimem id quod in totâ mundi machinâ præcipuum eſt, nempe Solem, & ab totius Imperij Principe laudatum, ad te, qui in Hiſpano orbe & ingenij, & litterarum præſtantiâ, & famæ magnitudine, & ſanguinis nobilitate primas tenes partes, emittere, nihil planè me arbitror efficere abſurdum, nihil non nimirum rationi conſentaneum, cùm tantum, & tam eximium opus in te ſimilem ſibi habeat locum, æqualem nanciſcatur ſedem, & debitum, parémque ſuſcipiat terminum. Poſſum equidem controverſiam aliquam conſtituere inter me, qui offero hoc opus, inter te, cui hoc opus offertur, inter Cæſarem, qui ipſum compoſuit, & denique inter Solem, qui huic operi materiam præbuit. Si hanc etenim, ſicuti dixi, controverſiam conſtituo, quamvis varijs diſceptetur rationibus, & multo ferveat certamine quæſtio, certa tamé omnium manet ſolutio, ſine ambiguitate veritas, ſine dubitatione, & cavillatione concluſio. Vis igitur id facilè perſpicere? perſpice. Primùm, Sol eſt cui hoc opus debetur, Solem & Græci, & Latini

Apollinem vocant, Apollo equidem Musarum pater est, Musas, quis dubitat esse Poëtarum sorores? quis ergo non fatebitur te Solis esse alumnum, cùm sis Apollinis filius? nam frater Musarum prorsus es, quas & carmine refers, & ingenio imitaris, & litteris sequeris, & lepore manifestas. Rursus Juliani Cæsaris opus est istud, qui primùm in Imperio Romano, & in totius orbis sceptro tenuit caput, simili etiam ratione inter Poëtarum Principes, in hoc Musarum & litterarum Imperio, in hoc equidem divinarum cogitationum æthere tu solus es Sol, tu solus Princeps, caput, Imperator, numen. Demum si in meum hunc conatum oculos vertis, omnia quàm simillima conspicies & Solis, & Cæsaris, & tuæ magnitudini. Non autem me ita nunc extollam, ut putem digito Solé attingere, vel existimem cum Cæsare me conferre, vel tandem audeam me tibi parem, aliísque similiter aliquo pacto constituere. Sed audi magni illius Alexandri Macedonum Regis, & totius mundi Monarchæ responsum, quando interrogatus, quid potius sibi eligere vellet, si tandem natura electionis modum, & munus saltem præbuerit, an ut fuerit Achilles, quem tuba Homeri per totum personuit mundum, aut Homerus, qui ingenij claritate, tanquam egregio divinæ Famæ tubæ præcone per totum terrarum orbem æternitatis quibusdam alis mirificus semper vagatur. Dixit se facilè principem esse eligere, si tantam esset consequuturus Famæ tubam, quãtam Achilles fœlicissimus & potentissimus in Homero

mero eloquentissimo & sapientissimo invenit. Nam in his alius alio æternitatem consequitur; alius aliũ in immortalem nominis magnitudinem injecit. Vides jam tantum Principem, scriptorem laudum Achillis summis in delitijs habuisse, illique tantum invidisse ingenij splendorem, ut quasi se dignum, illum accipere tãquam præconem non erubesceret: & si hoc consequi nõ posset, Vatis illius saltem induisse personam. Jam nunc restat conclusio, quâ tota hæc controversia solvitur, si in controversiam hæc vocari poterãt, dum tibi ita omnia sunt paria, ut Achilli Homerus, ut Soli Julianus, uti Alexandro Fama. Si autem controversia hîc dari potest aliqua, in me solum ista incidit, qui dispari quidem robore totam Solis machinam & fragilibus quidem humeris volui sustinêre. Non enim ita arroganti sum animo, ut parem Soli, vel Cæsari, vel tibi me laudatorem adhibeam, nec ita tanto animi superbio furore, ut locum mihi asciscere studeam, quem pauci sanè, vel nullus nunc implêre probè, & occupare possit: hoc solum autem facile profiteor, nec primum hoc opus Latinitate donasse, quod vel omnia adhuc deterruit ingenia, uti id planè Carolus Cantoclarus concedit, & doctiss. Dionysius Petavius non inficiatur. Est enim librariorum vitio corruptissimum, typorum mendis fœdum, & in aliquibus locis tanta in consequutione mutilum, ut ipso Sole hîc opus sit, qui lucem his præbeat obscuritatibus, suámque his addat mendis facem, & omnes prorsus vetustatis tenebras depellat. Sed

hæc omnia tuo nomine, æternam nominis claritatem facilè ſument. Quare nihil quidem dubium eſt, & abſque controverſia aliqua manifeſtum tibi meritò deberi opus, quod ille, qui eſt Cæſar compoſuit, cui Sol, qui eſt aſtrorum princeps, eſt tota propoſiti argumenti facultas, & quod ego tanquam tantæ majeſtatis præco inſtrepenti vocum clamore, & clamanti literarum laude, & conſona Muſarum prædicatione in te dimitto, tibi voveo, tibi ſacro. DIXI.

IVSTVS LIPSIVS D. FRANCISCO QVEVEDO nobiliſſima ſtirpe, & animo viro, S. M. D.

O Litteras tuas & amicas, & ſenſibus argutas! Vtroque nomine me ceperunt: & verum vis? Subijt memoria veteris Hiſpaniæ talium ingeniorum altricis præclaram ſtirpem; jactet ſe, ſi intelligat: ſi non Marti ſolùm, ſed Muſæ & Minervæ operatur. Atque utinam fœlicius Marti! Sed eſt quod dicis, hunc quoque enervant quæ ſileo, & unum, quod non pro vulgo efferam, opes:

India capta ferum victorem cepit.

Et illas nos minuimus, fateor, & viros quoque veſtros

quid

quid negem? Commune sepulchrum Europæ sumus. O si Agamemnoni vestro Minerva cum suo Vlysse adsistat! Vestrum, & nostrum sit bonum. Nunc:

Excussæ procerum mentes, turbatáque mussant
Consilia.

Et quod sequitur:

——O quanta Cithæron
Funera sanguineísque vadis Ismene notabis!

Hæc fient, οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι ἀλλ' εὖ εἰδὼς, fiant: & *Non inexpertus vaticinabor, sed bene id prævidens.*

Currite ducentes sub tegmina currite fusi.

Ad te redeo, Bernardini Mendocij versionem Politicorum, de quâ scribis, hîc habeo, & doleo in morte primatis, etiam ab animi dotibus, viri. Edere est animus, si typographi nostri non detrectant, Mercurio semper, ut scis, amici. Ille mihi hoc nomine major est, quod te hortatur Homerum tueri, & ὑπερασπίζειν: *Defendere.* *ô fac, non potes dignius, & sapientibus gratius, argumentum tractare. Quid de viro, an Genio illo sentiam, nosti: & nuper etiam publicavi in* Manuductione *Stoicâ, quos libellos cum* Physiologia *visos tibi velim: & à me donum habeas, si propiùs absis. Nam amo te, & hic animo interiori indui,* ὦ μέγα κῦδος Ἰβήρων. *Vale, Lovanij 8. Cal. Feb. 1605.* *O magnum decus Hispanorum.*

De Lucani versu consideravi, & sagaciter inquiris. Nec de Mercurio reijciam: quid si & Charontem *accipias, qui etsi* portitor *propriè, tamen &* Ianitor *dici potest, quia transferendo admittit, & in Orci faucibus servat.*

Ad eundem Clarißimum Virum,

Vincentij Marinerij Valentini EPIGRAMMA.

MUSARUM *tu dives opum, tibi gaza redundat.*
Subditur & meritò quiſque Poëta tibi,
Et Fama teſtatus agit, Muſáſque per aſtra
Attollis, medio tu ſine lite ſedes.
Hiſpanam linguam Muſarum fontibus auges
Et certamen inis cum quibus alta petis.
Lux mentis diffuſa tua ſerit ignibus orbem,
Atque inter cunctos primus es, altus ades.
Aureus ore lepos, fundit tibi copia carmen,
Eſt doctum dulci quidquid ab ore fluit,
Æquè & nomen habes Muſarum, & geſta Maronis,
Proximus atque illi ſtant tibi ſerta ſua.

D. FRAN-

D. FRANCISCUS DE QVEVEDO VILLEGAS

Vincentio Marinerio Valentino

S. P. D.

CUM in me politioris litteraturæ affectus existat, & in te labore infatigabili, & studio fœlici effectus reperiatur; qui solus Græcorum non rivulos eloquentiæ, sed immensum Oceanum exhauris, & ebibis, ideò planè tu Hispaniæ superbia, in quo uno doctissimorum virorum hujus sæculi, qui nunquam satis pro dignitate laudati sunt, sine felle, sine fuco, catholicam & elegantem facundiam, & linguarum peritiam non æquatam, sed superatam, non sine invidia, & ideò non sine gloria conspicimus. Scripta tua numerare in me labor honestus, in te verò æternum tui nominis præconium erit. Plus tibi se debere fatetur Romani nominis honor, quàm plurimis præteriti sæculi præstantissimis viris, gravissimísque Poëtis & Philosophis. Hi enim aliquo carmine, imitatione, vel fabula, divitias Latinæ linguæ incremento quodam exornaverunt. Tu, mi Marineri, totos Græcæ linguæ thesauros antiquitate venerabi-

les, mole, & magnitudine inacceſſibiles, difficultatum tenebris involutos, tam cæca noctis caligine ſubmerſos, & jã penè oblivionis inertia, & malignitate ſepultos diſerto calamo eruis, &

--- Ipſe facis volitare per ora virûm,
Hoc opus, hic labor eſt pauci, quos æquus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Sed inſidioſa hujus temporis quies, & pigræ vitæ oblivio meritas tibi laudes invidiæ voragine, quaſi tetro carcere occluſerunt. Sed nihil miror cùm tam inſolens ſit humanarum rerum faſtidium, ut hi qui plebeiam animam ſervant, ſepulchris, non virtutibus laudes tribuant. Viduo pede ambulant melioris notæ viri, & eruditorum omnis vita illaudata jacet. Ego non pheretri poſthumum encomium differam, pigro animo, infirmáque mente nec thuris damnati Panegyricam commendationem, ſed præviam laudem ingenuè fatebor, ut cum noſtro Martiale dicere poſſimus:

---- Cineri gloria ſera venit.
Poſt te victura, per te quoque vivere chartæ
Incipiant.

Et alibi:

Quódque cinis paucis hoc tibi vita dedit.

Sum autem ex his qui mirer antiquos, non tamen ut quidam temporum noſtrorum ingenia deſpicio, ſume ſuperbiam quæſitam meritis, qui vir Hiſpanus es, & litterarum myſtes religioſiſſimus, & qui in uno Duce excellentiſſimo Lermæ extremam & ſacram, ut aiunt, anchoram tuæ felicitatis fixiſti. Quantus vir ſit ille juvenis, & qualis

& qualis Princeps, quis exprimet? Audi calamitatum, curarum, & procellæ vocem, quanta facundia de illo loquuntur infandæ ſortis clades. Spero equidem, ut qui ſuam vicit fortunam, & tuam vincet, & tunc Vincenti dabitur corona. Novit ille tuus Princeps Doctorum ſcripta venerari, & doctos amplecti, & fovere. Pauſam facio, ſcribe, ſcribe, nec me conſilij, nec te obſequij pœnitebit. Detractorum dentes contere, & ungues, & privatus homo exiguo foco contentus Flavio Claudio Juliano Imperatori majeſtatem tribue, & ſuum de Rege Sole libellum illuſtra. Sol omnibus lucet, tu ſolus Soli, & omnibus, tanto major, quanto præſtantior. De Sole Maro divinus ſic loquitur, & divino furore afflatus totis eloquentiæ ſuæ viribus in hæc verba prorupit:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras.

Tu, mi Marineri, operum tuorum volumine parvo, & omnium minimo opera omnia Solis luſtras & detegis. Et ad hoc ut innoteſcant labores tui ingenij, placet hîc aſcribere ſtudiorum tuorum partus, in quo non quæ audivi refero, ſed quæ vidi profero. Sunt igitur hujuſmodi:

Ilias Homeri carmine hexametro verſa, & ejus Scholiaſtes Euſtathius.

Odyſſea Homeri, & Batrachomyomachia, & omnes Hymni carmine hexametro verſi, & ſimiliter Odyſſeæ Scholiaſtes Euſtathius.

Apollonij Rhodij Argonautica carmine hexametro verſa, & ejus etiam Scholiaſtes, quod opus nunc excuditur Antuerpiæ.

Scholiastes Pindari.

Scholiastes Sophoclis.

Scholiastes Euripidis.

Hesiodi opera omnia carmine hexametro versa, cum suis Scholiastis.

Lycophronis Alexandra carmine hexametro versa, & Scholiastes ejus.

Theocriti, Moschi, Bionis Eidyllia carmine hexametro versa Bucolico, & eorũ Scholiastæ.

Epistolæ Theophylacti Archiepisc. Bulgariæ versæ, quæ excusæ sunt Coloniæ, tomo 15. Bibliothecæ Sanctorum Patrum.

Epistolæ Philostrati.

Cosmographia Joannis Thomæ Gazæi carmine hexametro versa.

Panegyricus Græcus Georgij Prechthi carmine hexametro versus.

Scholia Didymi in Iliada Homeri.

Scholia Didymi in Odysseam Homeri.

Epistolæ D. Isidori Pelusiotæ.

Opera Ausiæ Marchi carmine elegiaco versa è vernaculo Valentino eloquio.

Porphyrij quæstiones Homericæ.

Porphyrij libellus de antro Nympharum.

Johannis Curopalatæ historia Romanorum.

Omnia opera Græca Danielis Heinsij.

Juliani Cæsaris opus de Regno.

Varia Epigrammata Anthologiæ Græcæ, inter quæ opus illud est Pauli Silentiarij de Balneis calidis.

Eusebij Cæsariensis opus de Martyribus.

Epigrammata Græca & Latina supra sex mille, quæ

le, quæ facetissima quidem sunt, & lepidissima.

Elegiæ quamplurimæ.

Hymni multi.

Dissertationes Philosophicæ novem.

Panegyrici octo carmine hexametro elaborati, quorum tres sunt excusi tum soluta oratione quatuor.

Orationes Latinæ variæ.

Bumachopęgniō, quod est Tauriludium carmine hexametro compositum.

Fabula Phaëthontis carmine hexametro congesta.

Nōnulli dialogi carmine elegiaco intertexti.

Juliani Cæsaris Panegyricus in encomium Solis.

Et alia quorum modò non memini. Si labor igitur improbus omnia vincit, labor probus & improbus probi & eruditi viri Vincenti quid non vincet? Insuperabilis conatus erit columinum tuorum molem oculorum acie percurrere, mente perpendere, & calamo exarare, quod tibi uni concessum est qui sermonem habes non publici saporis, & quod rarissimum est amas bonam mentem. Vale nostri memor. Idibus Aprilis Madriti anno 1625.

OMNIBVS ET SINGVLIS D. FRANCISCUS QUEVEDO Villegas.

Psalm. 73. vers. 16. *Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es Auroram & Solem.*

FUit Julianus Imperator multiformi erudi- tionis supellectile instructus, & cultioris litteraturæ consultissimus, & in Musarum sacris jugiter operabatur. Imperatoriam majestatem non solum armis munitam, sed & legibus decoratam esse decet: proh dolor! Imperator noster lege divina aliquando fuit decoratus, sed postea seductus legum multitudine, & usus animam, & Imperium amisit. Tam dives est summi Dei unitas & veritas, ut in hac re pluralitas sit inopia, at Julianus totum Deorum vulgus, & Larium plebem restituere decrevit, & ut viam aperiret perditioni de Rege Sole tam elegans encomium scripsit, splendore suo obscurare conabatur patris luminum diem. Sed non erat ille lux, ipse Filius erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Sole, & splendore idololatriæ tenebras restituere nitebatur, sed frustrà hominum malitia ausu profano æternæ mentis numen violare nititur, ultra virium nostrarum ictus divina Majestas *sedet, æternúmque sedebit*, immobilis & incomprehensibilis & immensurabilis. Scripsit igitur Iulianus libellum de Rege Sole, ad hoc ut mirabili hujus creaturæ pulchritudine deceptæ populorum mentes, & oculorum persuasione seductæ, truncos & saxa, & nomina vana timerent materiam vatum falsique pericula mundi. Eò quoque audaciæ prorupit, ut adversus sacrosanctum nostræ redemptionis vexillum præceps ferretur. Dedítque operam ut in publicis imaginibus juxta ipsum Juppiter depingeretur, velut è

lut è cœlo apparens coronam & purpuram, quæ sunt Imperij insignia ipsi præbens. At licet ejusmodi signis cusa Juliani numismata minimè reperiri licuerit, his simillima reperiuntur, nimirum Juliani vultum cum inscriptione Serapidis, cui à sinistris inhæret effigies Isidis, quibus imaginibus apud Ægyptios Sol, atque Luna repræsentari solebat. Hucusque Sozomenus. Medullitus, ut ait Plautus, amabat Solis numen, lumen, ac nomen, & de ipso majori reverentia loquitur, quàm de reliquis Dijs. In epistola ad Maximum Philosophum, quam scripsit in Gallia, hæc verba scripsit:

Ἴστω Ζεὺς, ἴστω μέγας ἥλιος, ἴστω Ἀθηνᾶ,

Iuppiter & testis, testis magnus Sol, testis Minerva.

Magnum vocat non Jovem, non Minervam, sed Solem. Et ut omnes gentes in suum errorem præcipites traheret, noverat quantum potest apud imperitum vulgus Principis exemplum. In eadem epistola his verbis de se loquitur: Deos publicè, & palàm colimus, & totus meus exercitus pietatem amat. Nos apertè boves immolamus, Dijs gratias egimus multis Hecatombis, Regum dignitatem Soli tribuere non licet, nec herbis, nec lapidibus, majorem authorem agnoscunt, & irrationalia quæque, *vanitas vanitatum*, ait Ecclesiastes, *& omnia vanitas*: numerat postea Solis labores, oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur: verba sunt Concionatoris. At divino Christi ore, Sol non Rex, sed ser-

vus coruſcans, & flammeus miniſter ſpecioſus appellatur, qui oriri facit Solem ſuum ſuper bonos & malos: & ideò Regius Vates cecinit: *A Solis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini:* non Solis ſed Domini ipſius Solis à Rege Propheta ſervus Domini appellatur Sol, ab Imperatore autem Apoſtata Rex. Ideò

Permanete in Fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Evangelij quod audiſtis. Paulus Coloſ. 1. cap.

IVLIANI CÆSARIS IN REGEM SOLEM AD SALUSTIUM PANEGYRICUS.

Vincentio Marinerio Valentino Interprete.

PERTINERE exiſtimo ſermonem hunc potiſſimum ad omnia:

Odyſſ. 18. Ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε, καὶ ἕρπει.

Quæcunque in terra ſpirant, repúntque viciſſim.

Et quæ ſubſiſtentię & rationalis animæ ſunt participia; & non minus quàm ad alia omnia, ad

me i-

me ipſum. Etenim ſum Regis comes Solis. Hujus quidem habeo in meæ indolis viribus apud memetipſum fidem, probationémque exactiorem, & abſolutiorem. Quod ſanè mihi fas ſit dicere, & irreprehenſibile. Impreſſum enim, & innatum mihi fuit ab ipſo meæ naturæ exordio, ingens ſplendorum Dei deſiderium. Et in lumen ita quidem ætherium, etiam ab infantiâ, valdè cogitationem conſtitui, ut non in ipſum ſolùm intenſis & defixis oculis optarem conſpicere, ſed ſi aliquando noctu, ſereno & puro cœlo exiſtente, proficiſcerer, omnia confertim dimittens & negligens, in cœleſtes pulchritudines attentum emittebam animum. Et neque intelligebam quidem ſi aliquis quidpiam ad me diceret, neque in me ipſum attentus eram, vel ſi quid in me laudem pararet, efficerétque. Videbar equidem curioſiùs in hæc ipſa me habêre, & nimium ſtudioſum, & ſedulum omnino eſſe. Et me verò aliquis jam aſtrorum peritiâ Vatem eſſe ſuſpicabatur recèns pubertatis lanugine obtectum. Et quidem, per Deos, nondum hujuſmodi doctrinæ liber in meas venerat manus, neque ſciebam quidem ſi alicubi hujuſmodi peritia exiſteret. Sed ad quid hæc ego inquã, cùm majora poſſim dicere, ſi exponerem quo modo ſentiebam, & excogitabam tunc temporis de diis? At oblivio ſit illarum tenebrarum. Hoc autem quod me cœleſte prorſus circumfulguravit lumen, excitavit quidem, & compulit ad ipſum conſpectum, & ejus intuitum. Ut autem Lunæ contrariam in Univerſum, ipſe, ab

me ipso motionem conspexi, in nullâ quidem re, quodam pacto alicui concurri horum, qui hæc hujusmodi philosophantur. Sed mihi sint hæc prædicta signa. Æmulor enim ego & sequor felicem prosperámque fortunam, vel si cui præbuit DEUS corpus ex sacro & Prophetico compactum semine, qui scientiæ thesauros aperire susceperit. Non autem parvipendi hanc hujusmodi, cujus ego parte dignus ab hoc deo fui in dominanti & regnanti in terrâ genere, ad mea usque ipsius tempora constitutus. Sed existimo non novum quidem esse, si oportet obsequi sapientibus, omnium hominum esse hunc communem parentem. Dicitur enim rectè: Homo hominem generat, & Sol. Animas verò non à seipso solùm, sed ab aliis quidem dijs seminat, mittítque in terram. In quam quidem rem ostendunt ipsæ in vitâ quos prælegerint. Pulcherrimum igitur est, si huic contigit ex multis progenitoribus & avis, & procreatoribus esse, deinceps DEO servire. Et reprehendēdum quidem nihil est, si aliquis cognoscens seipsum DEI famulum ab ipsâ naturâ solùm ex omnibus, aut cum paucis ipsum se tradit famulatui, & ministerio domini. Age igitur jam & utcumque potuerimus celebremus ipsum festum, quod Regina Urbs annuis sacrificijs ornat. Est igitur, ut benè novi, difficile vel intelligere aliquem de ipso solùm quantus est, ut apparet, ex eo quòd apparet ratiocinantem. Dici enim fortasse non potest, etsi minus quàm ejus dignitas est, & meritum dicere quis voluerit. Pervenire autem ad ejus usque

Arist. c. 2. lib. 2. de natura.

Calend. Ianuarij.

usque dignitatem, & amplitudinem benè scio neminem omnino sanè posse. Non aberrare autem ab mediocritate in rebus difficilibus caput est, & summa humanæ potentiæ, & facultatis, ubi potestas & facultas aliqua fandi est. Sed mihi ad hunc sese offert opitulatorem & eloquens Mercurius cum Musis, & Musarum Dux Apollo. Quoniam ad ipsum quidem eloquij pertinent rationes, & dabunt etiam quæ dicam quæcunque dijs grata, & amica sunt, ut & dicantur, & credantur de ipsis. Quis igitur erit modus laudum? An scilicet de substantiâ ipsius quidpiam, & unde progreditur, & potentias, & efficacias percurrentes, & commemorantes, quotquot manifestæ sunt, & quot occultæ, & de bonorum elargitione, quam in omnes impertitur mundos? Non omnino igitur absona huic Deo construamus encomia. Dicendum est ergo inde divinum hunc, & pulcherrimum mundum ab extremâ apside cœli usque ad postremam terram sub indissolubili comprehensum providentia ex æternitate fuisse sine generatione, & futurum in reliquum tempus; æternum, non ab alio quidem servatum, quàm continuò ab quintâ naturâ, cujus summa est radius Solis, & gradu autem quodam quasi secundum quid horum, quæ in mundo sunt. Antiquior enim causa est hîc omnium Rex, in quem omnia sunt. Sic igitur sive superiorem quandam mentem appellare ipsum fas est, sive ideam omnium, quæ sunt, quod quidem inquam omne quod intelligibile est, sive Unum, quoniam omnibus ipsum Unum

videtur esse antiquius. Sive quemadmodum Plato consuevit nominare, Bonum. Hæc igitur uniformis omnium causa est, omnibus quæ sūt, & pulchritudinis, & perfectionis præses, & unitatis, & potentiæ insuperabilis permanens juxta substantiam, quæ in ipsa primùm constituta fuit. Medium ex medijs intellectualibus, & artificialibus causis Solem DEUM maximum manifestavit ex ipso prorsus similem sibi ipsi, quemadmodum divinus existimat Plato. Hunc igitur ego censeo dicere nuncupatam illam Boni sobolem, quam Bonum generavit, analogam sibi ipsi, nimirum quidem seipsum in intelligibili loco ad mentem, & ad intelligibilia, hanc autem in visibili ad conspectum, & ad visibilia. Habet equidem lumen ipsius hanc, uti existimo, analogiam ad visibile, quam ad intelligibile, veritas. Ipsum enim Universum tanquam quædam à primo, & maximo quodam ideæ bono nata proles, subsistens ibi in permanentem quandam substantiam ex æternitate, ipsum in intelligibilibus dijs suscipit principatum. Quorum verò, Bonum, est intelligibilibus causa; hæc, ipse, intellectualibus distribuit. Est enim causa, uti existimo, Bonum, intelligibilibus pulchritudinis, substantiæ, perfectionis, unitatis. Comprehendit autem hæc, & illustrat beneficâ quâdam potentiâ. Hæc autem & intelligibilibus Sol dat, ut regnent, & imperent ipsis, sub ipso bono constitutus. Etsi autem processit cum ipso, & contigit, sicuti existimo, intellectualibus

dijs

dijs hęc benefica causa, tanquam Dux bonorum omnibus omnia secundùm mentem dirigit & ministrat. At cùm tertiò apparet hic Solaris orbis manifestè, causa est sensibilibus, salutis. Et quantum diximus intellectualibus dijs maximum esse Solem, tantus est & hic, qui apparet, ipsis visibilibus. Hujus enim conspicua, & manifesta est fides, illi, qui ex his, quæ apparent, invisibilia speculatur, & cõjicit. Age jam primùm ipsum lumen non species est incorporea, & divina, ejus, quod efficaciâ quâdam, & operatione perlucidum est. * ipsum enim, quoniam est ipsa perspicuitas, ipséque splendor omnibus, ut ita dicam, propositus, & subjacens elementis, quorum ipsum est continua species, nõ quidem corporea, neque permixta, non proprias corpori emittens qualitates, nec igitur peculiare, nisi ipsius calorem dices, neque oppositam ipsi frigiditatem. Non quidem asperitatem, non mollitiam explicabis, neque aliam quandam differentiam ex his, quæ sensu percipiuntur; non igitur neque gustum, neque odoratum, sed solùm incidit sub visum ad efficaciam, & actionem hæc hujusmodi natura adducta. Lumen autem species est quædam hujus quasi materiæ substractæ & productæ in corporibus. Ipsius igitur luminis, cùm incorporeum sit, extremitas quædam sanè erit, & veluti quidam flos radij flammiferi, ipsi. Igitur Phœnicum sapientum opinio, qui & divina quæque mirificè callent, impollutam esse hujus efficaciam puræ mentis, & ubicunque mittentis splendorem, dixit. Non

autē discrepat hic ipse sermo & ratio., siquidem ipsum lumen incorporeum est, & sic quoddam ipsius, neque fontem & originem susceperit corpus, mentis sed efficaciam impollutam, in propriam sedem illustratam, quæ totius cœli medium sortita est. Unde quidem insplendescens omni validâ intentione circulos adimplet cœlestes, & omnia equidem illustrat divino quodam & purissimo lumine. Opera autē Deorum, quę ab ipso mediocriter nobis parum quid emittunt, jam primùm à nobis exposita sunt, & paulò post exponentur. Quæcunque enim conspicimus ipso primùm aspectu, nomine solùm est opus honorificum, & celebratum quoddam nonnisi assumpserit ipsum luminis regium auxilium. Nam visibile quidem non omnino sanè esset aliquid, nisi lumine primum, quasi materia opifice productum, ut speciem, veluti existimo, aliquam susciperet. Etenim sic se habet ut aurum, non verò simulacrum, neque imago est, priusquā artifex ipsi apponat, & indat formam. Non igitur quæcunque natura ipsa nata sunt apta ut videantur, si non cum lumine, conspicientibus allata fuerint, eo privabuntur, quod efficiat, ut sint omnino conspicua & visibilia. Si igitur conspicientibus videndi facultatem præbet, his quæ videntur, hoc quod est posse vidêri, duę naturæ sub quadām efficaciā perficiunt & conspectum, & ut ita dicam, visibilitatem. Hæ autem perfectiones, species quædam sunt, & substantia. Sed hoc quidem fortasse subtiliùs, quod verò sequimur omnes, & imperiti & idiotæ, & philo-

philosophi & eloquentes, ipsam totius immensi solutionem habet sustinens, dum submersus & latens DEUS noctem, & diem operatur, & manifestè quidem dimovet & vertit omnia, & quidem cum hoc alijs astris quodam pacto imperat cœli. Et ex his verò jam etiam de divinioribus fidem habemus. Sic igitur ipsa invisibilia, & divina intellectualium Deorum genera, quæ super cœlos sunt, beneficâ ab ipso adimplentur potẽtiâ. Cui omnis quidem cedit chorus astrorum, & hunc sequitur etiam generatio ab hujus directa, & gubernata providentia. Etenim Planetes, quoniam ipsum, tanquam Regem celebrantes, dum in quibusdam præscriptis ab ipso intervallis aptissimè, & sub quadam concinnitate feruntur, & in circulum stabiles quosdam motus & antè, & retrò profectionem quandam peragunt (quemadmodum Sphæricæ speculationis periti nominant ea, quæ circum ipsos apparent) & quemadmodum Lunæ accrescit, & imminuitur lumen ab ipso Solis abscessu patiens, omnibus planè aliquo modo patet. Quomodo igitur nõ meritò ipsam antiquiorem corporibus in intellectualibus Dijs exornationem, & cultum suscipimus, cum hac hujusmodi constructione analogiam quandam habêre? Suscipiamus igitur ex omnibus ipsam quidem perfectionem ex Universo efficere ut visibilia videãtur. Perficit enim ipsa sub lumine, & opificium quidem, & ubertatem, ab mutatione, quæ in Universum est, & quod in uno omnium est comprehensum ab ipsâ symphoniâ & concinnitate,

quæ in motus ad unũ & ipsum peragitur. Quod autem, medium est ex seipso medio. Et illud etiam quod est ex intellectualibus ipsum constitui Regem ex medià illà constitutione, quæ in errantibus est. Si igitur hæc in aliquo aliorum manifestorum Deorum conspicimus, aut hujusmodi etiam alia, nequaquam huic ipsum principatum Deorum distribuamus. Si autem non sunt hæc communia cum alijs, ipsi, extra ipsam beneficentiam, quam & communicat omnibus, testamur in hoc, Cyprios Sacerdotes, qui communes aras Soli & Iovi constituunt. Et ante hos etiam Apollinem constituunt cum Deo, quem & vocant testem. Ait enim hic deus:

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀίδης, εἷς Ἥλιος, ἐστὶ Σάραπις.

Iuppiter est unus, Pluto, & Sol ipse Sarapis.

Communem igitur potissimum, unúmque Solis & Jovis in intellectualibus esse principatum suscipiamus. Unde mihi videtur Platonem prudentem, & consultum Deum Platonem esse existimare. Vocamus autem hunc ipsum & Sarapin, ipsum scilicet τὸν ἀιδῆ, invisibilem & intellectualem, ad quem, inquit suprà, proficisci animas horum qui optimè & justè vixerunt. Non enim aliquis suscipiat hunc, quem fabulæ persuadent horrescere, sed mansuetum & tranquillum, qui omnino generatione solvit animas, & nequaquam solutas ipsas corporibus alijs, quasi clavis affigit puniens, & supplicium in illas inducens, sed & proficiscens sursum, etiam attollit animas in mũdum intellectualem. Etenim non novam esse omnino hanc opinionem jam priùs

anti-

antiquissimi Poëtarum sic susceperunt Homerus & Hesiodus. Sive quidem intelligentes ita, sive divinâ quâdam cogitatione, quemadmodum Vates, ad ipsam veritatem afflati, inde illis id notum fuit. Hic autem genealogiam ipsius ab Hyperione, & Thiâ esse inquit, propemodum per hos innuens ipsum, legitimum filium fuisse ejus, qui supra omnia progreditur. Hic enim ὑπερὼν est, id est superior proficiscens usque adeò. Et Thia ipsa alio modo ita etiam est. Hic verò divinissimus omnium, quæ sunt, dicitur. Neque enim copulationem, neque nuptias suscipiamus, qui lusus sunt Poëticæ Musæ, & præter opinionem, & præter fidem. Parentem autem ipsius & genitorum existimemus divinissimum & supremum. Hujusmodi enim est, qui est supra omnes, & in quem omnia sunt, & cujus causâ sunt omnia. Homerus verò ipsum ab patre, Hyperiona appellat & ostendit ipsius liberam & summam potentiam, & omni quavis majorem. Etenim Iuppiter, uti ille inquit, omnium cum sit dominus, alios quidem cogit sub fabulâ hujus Dei, quæ inquit, propter impietatem Ulyssis sociorum se relicturum Olympum, nec inquit:

Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

Servarem in terrâ pariter pelagoq; per ipsum

Neque minatur quidem vincula, neque violentiam. Sed pœnam inquit imponere peccatoribus & sceleratis, & ipsum inter Deos ostendere dignum censet. Igitur an non per hæc sub ipsius liberâ potentiâ & facultate etiam perfectorem,

& puræ conditorem perfectionis inquit esse Solem? Ad quid enim ipso Dij indigent, nisi ipse ad substantiam illis, & ad essentiam, invisibiliter, & occultè illuminans, bonorum, quæ diximus, sit completivus? Illud enim:

Ἠέλιον τ᾽ ἀκάμαντα βοῶπις πότνια Ἥρη
Πέμψεν ἐπ᾽ Ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι.

Solem indefessum misit pulcherrima Iuno
Oceani ad fluctus, & summa fluenta coactum.

Ante tempus, inquit, delatam fuisse noctem sub difficili quadam, & densâ caligine. Hæc enim Dea est, de quâ quodam pacto jam alicubi Poësis ipsa inquit:

—Ἠέρα δ᾽ Ἥρη
Πότνια πρόσε βαθεῖαν.—

—Et Iuno tenebras
Divina in densas.—

Verumenimverò hæc Poëtarum figmenta valêre omnino sinamus. Habet enim quidpiam cum Deo, multum etiam & humanum. Quæ enim nos videtur ipse Deus docêre, & super seipsum & alia, ultrà jam percurrimus. Locus enim, qui in terrâ est, in generationibus essentiæ substantiam habet. Quis igitur est, qui æternitatem dedit ipsi? Numnon qui ævi, hæc, mensurâ quâdam præscribens continet? Immensam enim esse naturam corporis, nequaquam fieri potest, quoniam neque ingenita est, neque per se subsistens. Ex substantiâ enim si prorsus effecta fuit, & continuò quidem resoluta fuit in ipsam, nihil sanè reliquit horum, quæ affecta sunt ipsa substantia. Hanc enim hujusmodi naturam Deus,

qui & ſub menſurâ quâdam movetur, accedens quidem corrigit, & excitat: rurſus verò abſcedens imminuit & corrumpit. Præcipuè enim ipſe vivificat movens & influens ipſi vitam. Ipſa autem defectio & abſceſſio ipſius, & ipſa tranſpoſitio in alia, cauſa quidem eſt interitus, his, quæ corrumpuntur. Semper igitur bonorum elargitio ipſius æqualiter in terram deſcendit, aliter enim alia, hæc hujuſmodi loca ſuſcipit in hoc, quod eſt neque generationem dimittere, neque Deum nimis quam conſuetùm eſt, aut amplius hunc paſſibilem mundum beneficijs efficere. Ipſa enim, ut ita dicam, identitas veluti ſubſtantiæ, ita etiam & efficaciæ inter Deos, & ante alia apud Regem omnium Solem eſt, qui motum ſimpliciſſimum ſupra omnes agitat, qui cõtrariam Univerſo partem ferunt. Quod etiam ipſum inclytus ille Ariſtoteles, ſignum eſſe conſtituit eminentiæ, & ſublimitatis, quam in alios habet. Sed ab alijs quidem intellectualibus dijs non obſcuræ deſcendunt in hunc mundum potentiæ. Præterea quid hoc eſt? non enim exuimus alios, confitentes huic ipſum principatum tribuere. Multò autem ampliùs ex his, quæ apparent, in ea quæ non videntur, fidem liberare exiſtimamus. Nam quemadmodum potentias, quæ omnibus inde datæ ſunt, in terram hic oſtendit perficiens, & coaptans in ſeipſum, & in univerſum, ita quidem eſt exiſtimandum, & in inviſibilibus ipſorum congreſſus habêre in ſe mutuos, Ducémque enim eſſe illam, concordes verò in illam alias ſimul, quia etiam & medium

diximus in medijs constitui, & erigi Deum hunc intellectualibus Dijs. Qualis verò hæc medietas sit, & quomodo rursus oporteat medium ipsum suscipere & intelligere ipse Rex Sol dicendi facultatem dabit. Etenim medietatem quidē dicimus, non verò oppositis conspectam & constitutam, & æqualiter ab alijs discrepantem, quemadmodum in coloribus flavus est, aut fuscus, & in calidum & frigidum, quod tepidum est, & alia hujusmodi. Sed unitivam, & collectivam horum, quæ discrepantia sunt & dissita. Qualem vocat Empedocles ipsam harmoniam exterminans, & depellens ab ipsâ omnino * * *. Quæ igitur sunt quæ congregat, & juxta quæ est medius? Inquam igitur manifestorum, & mundanorum Deorum, & immaterialium & intelligibilium, qui in Bonū sunt, quasi intelligibilis, & divina substantia impassibiliter, & absque additamento aliquo multiplicetur. Est igitur quasi medietas non ab extremis constituta, perfecta verò, & immixta ab omnibus Dijs visibilibus & intelligibilibus & sensibilibus & intelligibilibus ipsa Regis Solis intellectualis, & formosissima substantia. Qualem igitur oporteat hanc medietatem esse existimare, dictum est. Sic autem decet singula percurrere, ut vel ipsius conspicias substantiæ medietatem, quò pacto se habet ad prima, & ad ultima, mente jam prospectemus, etsi non omnia percurrere, & pertractare facile sit. Sed illa igitur, quæ explicare poterimus, experiamur. Unum omnino, quod intelligibile est, semper præexistit; Hæc

quidem

quidē omnia simul comprehendit in uno. Quid igitur, non universus mundus unum est animal, totum verò tota anima est, & mente plenum, & perfectum ex partibus perfectis? Hujus igitur duplicis uniformis perfectionis, inquam ejus, quæ in intelligibili omnia in uno comprehendit & complectitur, & unitatis ejus, quæ in mūdum & in unam, & ipsam naturam perfectam collecta & conjuncta est, ipsa Regis Solis perfectio media uniformis est in intellectualibus constituta Dijs. Sed enim post hoc, continuatio quædam est in intelligibili Deorum mundo, omnia in unum conjungens & alligans. Quamobrem nequaquam in cœlum apparet in circulum proficiscens quintæ naturæ substantia, quæ omnes comprehendit partes, & astringit in ipsas conjungens quod natura apparatum & constructum est ipsorum, quodque ab invicem effluit, duas has substantias continuationis causas, hanc quidem in intellectualibus, & hanc in sensibilibus existentem Rex Sol in eadem conjungit. Et illius verò imitans comprehensivam potentiam in intellectualibus, veluti ex ipsâ proficiscens, & ab ultimâ incipit, quæ in manifestum conspicitur mundum. Non igitur quod primum per se subsistens in intellectualibus existit, & ultimum verò in his, quæ in cœlo apparent, mediam habet Regis Solis substantiam per se subsistētem, à quâ descendit substantiâ primùm effectâ in hunc manifestum mundum ipse splendor, qui omnia illustrat. Porrò verò juxta aliud quid speculans & intuens, unus quidem est omnium

opifex, multi autem, qui in cœlo circumversantur & circumeunt fabriles Dij. Mediam igitur horum ab Sole descendentem in mundum hujus opificis potentiam, & functionem licet constituere. Sed ubertas & fœcunditas quidem vitæ multa est, & superabundans in specie intelligibili. Apparet autem vitâ fœcundâ mundus plenus. Manifestum est ergo fœcunditatem Regis Solis vitæ medium esse utriusque, quoniam & hoc, ipsa, quæ apparent, testantur. Nam quasdam quidem species perficit, quasdam verò operatur, & quasdam exornat, & quasdam demum excitat & movet. Et nihil quidem est, quod sine Solis opifice potentiâ in lucem & generationem proficiscatur. Etiam ad hæc si puram & impollutam, & immaterialem substantiam in intelligibilibus cognoscimus; cùm nihil extra ipsam progrediatur, neque existat alienum, plenam quidẽ propriâ impollutâ puritate ipsam in mundo in circulum, & ambitum apparens corpus conjungẽtem ad omnia immixta elementa valdè discretam & puram naturam purissimi, & divini corporis inveniemus, & ipsam Regis Solis splendidam & incorruptam substantiam, utrisque mediam, nempe immaterialis puritatis in intelligibilibus & immixtis, & puræ in sensibilibus ad generationem & corruptionem. Et puræ quidem synceritatis maximum hoc indicium, quoniam neque lumen, quod potissimum inde in terram fertur, admiscetur cum aliquo, neque sordes, & coinquinamentum aliquod suscipit, sed manet omnino in omnibus, quæ sunt, purum &

rum &

rum & impollutum, & nullâ aliâ passione affectum. Etiam adhuc attentione quadam sunt animadvertendæ immateriales species & sensibiles, quæcunque in materiam sunt, aut in objectum aliquod. Apparebit rursus hîc medium intellectuale specierum, quæ in magnum Solem assurgunt, sub quibus species materiales juvantur, cùm neutiquam possint neque esse, neque servari, neque si ab illo in substantiam productæ sint. Quid enim, non hic est secretionis specierum, & concretionis materiæ causa? Et qui non solùm facultatem, ut ipsum intelligamus, præbet, verumetiam ut oculis videamus? Etenim distributio radiorum in omnem mundum, & ipsa luminis adunatio ipsam opificem effectionis manifestat secretionem. Cùm igitur bona plurima appareant in substantiam Dei, quæ quidem medium in intelligibilium & mundanorum Deorum cōstituunt, jam ultimam ipsius manifestam cessationem percurramus. Prima igitur est ipsius in supremum mundum, quæ Solarium nuntiorū veluti sub paradigmate, ideam & hypostasin habet. Post hanc verò sensibilium generativa est, cujus quod honorificentius est & præstantius, cœli, & astrorum habet causam. Quod autem inferius & abjectius est, invertit generationem, & ab æternitate comprehendit & accingit ipsius in seipso ingenitam substantiam. Omnia igitur, quæ ad hujus Dei substantiam pertinent, percurrere, neque si cui daret facultatem intelligendi hic ipse Deus possibile sanè esset, quoniam & omnia comprehendere, &

complecti mente mihi impossibile apparet. Et quia multa quidem percurrimus, imponere decet quasi sigillum, & terminum huic sermoni, nos, qui in alia ipsum sumus assumpturi, quæ minori quidem indigent speculatione. Est igitur hoc sigillum, & veluti sub quadam summâ omnia comprehendens, ipsa, de substantiâ Dei cognitio, quam ipse nobis injicit, qui breviter comprehendere volumus causam ipsam à quâ processit, & ipse quis sit, & quibus adimpleat manifestum mundum. Dicendum est igitur ex uno processisse Deo unum ab uno intelligibili per mundum Regem Solem intellectualium Deorum, ut medium in medijs constitutum, juxta universam quandam medietatem cócordem & amicam, & ea congregantem & conjungentem quæ discrepantia sunt, & in adunationem ultima cum primis inducentem, & perfectionis, & continuationis, & fœcundæ vitæ, & uniformis substantiæ media habentem: qui & huic sensibili mundo variorum Bonorum Dux, & author est. Et non solum ob splendorem, quo ipse mundum circumit, & illustrat, annuntiat & ostendit suas ipsius substantias, verumetiam ingenitam causam horum, quæ fiunt, comprehendit; etiam & ante hanc sempiternorum corporum nullo senio corruptibilem, & permanétem vitæ causam. Et hæc quidem dicere nostræ facultatis fuit, de hujus Dei substantiâ, etsi plurima relicta sint, tamé dicta sunt non pauca. Quoniam verò potentiarum ejus multitudo, & ejus operationum pulchritudo hujusmodi est, ut sit

excessus

excessus quidam, & hyperbole eorum, quæ in ejus substantiam conspiciuntur, & quia divinâ providentiâ in lucem nata sunt, ut per superstitem naturæ modum, & vitæ ubertatem accrescant & multiplicentur, observa quid faciamus, qui in immane pelagus accingimur, vix libenter à multo priori cessantes sermone. Audêre tamẽ oportet illum, qui Deo fretus est, & rursus sermonem aggredi tentare. Communiter autem quæ prius dicta sunt de ipsius substantiâ, ad potentias pertinêre suscipiendum est. Non enim aliud est substantia Dei, & potentia verò aliud, & mehercule tertium quid est præter hæc, efficacia & actio, omnia enim quæ vult hæc sunt, & potest & efficit. Neque quod non est, vult, neque quod vult, facere non potest, neque quod non potest, efficere vult. Hæc igitur in hominem nequaquam hoc modo habet. Duplex enim est pugnans natura in unum dependens ex animâ & corpore, illâ quidem divinâ, hoc autem obscuro & tenebroso. Videtur autem pugna esse quædam, & factio, quoniam & Aristoteles inquit: Propter hoc hujusmodi neque voluptates confiteri, neque tristitias in se mutuo in nobis esse. Harum enim altera, inquit, est nostræ naturæ, hæc autem ad illam opposita, dolor est. Etenim in Dijs nihil est hujusmodi; quoniã substantia in ipsis est Bonum, & continuò; non autem aliquando est, & aliquãdo non. Primùm igitur quæcunque diximus, substantiam ipsius constituere volentes, etiam hæc nos dixisse de potentijs & actionibus est existimandum. Quo-

Lib. 7. ad Nicom. cap. 14.

niam autem in his hujusmodi sermo videtur invertere quæcunque de potentijs ipsius, & actionibus sunt, deinceps speculentur hæc non opera solùm, sed & substantiam esse censeri. Sunt enim Dij affines Soli & congeniti, sub purâ substantiâ Dei sublevati & multiplicati. Quidam verò in mundo circum ipsum, quidam uniformiter existentes. Audite igitur primùm quęcunque, inquit, qui cœlum, non quemadmodum equi, & boves conspiciunt, aut aliquid aliud ex irrationalibus & imperitis animalibus, sed ex ipso quod apparet invisibilem naturam studioso animi speculãtes conatu. Etiam autem ad hæc, si tibi est gratum, de potentijs ipsius, & actionibus, quæ supra mundum sunt, & ex infinitâ hujus multitudine pauca cõspicies. Prima quidem potentiarum ipsius est, illa, sub quâ totâ, per totam intellectualem substantiam extremitates ipsius in unum, & idem colligens, se unam esse manifestat. Quemadmodum enim de sensibili mundo evidenter datur speculari, & cognoscenti perpendere studio, igne in terrâ convolvente aërem, & aquam in medio extremorum, horum vinculum nequaquam aliquem meritò in priorum corporum substantiam separatam, & in generationem habentem principium vel adhuc effici, vel constitui existimare. Ita ut in illis extremas causas separatas penitùs à corporibus, ab quorundam medietate, in hæc ab Rege Sole deductas, & collectas in ipsum intelligere & perpendere sit necesse. Concurrit enim cum ipso, ipsa Jovis opifex potentia, quam diximus

& pri-

& primùm constitui, & sacrari ipsis in Cypro, & manifestari communiter ejus delubra. Et Apollinem quidem ipsum attestamur sermone, qué videtur sanè supra suam ipsius naturam melius esse cognoscere. Inest enim Soli & hic, & communicat simplicitatem cogitationum, & permanentem substantiæ naturam, & ad hæc, sub hac existit efficaciâ & vi. Sed Bacchi peculiare opificiũ nullo modo separat hic Deus à Sole. Hunc enim substituens semper, & manifestans in eodem throno sedentem, nobis pulcherrimarum illarũ cogitationum, quæ à Deo sunt, dux est, & conciliator. In quantum autẽ in ipso cõprehendit Deus hic Sol principia pulcherrimæ intellectualis permixtionis, Apollo est Musarum Dux & Princeps. Et quia totam nobis bonæ constitutionis vitam adimplet, generat quidem in mundo ipsum Æsculapium, habétque autem ipsum etiam ante mundum apud semetipsum. Sed si plurimas etiam alias aliquis in hunc Deum specularetur potentias, nequaquam quidem omnes assequetur. Et sufficere quidem separatis & primis corporibus in ipsas existimo causas, quæ semotæ ab naturâ manifestâ, præbent opificij æqualem Soli & Jovi potentatum, & unum faciunt meditari, & conspicere, eos, qui simplicitatem verò cogitationum cum æterno, & in hoc constanti, simul cum Apolline speculantur, & separabilitatem quidem opificij cum Baccho, qui separabilem substantiam administrat, & tutatur; & eos etiam qui quod pulcherrimæ symmetriæ est, & intellectualis mixtionis in ipsam

Musarum Ducis potentiam contemplantur, & hoc quod est adimplêre bonam totius vitæ constitutionem cum Æsculapio, intelligunt. Hujusmodi autem sunt supra mundanas ipsius potentias. Opera verò ejusdem ordinis cum his, super manifestum mundum, ipsum est Bonorum complementum. Quoniam enim legitima est Boni proles, ab ipso perfectam Boni partem suscipiens, ipse omnibus intellectualibus distribuit Dijs beneficam, & perfectam ipsis tradens substantiam. Unum equidem est hoc. Secũdum verò opus est Dei ipsa intellectualis pulchritudinis, in intellectualibus, & incorporeis speciebus perfectissima distributio. Cùm enim in naturâ appareat substantia fœcunda, quæ generare exoptat in pulchritudine, & exponere fœtum, adhuc etiam necesse est, ut præcedat hæc quæ in intelligibili pulchritudine hocipsum æternè, & semper operatur. Sed non quæ nunc quidem est, & rursus verò non, & aliquando quidem generat, & porrò verò est sterilis: quæcunque enim hîc aliquando sunt bona, hæc in intelligibilibus existente causâ fœcundâ exponunt in intellectuali, & æternâ pulchritudine fœtum ingenitum, quem Deus hic vel in ipsum substituens, illi sanè perfectè mentem distribuit, quasi oculis per lumen conspectũ præbens. Ita etiam & in his sub intellectuali quodam paradigmate, quod protendit multò manifestius ipso ætherio splendore, omnibus, hoc, quod est intelligere, & intelligi præbet. Alia verò in has efficacia est admirabilis. Apparet igitur in Regem omnium

Solem ipsa melioris naturæ generatio, & concessa pars melior Angelis, Dæmonibus, Heroibus, & animabus separatis, quæcunque manent in exemplari, & sub quadam ideæ ratione, nequaquam seipsas corpori tradentes. Igitur mundanam substantiã Dei, potentias etiam ipsius & opera, Regémque omnium celebrantes Solem, in quantum nobis facultas fuit honestam in illum assequi celebrationem festinantes percurrimus. Et quoniam verò, ut dicunt, oculi auribus fideliores sunt, etiamsi ipsâ intellectione infideliores sint, & invalidiores, age jam de illius manifesto opificio, vel ab ipso assignantes quidpiam jam mediocriter loqui tẽtemus. Subijt autem ipsum hic visibilis mundus ex sæculo. Sedem enim habet hoc mundanum lumen ab ipso ævo, non autem nunc quidem, & tunc verò non, neque aliquando aliter, semper demum eodem modo. Sed si aliquis hanc æternam naturam vel usque ad cogitationem temporaliter voluerit perpendere & excogitare, & omnium quidem Regem Solem confertim splendẽtem, facilè autem cognoscet quot Bonorum, ab ipsâ æternitate sit causa mundo. Novi equidem & Platonem magnum illum, & post hunc virum tempore quidem, nõ autem naturâ inferiorem, Chalcidensem inquam Jamblichum, qui nos tum alia ad Philosophiam, tum & hæc eleganti quodam sermone docuit, usque ad hypothesim quandam ipsum fuisse generatum proferentes, & quasi tempoream quandam ejus compositionem supponentes, ut magnitudo operum ipsius

excogitaretur. Nisi quod mihi quidem illorum relinquenti omnino vires nullo modo est temerè periclitandum, siquidem periculo caret, neque hoc vel usque ad nudam hypothesim temporalem quandam de mundo supponere fabricationem, veluti inclytus Heros Jamblichus existimavit. Nisi quòd quia Deus ex æterna processit causâ, potissimum verò produxit omnia ab æterno, ab invisibilibus visibilia divinâ quadam voluntate & celeritate indefinitâ, & potentiâ quadam insuperabili omnia confertim in tempore, quod nunc est, generans, & sortitus est quidem tãquam nimium propriam sedem, mediũ cœli, ut undequaq; æqualia distribueret bona his Dijs, qui sub ipso sũt, & cũ ipso proficiscũtur. Administrat enim quæ ultra sunt, & octavã cœli cyclophoriã, & nonũ, ut existimo, opificiũ, quod in generatione & corruptione est, cõtinétque sempiternè revolutã in se generationẽ. Planetes verò, patet, circũ ipsum tripudiantes & versantes modum habere, & mensurã motus, etiam in Deum hunc, talémque in rerum formas symphoniam & concordiam. Etenim totum cœlum ipsum in omnes ipsius partes compactum, & cõcinnè constitutum Dijs est, ex Sole, plenum. Est enim hic Deus quinque circulorum in cœlo, & tres horum insequitur, in tribúsq; generat Charitas. Reliqui verò magnæ sunt necessitatis flagella. Fortasse quidem quidpiam stultum, & insipiens dico Græcis, quasi fas tantum sit, quæ consueta sunt, & nota dicere. Non equidem vel hoc est, ac si quis omnino susciperet esse peregrinum.

grinum. Sunt enim nobis quidam Dioſcuri, (ô ſapientiſſimi,& qui ſine exploratione,& examine plurima ſuſcipitis) non dicuntur verò alternis diebus durantes, quoniam non fas eſt nos ipſum diem conſpicere, ut auditis manifeſtum, nempe heri & hodie. Præterea quid vult hoc ab ipſis Dioſcuris? Aptemus hoc naturæ cuidam,& rei commune, ut nihil neque ſtultum dicamus. Sed neque ſi invenerimus id exactè perpendentes & examinantes. Non enim quemadmodum quidam Theologorum ſuſceperunt dicere circa hemiſphæria totius Univerſi, hæc duo ſecum rationem habent. Nam quo modo eſt alternanti die exiſtens horum unumquodque, nihil facile eſt cognoſcere, cùm dies juxta illuminationem ipſorum inſenſibili quodam augmẽto fiat: ſpeculemur igitur nunc ſuper ea, quæ ipſi moliri fortaſſe videmur inde. At ejuſdem diei illi participes rectè dicentur quibuſcunque æquale eſt tempus profectionis Solis ſuper terram in uno, & eodem menſe viſibili, quod nunc niſi alterno tempore durans circulis congruit tum alijs, tum & ut à tropicis ſuſcipitur non æquale eſt. Hi enim ſemper apparent ubique utriſque, qui oppóſitam habitant terram. Horum autem, qui aliud conſpiciunt, nullo modo conſpiciunt aliud. Sed ne plura de ipſis loquens abſumam, ipſas converſiones componẽs, quemadmodum ſcimus, pater temporum eſt, non relinquens vel ullo modo polos, Oceanus ſanè duplicis eſt Dux & principium ſubſtantiæ. An verò obſcurum & hoc,& incognitum dicimus? quoniam &

Iliad. 14. ante nos hoc Homerus dixit:

Ὠκεανοῦ ὥσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται
Θνητῶν τε θεῶν τε ———
Oceani ut cunctis generatio tota Deorum est,
Atque hominum. —

Ac si ipse diceret beatorum. Et revera: quoniam omnium nihil est, quod non Oceani sit substantiæ fœtus. Sed ad quid hoc ad plures vis ut tibi dicam. Equidem & tacere melius fuerit: nihilominus tamen dicetur. Inquam igitur, etsi non omnes paratè & promptè suscipient, Solis orbis in astris carentem plagam fertur, multum erranti cœlo sublimior. Et ita quidem errantium non habebit trium medium orbium juxta postremas & absolutas hypotheses, si decet hæc hujusmodi vocare hypotheses, sed non hęc quidem dogmata, quæ Sphæricorum orbium sunt hypotheses. Quidam enim Deorum, aut Dæmonum magnorum quidem quorundam percipientes esse dicunt. Quidam autem supponũt, quod probabile est ex symphoniâ & consensu, qui ad ea, quæ apparẽt, est, laudare verò dignum est hos quidem, credere autem illis ita melius esse videtur, quos & ego vel ludens, & seriò agens quidem veneror & admiror. Et hæc quidem hactenus dicunt. Multa enim, uti dixi, multitudo est cœlestium Deorum, quos cognoverunt, qui cœlum non obiter, neque quasi pecora conspiciunt. Tres enim quadrupliciter scindens in communicationem Zoophori circuli ad unumquemq; ipsorum, & hunc rursus Zoophorum in duodecim Deorum potentias dividit. At-

dit. Atque equidem horum unumquemque in tres, ita ut faciant sex in triginta, & inde, existimo, descendit ex cœlo ad nos, triplex Gratiarum donatio & elargitio, ex circulis, quos Deus, qui quadrupliciter scindens quadruplicem scindit temporum pulchritudinem. Hæ verò conversiones habent temporum & circuli. Et Gratiæ verò in terrâ per simulacra quasi in imitationem quandam exprimuntur. Est enim Bacchus χαριδότης, nempe lætitiæ dator, qui in unum, & idem dicitur cum Sole regnare. Ad quid igitur tibi ipsum Orum dicam, & alia etiam Deòrum nomina, quæ omnia Soli conveniunt? Cognoverunt enim homines Deum ex his, quæ Deus hic operatur, qui totum cœlum intellectualibus Bonis perficiens, etiam ipsi intelligibilem pulchritudinem impertitur. Inde quidem inchoant totum ipsum & partes, sub ipsâ bonorum plurimorum donatione. Omnem enim administrât motionem usque ad extremam mundi cessationem, & naturam & animam; & omne quidẽ est, quod omnia ubique perficit. Hunc verò hujusmodi exercitũ Deorum in unam imperatoriam adunationem & conjunctionem constituens, Minerva prudentiam præbuit. Quam fabula verò inquit ex Jovis capite esse genitam. Nos autem totam ex toto Rege Sole objici comprehensam in ipso dicimus. Et hãc à fabulâ quidem separantes, quoniam non ex extremâ parte totam ex toto, nam & in aliâ etiam nihil differre ab Sole Jovem existimantes, esse confitemur sub antiquâ quidem opinione & famâ. Et in

hoc quidem ipsum providentiam Minervam vocantes nihil innovamus, siquidem rectè audimus:

Ἵκετ' ἐπὶ χθόνα οὐρανόθεν γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Ex cœlo in terras venit Dea cæsia Pallas.

Ita igitur & antiquis apparuit Minerva providentia in eodem throno cum Apolline, qui nihil ab Sole differre existimatur. Non igitur & divino quodam fato hoc Homerus (fuit enim, sicuti videtur, divino afflatus numine) divinavit, in multis suæ Poëseos locis;

Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων.

Et colerer, colitur ceu Pallas, & altus Apollo.

Ab Jove quidem, quemadmodum est hic ipse Sol, veluti & Rex Apollo, communicat se cum Sole sub simplicitate quadam cogitationum, ita etiam & Minervam censendum est ab ipso susceptam, quæ substantia est ipsius, & perfecta cognitio, conjungere quidem ipsos in Deum Solem cum ipso Rege omnium Sole, absque confusione aliquâ in adunationem quandam, & ipsam puram, & impollutam vitam ab extremâ apside cœli per septem illos circulos usque ad Lunam plenam, & exuberantem influere, quam ipsa Dea, quòd circularium sit corporum extrema, adimplevit prudentiâ, à quâ Luna, quæ intelligibilia sunt super cœlum, speculatur, & videt, & ea, quæ sub ipsam sunt, varijs exornans materiam speciebus. Interficit etiam, & subvertit ferinam ipsius naturam, & tumultuantia & confusa jura. Hominibus autem bona distribuit Minerva, nempe sapientiam intelligere, &

opifices

opifices etiam artes. Habitat autem urbium Arces, ipsas quidem constituens, & politicam, per sapientiam communicationem. Parum autem & cum Venere hæc conjunguntur. Opificia autem quædam huic Deæ Phœnices Rhetores cõfitentur, & ego sanè credo. Est igitur hæc commixtio cœlestium Deorum, & harmoniæ ipsorum etiam amicitia & adunatio. Nam cùm prope Solem sit, & circum illum currat, illíque appropinquet, adimplet verò bono temperamento cœlum, & fertilitatem terræ impertitur, cùm primùm excussa ipsa fuerit, quàm perpetua generatio animalium, cujus Rex quidem Sol primam effectricem causam habet. Venus autem cum ipso simul causa est, quæ demulcet animas nostras sub communi quadam lætitiâ. Demittit quidem in terram ex æthere splendores quosdam jucundos, & immortales ipso auro illustriores. Etiam modestè me gerere volo in Phœnicum Theologiam, siquidem non frustrà hic sermo progrediens id ostendet. Qui Edessam quidem habitant, qui sacer ab æterno Solis lucus est, Monimon ipsi, & Azizon adjungunt & constituunt, quod innui, inquit Jamblichus, à quo & alia omnia ex pluribus pauca suscipimus, Monimon quidem esse Mercurium, & Azizon verò Martem Solis assessores & asseclas, multa, & bona in terram influere. Igitur opera, quæ in cœlum hic Deus exequitur, hujusmodi sunt, & quæ sub his perficiuntur, ut usque ad terræ perveniant terminos, quæcunque enim sub Lunam operatur, longum sanè erit omnia

enumerare, nisi quod sub quadam summâ, & capite hæc sunt dicēda. Novi igitur ego, & primùm memorasse, quando existimavi ex his quæ apparent, invisibilem hujus Dei speculari substantiam. Hic verò sermo postulat nunc sub quodam ordine, ut de ipsis ostendam & doceam, quemadmoddm enim in intellectualibus habêre dicimus principatum, Solem qui magnam in indivisam substantiam sui ipsius multitudinem uniformiter habet Deorum, siquidem in sensibilibus, quæ æternam in circulum, & nimium fœlicem peragunt perfectionem, ostendimus ipsum Principem, & Dominum elargientem quidem, & adimplentem totum cœlum, veluti apparente quodam splendore, ita etiam infinitis bonis alijs invisibilibus. Perficiuntur autem ab ipso bona, quæ ab alijs visibilibus suppeditantur, & ab his ipsa illa sub ineffabili, & divinâ quadam perfecta efficaciâ. Ita etiam in locum sapientiæ constitutum, Deos quosdam incidere est existimandum ab ipso Rege comprehensos. Qui quadruplicem elementorum gubernantes naturam, in quæ stabiliuntur & firmantur, has animas cum tribus melioribus habitant generibus. Et ipsis quidem separabilibus animabus quorumcunque bonorum est causa, mixtionem quandam impertitur, & supplicium objicit, illásque splendore quodam illustrat, purásque reddit. Et aliam quidem non ita tribuens naturam è sursum ipsi fertilitatem movet & excitat. Verumetiam divisibilibus, & separabilibus naturis hic profectionis usque in finem est revera causa.

causa. Hominem enim ab homine generari inquit Aristoteles & ab Sole. Et idem etiam in alia omnia quæcunque separabilium naturarū sunt opera ab Rege Sole convenit excogitari. Quid enim nobis imbres & ventos, & quæ in sublimibus locis generātur, duplici evaporationis quasi materiâ utens Deus iste non operatur & efficit? Nam calefaciens terram vaporem, & fumum extrahit. Ex hujusmodi enim fiunt non solum sublimes, & ætheriæ passiones, sed quæ sub terram aut parvæ, aut magnæ commoventur. Quid igitur in hæc percurram longius, cùm jam lateat finem huic operi prorsus imponere, mihi præcipuè primùm quæcunque hominibus Sol Bona dederit celebranti? Ab illo enim geniti sumus, ab ipso quidem nutrimur. Quæ enim diviniora sunt, & quæcunque animabus donat, illas corporibus solvens, deinde deducit in affines Dei substantias, & tenuissimum, & intensissimum divini splendoris quasi vehiculum, ipsúmque in generationem securè, & tutò datum descensum animabus, celebrent alij dignè, & à nobis credantur, potius quàm ostendantur; quæ enim nota sunt omnibus, non est erubescendum percurrere. Cœlum verò, inquit Plato, nobis esse sapientiæ magistrum. Nam inde numeri excogitamus, & intelligimus naturam, cujus differentiam & præstantiam non aliter quàm ab Solis periodo, & rotatione excogitamus, inquit ipse Plato, & diem & noctem primùm, præthereà ex lumine Lunæ, quod datum est ipsi divinissimæ ab Sole. Deinde progredimur in ampliorem hu-

jus sapientiæ cognitionem undequaque symphoniam & concentum, qui in hunc Deum est conjicientes, quod & ipse alicubi testatur. Scilicet quia nostrum genus laboriosum, & miserum ab ipsâ naturâ est, Deos illud miserantes dedisse nobis & Bacchum, & Musas nobiscum simul tripudiantes & concurrentes. Apparuit autem nobis Sol horum communis Dux & Princeps, Bacchi verò pater celebratus, Musarum verò Præfectus. At Apollo, qui cum ipso regnat, non ubique remisit terræ commoda. Sed sapientiam dedit hominibus divinam. Ornavit autem sacris, & politicis Urbes legibus. Hic autem plurimas terræ habitabilis partes Græcorum colonijs mãsuefecit. Effecit verò ut facilè obsequerentur Romanis, qui ipsi habent nõ genus solùm Græcum, verumetiam leges sacras, & veram in Deos fidem ex principio in finem Græcanicam constituentes & custodientes. Ad hæc autem & Urbem, nulla quidem harum urbium, quæ optimè in mundo administrantur, inferiorem constituunt Græcanicam & genus, & Reipublicæ administrationem & statum. Ad quid etiam tibi dicam, quomodo salutem, & incolumitatem omnium præmeditatus fuerit, & excogitaverit, servatorem omnium generans Æsculapium, & quomodo etiam dederit Venerem simul Minervam emittens ad nos propemodum illam substituens curatricem legis, ut ad nihil aliud uteretur mixtione quàm ad generationem similis. Et propter hoc, & propter ipsius circumvolutiones, & periodos ad omnia, quæ generantur,

& uni-

& universorum animalium custodiam constituit ad ipsam similis generationem: quid autem oportet ipsius radios, & lumen gravi quodam laudum sonitu extollere. Nos igitur illunis, & nullis pervia astris quomodo est formidabilis, & horrida tandem excogitet aliquis, ut inde quantum habemus Bonum ex Sole lumen assignetur. Hoc verò ipsum continuum præbens, & non interceptum nocte in locis, in quibus oportet ab Lunâ superiori nullam cessationem nobis laborum sub ipsâ nocte concedit. Nullus igitur fieret sermonis finis, si omnia aliquis hæc hujusmodi voluerit percurrere. Etenim nullum est Bonum in vitâ quod non ab hoc Deo suscipere possimus, aut ab ipso solo perfectum, aut alijs Dijs, ab ipsa tamē sub perfectione quadam constitutum & absolutum. Nobis autem Dux est Urbis. Habet enim ipsius non Acropolin solùm cum Minervâ & Venere Juppiter, qui ut omniū pater est laudatus, verumetiā & Apollo in Pallantio vertice, & Sol etiam ipse hoc commune nomen omnibus & celebre: quomodo autem ad ipsum omnino & omnia conveniant, & Romulidæ quidem, & Æneadæ, cùm multa possim dicere, dicam tamen pauca quædam ejus ornamenta. Natus fuit, ut dicunt, ex Venere Æneas, quæ quidem est ministra quædam Solis & affinis, & ipsum conditorem nostræ Urbis, Martis fama tradidit esse filium inopinatam sermonum fidem liberans per ea signa, quæ postremò contigerunt. Præbuit enim ipsi, inquit, mammam Lupa. Ego enim Martem Azizon dictum ab his,

qui Edessam Syrorum habitant, ante Solem proficisci cùm jam prædixerim, & perspexerim, dimittere existimo. Cujus rei causa Lupus Marti potissimum, nō autem Soli congruit? Etenim λυκάβαντα vocant ab hoc Deo totum anni tēpus. Nominat autem ipsum non Homerus solum, neque celebres Græcorum hoc nomen, quod & ipse Deus perficit. Inquit enim:

Ὀρχηθμοῖς λυκάβαντα δυωδεκάμηνα τελεῖ θα.

Atque implet totum sub bis sex mensibus annum.

Vis igitur adhuc ut tibi majus quoddam signum exponam? nempe nostræ Urbis conditorem non à Marte solùm fuisse demissum, sed fortasse ipsi, corporis quidem constitutionis effectum fuisse quendam Deum Martium, & generosum qui dicitur accessisse ad Sylviam huic Deæ lavacra ferentem. Omnino autem à Sole descendit anima Dei Cyrini. Danda igitur est fides, ut existimo, famæ, congressum nempe exactum esse horum, qui manifestum Solis & Lunæ regnum distribuunt. Nam quemadmodum in terram descendit, ita etiam & extulit quem à terrâ suscepit, mortale delens igne fulmineo corpus. Ita quidem manifestè ipsa terrestrium opifex in ipsum extremè sublata Solem suscepit in terram emittens per Minervam providentiā Cyrinum. Et ascendentem rursus à terrâ Regem nimium extulit statim Solem. Et quia tu quidem vis, de ipsis, judicium quoddam enarrabo. Numæ autem Regis opus est, ut inextinguibilem ex Sole servent flammam Virgines apud nos sacræ per diversa quædam tempora, quæ enatum sub Lu-

nâ in

nâ in terrâ ab Deo ignem ſervant. Etiam quodpiam majus his poſſum hujus Dei ſignum exponere, quod ipſius diviniſſimum Regis opus eſt. Menſes quidem ab omnibus alijs, ita ut dicam, ab Lunâ numerantur. Nos autem ſoli Ægyptij ad Solis motus uniuſcujuſque metimur anni dies. Si verò poſteà diceret aliquis nos Mithram honorare, & peragere Soli ſub quatuor annorum ſpatio, certamina, dicet quid recētius, ſed melius quidem fortaſſe unum quid antiquorum dicet proponere. Nam anniverſarij circuli principium alius aliunde cōſtituit, quidam vernale æquinoctium, quidam ipſum æſtatis vigorem, & plurimi verò jam ſeneſcentem Autumnum, ut Solis manifeſtiſſima celebrant dona, qui operationem quidem, & efficaciam impendit, quando terra vireſcit, & exultat enatis jam fructibus omnibus, tunc verò fiunt apta ad navigandum maria, & hyemis injucundus horror, & hilariorem temperiem mutatur, quidam verò ipſum æſtatis coluerunt, & honorarunt tempus, ut qui tunc temporis tutò in fructuum generationem poſſunt confidentes audêre, cùm jam ſemina collecta ſint, & jam penè maturus vigeat Autumnus, & cocti, & matureſcentes in arboribus fructus exiſtant. Et alij quidem his elegantiores finem anni ſuſceperunt eſſe ipſam fructuum omnium perfectionem, vigorem & corruptionem. Hæc equidem & abſoluto jam Autumno agunt, & ipſa in annum novilunia. Etenim noſtri primogenitores ab ipſo diviniſſimo Rege Numâ magis etiam adhuc hunc Deum

venerantes, quæ ad ipſam utilitatem pertinebāt reliquerunt, tanquam qui, uti exiſtimo, ipsâ naturâ divini, & egregij cogitatione, & mēte ipſum quidem cognoſcentes horum cauſam celebrare conſtituerunt concorditer ſub præſenti temporum novilunio, quando Rex Sol iterum in nos ſe extollit ipſa meridionalia extrema dimittens, & tanquam metam Capricornum deflectentes ab Noto in Boream proficiſcitur nobis anniverſaria bona impertiens. Etenim hoc exactè illos excogitantes ita conſtituiſſe anniverſarium novilunium inde ſanè quidam excogitavit. Non enim, ut exiſtimo, juxta diem, quo hic Deus vertitur, ſed juxta illum, in quo omnibus manifeſtus apparet, recedens ab Meridie in Arctos, cōſtituerunt ita quidem feſtum (ita enim fuit ipſis canonum, & regularum ſubtilitas celebris & nota, quas invenerunt quidem Chaldæi & Ægyptij, & Hipparchus & Ptolemæus perfecerūt, & ſenſu quidem indicantes, ea, quæ apparent ſequebantur. Ita verò hæc ab poſterioribus, ſicuti dixi, ſe habentia, excogitata fuerunt, & ad novilunium ſtatim poſt ultimum Saturni menſem peragimus, & celebramus in Solis honorē illuſtriſſimum, & præclarum certamē invictúmque, & conſtantem Solis celebrantes & extollentes viàm. Neque fas quidem eſt, quæ ultimus menſis habet triſtia quidem, neceſſaria verò tamen perfici ſpectacula. Sed Saturnalibus quidem ſtatim admovet, & adjungit in circulum ipſa Helia, quæ quidem ſæpiſſimè celebrare & perficere mihi Dij conceſſerunt, & ante alios

quidem

quidem ipse Rex omnium Sol, qui in fœcũdam Boni substantiam ex æternitate progrediẽs medius in medijs intellectualibus Dijs, & continuus ipsos adimplens tum infinitâ pulchritudine, tum fertili quadam facultate, & perfectâ mẽte, & omnibus confertim Bonis sine tempore. Et in præsenti verò tẽpore splẽdescens in manifestã mediã totius cœli circumvolutã sedem propriã ex æternitate, etiam impertitur Universo ipsius pulchritudinẽ, omne cœlum his hujusmodi Dijs adimplẽs, quoscunq; ipse in seipso intellectualiter habet circũipsum inseparabiliter adimpletis & cõfertis, & uniformiter cum ipso cõjunctis & unitis. Verumetiã & ipsum sub Lunâ locum propter perpetuam rerum generationem cõprehendens & bona illa curat & impẽdit, quę ex circulari corpore eduntur, & effluunt, communique ex hominum genere, & privatim quidem ex nostrâ Urbe. Sic igitur nostram ex æternitate animam substituit comitem manifestans ipsius. Hæc igitur quæcunque fermè prius optaveram, dabit & communi quidem Urbi consentaneam sibi, & admissam æternitatem, & cum benevolentiâ suppeditans servabit. Nobis autem in tantum benè exequi, & operari humana & divina daret, in quantum vivere concederet. Et vivere quidem & administrari vita dabit, in quantum ipsi & illi gratum fuerit, nobis autem melius, & communibus conducibile Romanorum operibus. Hæc equidem tibi, ô chare Salusti, juxta triplex Dei opificium in tribus potissimum noctibus, ut facile mihi fuit memoriâ per-

currenti, & ſcribere ad te auſus fui. Quoniam quidem tibi, quod primùm in Saturnalia à nobis ſcriptum fuit, non omnino abjiciendum apparuit. Perfectius quidem ſi vis de his ijſdem quidpiam cognoſcere & arcanis, & myſticis ſermonibus, ſi occurreris his, quæ ab divino Jamblicho ſunt conſcripta de his ijſdem volumina, ipſum robur inde humanæ ſapientiæ invenies. Dabit enim magnus Sol nihil inferius, & abjectum de ipſo cognoſcere, & docêre communiter etiam omnes, privatim verò eos, qui ediſcere digni fuerint. Donec autẽ mihi hoc dederit Deus, communiter ſanè colemus Deo amicum Jamblichum. Unde & nunc pauca ex multis, quæ in mentem venerunt, decerpſimus & percurrimus. Bene enim novi neminem illo perfectius loquuturum, neque ſi multa prorſus vel patiens demolitus & conatus fuerit. Egredietur enim, ſicuti fas eſt, ex veriſſimâ Dei cogitatione. Eſſet equidem fortaſſe prorſus irritum, ſi doctrinæ gratiâ ſermones ipſius poſt illum conſcribere exoptamus, quoniam autem cùm vellem hymnum percurrere Deo gratificum & placitum, in hoc omnino ſuſcepi quod ad ipſius ſubſtantiam pertinet exponere, quemadmodum meæ vires poſtulabant, non fruſtrà quidem exiſtimo hos jam abſolviſſe ſermones. Et illud:

Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Vt potui ſacra Dijs feci immortalibus ipſis.

Non ſolùm in ſacrificia, ſed in celebritates & laudes, quæ in Deos ſunt, hæc facilè ſuſcepi. Cupio igitur pro alacritate & promptitudine mihi

has

hac benevolum fieri Regem omnium Solem, & bonam mihi concedere vitam, & perfectiorem prudentiam, & divinam mentem, & mutationem & exitum, secundum fatum ex hac vitâ: mitissimum, cùm tempus opportunum, & tempestivum fuerit, & ascensum in ipsum posteà, & mansionem apud ipsum similiter, præcipuè quidem æternam. Si verò hoc majus fuerit horum, quæ à me in vitâ effecta sunt, multa prorsus, & multorum annorum curricula & sæcula.

IN IVLIANI CÆSARIS PANEGYRICVM IN LAUDEM SOLIS,

Vincentij Marinerij Valentini Adnotationes.

STUDIO quidem nõ vulgari doctissimus Theodorus Marcilius hunc Panegyricum Juliani Cæsaris in pristinam restituit integritatem, loca mutila expleverat, typorum errata emendaverat, sensuum perturbatam seriem correxerat, & denique quidquid habet lucis illi ex suâ fulgentissimâ lampade distribuerat. Verumenimvero, ut hoc opusculum accu-

ratâ quadam animi recensui attentione, nónnulla animadverti quæ in meliorem sensum reddi poterant, & quæ veriorẽ expectabãt censuram, & conjecturam postulabant certiorem. Vetustas enim sub ipsâ librariorum inscitiâ pervoluta, multa corrumpere assuevit, vastavit & pessimo fœdavit vulnere doctissimorum virorum elucubrationes, nósque eo affecit onere, ut quàm pauci sint, qui æquis & paribus humeris tantam possint ducere sarcinam, quin labantur, quin & quasi quibusdam retibus illaqueati capiantur, & quàm maximopere cæcutiant. In quâ temporum injuriâ, & pernicie non solum Latinorum opera, verumetiam, quod difficilius est, Græcorum egregiæ quædam vigiliæ nimium squalorem contraxerunt. Hoc facilè quidem perspiciet, qui varia Græcorum volumina evolverit, si veram Græcæ linguæ callueris peritiam. Unde non parum mereri laudis illum existimo, qui injectâ face omnes depulerit prorsus tenebras, verúmque immiserit sensum, & genuinum authoris insperserit intellectum. Ausus etenim ego fui post tantum virum relictas indagare, in tam fertilis agri planicie, gravidas spicas, & illas in meam aream deducere, & proprio meo ventis objectas Musarum, purgare flabello. Nec verò aliquibus petulans ero, & improbus, qui vel mediocriter ipsam candidam amant veritatem, & veros cognoscunt Græcæ linguæ anfractus, & hominum facilè non ignorant lapsus. Hujus enim Principis elegantia in hoc me compulit studium; mihi hunc conatum sum exequutus, &

meo

meo hunc laborem ſacro Apollini. Paginas autem & lineas quas réfero, editionis ſunt Pariſiẽſis anni 1583. quam Petrus Martinius vulgavit. Pagina 3. linea 4. ἀλλ᾽ ἡγοῦμαι καινότερον, dicẽdum eſſe exiſtimo, ἀλλ᾽ ἡγοῦμαι οὐ καινότερον.

Pagina 5. linea 1. δ᾽ ἅτερον, lege δ᾽ ἅτερος.

Linea 4. οὗτος, lege οὕτως.

Linea 11. προτουργὸς, lege πρωτουργὸς.

Linea 15. τοῦτον τοίνυν λέγων ἦν δ᾽ ἐγὼ φαίνομαι λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, lege, τοῦτον τοίνυν λεγόμενον ἐγὼ φαίνομαι λέγει, τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον. Macrobius lib. 1 in Som. Scipi. teſtatur Philoſophos Græcos ſummum, & principem omnium Deum τἀγαθὸν appellaſſe, qui & πρῶτον αἴτιον nuncupatur. De quo planè nihil vel aſſignare conãtur, cùm non ſermonem tantummodo, ſed cogitationem humanam ſuperet, ſed ad ejus ſimilitudinem & exempla confingunt. Sic etiam Plato cum περὶ τἀγαθοῦ loqui eſſet animatus, dicere quid ſit non eſt auſus, hoc ſolùm de eo ſciens, quod ſciri quale ſit ab homine non poſſit. Solùm verò ei ſimillimum de viſibilibus Solem reperit, & per ejus ſimilitudinem viam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non comprehenſibilia patefecit.

Pagina 6. linea 12. τῶν ἀγαθῶν, lege τῶν ἀγαθῶν.

Linea 15. καὶ νοῦν ἀθυμὸν, lege καὶ νοῦν ἐθυμώδει, quidam Philoſophi ſummum Deum Νοῦν, proprio nomine appellabant, exiſtimantes nullâ aliâ cõpellatione poſſe illum inſignire, quâ plenius totum Deum exprimerent, ſic teſtatur Plutarchus, Macrobius, Ariſtoteles, & ipſe Julianus in hoc Panegytico. De Dijs autem Protagoras nihil ſe

posse percipere, neque intelligere fatebatur, quemadmodum Sextus Empiricus, & Diogenes Laërtius referunt. Dicebat enim, Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσὶν, πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥτε ἀδηλότης, βραχὺς ὢν βίος τοῦ ἀνδρός. Quam historiam scribit item Timon Phliasius in secundo libro Sillorum, uti ipse etiam Sextus recenset.

Linea 11. συνεπέστησαν, lege συνεπέστη.

Linea 17. εἴ τις αὐτοῦ, lege εἴ τι αὐτοῦ.

Linea 22. ὑπάρχων, lege ὑπάρχον.

Pagina 10. linea 11. Απόλλωνα συνιδρῦόνται, lege Απόλλωνα συνιδρύουσι. Ita etiam utitur hoc verbo in simili fermè contextu, pag. 16. linea 6. & in alijs etiam locis. Hujus Dei varia cognomina apud antiquos percurrit Macrobius lib. 1. Sat. Etenim Cicero 3. lib. de Naturâ Deorum quatuor Apollines ponit, & Dianas tres.

Linea 14. Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος ἐστὶ Σάραπις. In hunc locum mirificam expositionem habet Macrobius lib. 1. Sat. ubi non Sarapin, quemadmodum Julianus, sed Serapin habet, quapropter planè existimo mendosam esse scripturam, utpote quæ ita affatim varijs scatet erroribus. Præterea illud carmen in hunc modum refert Macrobius:

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἅδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος.

Quod Angelus Caninius Orphei esse testatur (quem discipulum Mosis facit Aug. Eugubinus, lib. 5. de perenni Philosophiâ) & ita illum Latinum fecit,

Bacchus, Sol, Orcus, & Iuppiter unus, & idem.

Ego autem ne vel una claudicet syllaba, his pedibus illud necto,

Sunt unus Pluto, Bacchus, Sol, Iuppiter ingens.

Cujus versus authoritas ex Apollinis Clarij oraculo stabilitur, in quo aliud quoque nomen Soli adjicitur, qui in eisdem sacris versibus inter cætera vocatur *ἰάω*. Ex quo ipse Caninius tanquam ex tetragrammato Jehovah, Jovem fuisse dictum existimat. Demum locus Macrobij ita se habet: Accipe nunc, inquit, quod de Sole, vel Serapi pronuntietur oraculo. Nam Serapis, quem Ægyptij Deum maximum prodiderunt, oratus â Nicocreonte Cypriorum Rege, quis Deorum haberetur, his versibus solicitam religionem Regis instruxit:

Εἰμὶ θεὸς, τοιὸς δὲ μαθεῖν, οἷον κἀγὼ εἴπω,
Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα.
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
Ὄμματε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Quos ita quidem Latinitate donavi:

Sum talis Deus, ipse tamen velut explico, disce,
Cœlestis mundus caput est, mare denique venter.
Sunt mihi terra pedes, auréśque per æthera substant,
Sunt oculi nitidi, nitidissima lumina Solis.

Ex his apparet equidem Serapidis & Solis unam esse, & individuam naturam. Ejus templum in Canopo est, teste Strabone, lib. 17. Hic post mortem Osiris est appellatus, Plutarch. in Iside & Osiride, Epiphan. in Anchorato, Lactant. lib. 1. c. 21. Sarapis enim sive Sarapta urbs est Phœniciæ, ex quâ Cretenses Europam pro Jove rapue-

sunt, ut author est Scholiastes Lycophronis.

Pagina 13. linea 20. φαινόμθμον σῶμα, lege φαινόμενον σῶμα συνάπτουσαν, aut aliud simile verbum adjunge.

Linea 21. ἀμιγῆ lege ἀμιγῆ. Philosophi antiqui in illo primo, & rudi Chao omnia mixtim secum confluere sentiebant, vt Hesiodus, Ovidius, Empedocles. Sed posteà divinis & immensis Dei viribus, summáque virtute unamquamque rerum naturam potenter fuisse separatam, ita ut natura, & essentia unius alteri sese admiscère, & adjungere nequaquam possit.

Pagina 15. linea 1. ἀλλὰ τὴν ἑνωτικὴν; adeò diversam vim Solis depingit Petronius in illo aureo carmine, cùm inquit:

Est locus Herculeis aris sacer, hunc nive durâ
Claudit hyems, canóque ad sydera vertice tollit,
Cœlum illinc cecidisse putes, non Solis adulsi
Mansuescit radijs, non verni temporis aurâ,
Sed glacie concreta rigens, hyemísque pruinis,
Totum ferre potest humeris minitantibus orbem.

Pagina 18. linea 6. εἰλικρινίας, lege εἰλικρινείας. De hac luminis Solis synceritate, & puritate lege veterum sententias Philosophorum, quas coacervavit Stobæus lib. 1. Eclog. Phys. cap. 24. & de Lunâ cap. 25. & de reliquis astris, c. 26.

Pagina 19. linea 6. αὐτοῦ τῆς περὶ, lege αὐτοῦ περὶ, & illud τῆς delendum est. De rerum Ideis, quas Iulianus in hoc loco innuit, lege Diogenem Laërtium in vitâ Plat. lib. 3.

Pagina 20. linea 13. ἑαυτῷ συναποστήσας, lege ἑαυτοῦ συναποστάσεις. Hæc omnia latè percurrit Diogenes

genes Laërtius lib.7. ex sententiâ Possidonij, Chrysippi, Zenonis, Antipatris, & Boëthi.

Pagina 21. linea 3. μόγις ἐ ἀγαπητῶς, lege μόγις ἀγαπητῶς. Hîc audentiùs sese accingit Julianus, ut varias in Solem laudes decantet, & ut varias de Deo sententias proferat quas philosophico quidem spiritu, & multo ingenij acumine recẽset, quemadmodum Pythagoras atque Empedocles, & Parmenides, & Heraclitus de Dijs multa fabulati sunt, nec secùs etiam Timæus, qui ea, quæ tradita de Deo ab majoribus fuerãt, multo exequitur sermonis velamine. Etenim solem θοραῖον Lycophron appellat in Alexandrâ, quod interpretatur ejus Scholiastes genitalem, vel generativum. Nam Sol omnia quidem generat & nutrit, & auget, veluti & Sophocles inquit:

Τὴν πάντα γῆν βόσκουσαν ἡλίου φλόγα.

Solis nutricem splendidi flammam omnium.

De hoc Arist. agit in lib. de cœlo.

Lin. 20. τὸ γὰρ θάτερον, lege τὴν γὰρ θατέρα.

Lin. 20. φησὶν τὴν ἐν ἡμῖν φύσεων, lege φησὶν τῆς ἐν ἡμῖν φύσεως. De Naturâ sic inquit Seneca: Quid enim aliud est Natura quàm Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus ejus inserta? Quoties voles tibi licet aliter hunc authorem rerum appellare nostrarum, & Jovem illum Opt. Max. ritè dices, & Tonantem & Statorem, qui non ut Historici tradiderunt ex eo quòd post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quòd stant beneficio ejus omnia, Stator Stabilitórque est. Hunc eundem & Fatum si

dixeris non mentieris.

Lin.21. αὕτη πρὸς ταύτην ἀντικειμένην, lege αὕτη πρὸς ταύτην ἀντικειμένη: Panætius voluptatem in doloris privatione consistere ait, & rursus dolorem in omni voluptatis amotione, quam tuetur sententiam Epicurus. Julianus autem hîc quadam naturæ oppositione, & contrarietate dolorem horrescere, & effluere arbitratur.

Pag.22. lin.12. ἀκούειν, lege ἀκούει.

Linea 18. καὶ ἐκ μυρίων τὸ πλῆθος, corrige τὸ ἐκ μυρίων τοῦ τε πληθῶν. Homerus quidem dixit Solem cuncta vidêre & cuncta audire. Et Virgil. 4. Æneidos:

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Hesiodus, Jovis oculum illum vocat, & Pisidas Philosophus, τὸ κοινὸν ὄμμα, & τὴν πανοπτείαν κόρην, nempe commune lumen, & pervidentem omnium pupillam: Philostratus verò refert Gymnosophistas Solem pro summo Deo coluisse. Et Mercurius Trismegistus Pimandri cap. 5. Cicero in somnio Scipionis, & Plinius lib. 2. natur. Historiæ, cap. 6 magnifica Solis encomia proferunt.

Linea 19. δι' ἧς ὅλην δι' ὅλης, lege δι' ἧς ὅλης δι' ὅλην.

Pagina 23. linea 4. ἢ τῆς γενήσεως, ἔχουσα τὴν ἀρχήν, lege ἢ τῆς γενέσεως ἐχούσης τὴν ἀρχήν. Ferè in omnibus hujus operis locis quoties Solem nominat Julianus, Regem illum appellat, & aliquando Deum, quasi illi, uti existimo, principatum attribuens, principiúmque & efficaciam omnium rerum, veluti & ipse non uno in loco testatur.

Vide

Vide Maximi Tyrij dissertationem primam, Lactantij lib. de irâ Dei, Minutij Felicis Octavium Apulei Apolog. 1.

Lin. 5. ȣ̓κ ἔςι φθίσεις, corrige ȣ̓κ ἔτι φθιέσθαι.

Pagina 24. linea 8. ὁ μὲν χωριςῆς, lege τῶν μὲν χωριςῶν. Causas omnium corporum, quæ generantur æqualiter Jovi, ac Soli attribuit, quasi in hoc nihil differat Sol à Deo: quam sententiam etiam multi Philosophi sunt sequuti. Sed Zeno Eleates naturam omnium rerum, quæ producuntur tanquam ex primis & legitimis causis ex calido & frigido, ex arido & humido fuisse profectam arbitratur, quæ omnia inter se ad invicem commutentur.

Lin. 10. πρȣπάρχȣσι δημιȣργίας, lege παρέχȣσι δημιȣργίας. Quemadmodum pag. 25. lin. ultima loquitur.

Linea 11. ὑπάχȣσα, lege παρέχȣσα.

Linea 15. τȣπὶ, corrige τȣ̃το.

Pagina 25. linea 15. αἰτίας γονίμȣ προκαθηγεῖσθαι, lege αἰτίας γονίμȣ προεκλίθεσθαι. Hoc est, quod Macrobius inquit libro primo in somnium Scipionis, Philosophos non in omnem disputationem admittere fabulosa, sed his solêre uti, cùm vel de animâ, vel de aëris potestate, & ætheris, & de cæteris loquuntur: tum, cùm sese audent attollere vel ad mentem, quam Græci νȣ̃ν appellant, originales rerum species, quæ εἴδη dictæ sunt, continentem ex summo natam, & profectam Deo.

Pag. 28. lin. 1. ἐπιτροπάδην, lege ἐπιτροπάδες. Ut duo hemisphæria significet, Dioscuros hîc adducit,

quod nomen Jovis pueros, sive filios significat. Qui planè duo hemisphęria alternanti quodam vitæ modo, & vicissitudine secum repræsentant, uti patet ex Homero, quemadmodum interpretatur Eustathius. Et illis quidem pileos imponunt, & super illos stellas constituunt ad significandam hemisphæriorum constitutionem, sicuti scribit Sextus Empiricus lib. 8. contra Mathematicos.

Pagina 29. linea 12. τὶς νυῶ, lege τὶ νυῶ.

Linea 14. τὶς ὢκ lege τοῦτο.

Linea 20. παλὴρ ὁρῶν lege παλὴρ ὡρῶν.

Athenagoras in legatione Herculem in hunc modum planè ænigmaticè ex Orpheo depingebat, nempe veluti Draconem spiris involutum & tricipitem, cui caput unum erat Leonis, aliud Draconis, medium verò Hominis, & idequidem præstitit, quia sub illis Hercules tempus significabat, & tria capita tres temporis vicissitudines indicant. Humanum nimirùm tempus præsens caput Anguinum, præteritum; & Leonis caput futurum. Quæ ad hanc triplicem circuli divisionem, quam Julianus adfert, mirificè pertinent. Plura verò lege apud Pet. Suffridum in Commentarijs in Athenagoram.

Pag. 32. Doctissimus Theodorus Marcilius ex illis verbis, quæ sunt linea 13. hunc versiculum concinnat:

Ἵκετ᾽ ἐπὶ πυθῶνα ἐκ ἡ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Ego autem malim in hunc modum versum hũc construere.

Ἵκετ᾽ ἐπὶ χθόνα οὐρανόθεν γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Excœ-

Ex cœlo in terram descendit summa Minerva.
Quod & ratio carminis perfectius postulat, & sensus ipse. Nec enim sensit doctissimus vir claudicantem syllabam in secũdâ sede sui carminis.

Pag.33. linea 13. ὀλίγα ἔτι, corrige ὀλίγου ἔτι περὶ Ἀφροδίτης ἤδε συνεφάπτεται.

Pag.35. linea 8. διαγωνίαν, lege δαιμονίαν.

Linea 10. nihil mihi videtur esse explendum uti Theodorus sensit, quod ex ipso contextus sensu conjicitur.

Linea 19. περὶ ἃ, lege περὶ ὡς.

Pag.37. linea 3. καθύδυν ταῖς ψυχαῖς, lege κάθοδον ταῖς ψυχαῖς.

Pag.38. lin.17. διά τοι τοῦτο, lege διά τι τοῦτο.

Linea 19. πάντα τὰ φυόμενα, lege εἰς πάντα τὰ φυόμενα.

Linea 20. ζώων φύλακι κεῖται, lege ζώων φύλαξ ἔθηκε.

Pag.40. linea 11. πρὸς δὲ καὶ ὁ θεὸς διαγνύων γὰρ φησί, corrige τὸ δὲ καὶ ὁ θεὸς διαγνύει, φησὶ γάρ. Illud autem quod in calce hujus paginæ inquit, nempe τὸ δὲ ὅλων ἐξ ἡλίου κατῆλθεν ἡ ψυχὴ τοῦ θεοῦ Κυρίνου. De Romulo planè intelligit qui Quirinus dicitur. Cujus nominis Grȩca prolatio Κυρῖνον facit. Græci enim nomina Latina, quæ per Q & V liquidam inscribuntur, dum in suam transferunt linguã, ablato elemento Q prorsus carẽt, & V mutato in suum Y peculiari quadã enuntiant prolatione, ut in hoc nomine, Aquileia, quemadmodum est apud Strab. lib.5. ἔξω δὲ ἐστι, inquit, τῶν Ἑνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληΐα. Quod etiã & probatur authoritate D. Hieronymi in illud D. Lucæ: Hæc descriptio prima

facta est à Præside Syriæ Cyrino, ubi inquis hoc, quod est Quirinus inter Latinos, à Græcis scribi, Cyrinus. Servius autem in illud Virgil. Æneidos 1.

Cana fides, & Vesta Remo cum fratre Quirinus
Iura dabant, &c. ——

In hunc modum scribit, Quirinus Romulus dictus est, vel quòd hastâ utebatur, quæ Sabinorum linguâ Curis dicitur. Hasta enim, id est, Curis, telum longum est, unde & securis, quasi semi curis dicitur, vel quod Græci κοίρανος Rex vocatur. Constat autem Græcos fuisse Romanos vel propter generis nobilitatem. Mars enim quum sævit, Gradivuus dicitur, quum tranquillus est, Quirinus. Denique in Urbe duo ejus templa sunt, unum Quirini intra Urbem, quasi custodis, & trâquilli, aliud in Appiâ viâ juxta Urbem prope portam, quasi Bellatoris, vel Gradivi. Hæc Servius. Quæ omnia ideò adduxi, quia lucem inferunt huic loco, ubi & alia multa prætereo, quia non mihi animus est commentarium scribere.

Pagina 41. linea 4. τὸ θνητὸν ἀφανίσαντα, lege τὸ θνητὸν ἀφανίσασα.

Pagina 42. linea 8. ἐργασίαν ἐνδεδορθύλω, lege ἐργασίαν ἐνδεδὸ ὄμβρος.

Illud autem quod in hac paginâ inquit, καὶ ἀγομένων ἡλίῳ τετραετηρικοὺς ἀγῶνας, facilè quidem probat, sicuti existimo, Lustrum, spatium esse quatuor annorum tantùm, sub quo similia apud Græcos peragebantur certamina, quemadmodum rectè sentit Antonius Nebrissensis. Multi

enim

enim viri docti quinque annorum intervallum esse Lustrum prorsus arbitrantur: quemadmodum patet ex Polybio lib.6.cùm inquit: Quæstores enim sine Senatus authoritate præter ea, quæ Consules jusserint, ne minimum quidem, cùm opus fuerit, in rem ullam sumptum facere possunt. Gravissimæ autem illi, ac maximæ impensæ, quam Censores in quinquennales Lustri apparatus faciũt, Senatus præest. Vide Scholiastem Lycophronis in Alexandrâ, quem ego Latinum feci.

Pag.43. lin.6. τῶν ὠρῶν νεμενίαν, lege τῶν ὠρῶν νεμηθεῖα.

Linea 21. περὶ τῶν μεταγγενεστέρων, lege περὶ τῶν μεταγγενεστέρων.

Pag.47. linea 1. ἀλλαγλῶ τε τὴν εἱμαρμένην, lege ἀλλαγλῶ τε καὶ τὴν εἱμαρμένην. Hic εἱμαρμένη, præstitutus est totius vitæ terminus, & finalis naturæ meta, non ut illud Didonis in Æneam:

Sed cadat ante diem, videátque indigna suorum
Funera.——

In hac enim Fati dispositione nimia erant superstitione religiosi antiqui, ita ut ejus observationem totum, & absolutum eventuum institutum esse existimarent, quod ex multis authorum sententijs planè liquet, sed potissimum quidem ex Polybio lib.6. Historiarum, qui & dierum assignationem etiam Senatui convenire affirmat, in ea, quæ ad Reipublicæ gubernacula præcipuè pertinebant, & quæ ad populi fœlicitatem spectabant. Inquit enim, Senatus vectigalibus præest, denique potestatem habet diem Publi-

canis proferendi, etsi quam calamitatem acce-perint, eos relevandi, aut etiam locationem inducendi. Sed verius quidem in antiquorum circa Fatum & Fortunam, doctrinam Lactantius Firmianus lib. 3. de falsâ sapientiâ in hunc modum scribit: Non dissimili errore credunt esse fortunam, quasi Deam quandam res humanas varijs casibus illudentem, quia nesciunt unde sibi bona & mala eveniant. Cum hac se compositos ad præliandum putant, nec ullam tamen rationem reddunt, à quo & quam ob causam, sed tantùm cum fortunâ se digladiari momentis omnibus gloriantur. Sed non quidem pigebit D. Augustinum audire lib. 5. de Civitate Dei, cap. 1. sic enim ait: Causa ergo magnitudinis Imperij Romani nec fortuita est, nec fatalis, secundùm eorum sententiam, sive opinionem, qui ea dicũt esse fortuita, quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine venientes, & ea fatalia, quæ præter Dei, & hominum voluntatem cujusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus divinâ providentiâ Regna constituuntur humana. Hoc ego existimo intelligere Julianum, cùm ab illâ vitæ exitum petit naturæ quadam constitutum lege, quâ planè omnes omnia regi, & duci fatebantur, quam & ab Rege Sole dari sibi Julianus exoptat, quæ Ovidius veterum decreta sororum appellat, quas Lycophron, Senes puellas vocat.

AUTHORES, QUORUM sententias adducit Iulianus Cæsar in hoc opusculo.

Ariſtoteles.
Ægyptij Philoſophi.
Empedocles.
Chaldæi Philoſophi.
Heſiodus.
Hipparchus.
Homerus.
Jamblichus Calcidenſis.
Phœnices Philoſophi.
Plato.
Ptolemæus.

AD

DON FRANCISCVM QUEVEDUM COMITIS Iulij Cæſaris Stellæ

ODE.

QUEVEDE, *lævum, cui Cruce purpurat*
Rubente pectus, Militiæ ſacrum
Inſigne, quæ Divi ſuperbit
Clara patrocinio Iacobi.

Idem Camœnis care, nec indigens
Prudentis omni tempore consilî,
Ut te redonatum placenti
Parthenope, Dominóque lætor.
Qui tecum amicis colloquijs diem
Horas in omnes conserit, & tuo
Arcana curarum reponit
In gremio, penitósque sensus.
Longi per undas æquoris advenis
Diu moratus, dum ratibus viam
Adversus intercludit Auster
Turbine ovans, gravidúsque fluctu.
Ergo quòd atri per maris asperos
Campos procellis, sospes ades, memor
Periculorum, vota Divis
Solve tuis, meritásque grates:
Et nos, ut ambos gentis ab aulicæ
Dolis remotos, sanctus amor coquit
Scientiarum, facta Magni
Grandia Gironij canamus.

AD
DON FRANCISCVM DE QUEVEDO VILLEGAS
Elegia Michaëlis Kelkeris.

QVod nisi Mœcenas aliquis favisset, abibat
Mæonij pressum sub Styge Vatis opus.
Pindarus hoc canit æternum fautore, nec unquam
Lesbia permittit virgo tacêre lyram;

Hic

Hic quoque perpetuum versus spectare Maronis
Efficit, ac Plauti Comica dicta, diem.
Fare age, quid jam Musa siles? Tibi quare benignū
Præsidium, tenuis sit tua vena licet.
Nam sic culta magis surges, sic cedet egestas;
Sic erit Ossuna Dux memor ipse tui;
Euge decus QUEVEDO *meum sis, Doctus Apollo*
Hoc velit, hoc jubeat Sicelidúmque chorus.
Num renues? Procul iste timor, generosa tuendi
Innatum Musas pectora munus habent.
Unde procellosos mittit dum livida ventos
Turba; mea sidus Dux precor esto ratis.
Pelle Helenen, pluviásque Hyadas, quæcunque minantur
Dira Διοσκόρων *sydera fausta reduc;*
Ut freta dum procerum laudum mea Musa pererrat;
Egregijs tumeant carbasa plena Notis.
Sic mihi Mæcenas, sic spes, tuteláque vitæ,
Præsidiúmque meæ depereuntis eris.

CHRONOSTICHON.

In navem captam: continet annum, mensem & diem, quando Neapolim adducta necnon unde, cui & à quo:

LatVs SoLe CaLet ter AqVarIVs eCCe GIronI
Portat ab Eoo LIttore Costa rateM.

IVSTVS LIPSIVS D. FRANCISCO DE Quevedo Villegas S. P. D.

Dij tibi dent animos, continuentq́ tuos.

PATERE enim & me versu ordiri, & tuo illi παρῳδεῖν, quem scitissimè (sed cum nimiâ laude meâ) præponis. At ego tibi animos istos opto perpetuos: animos, sic in me affectos; animos, sic omni doctrinâ, & virtute perpolitos. Ita enim ab alijs audio, qui & propiùs te norunt, & scripta varia viderunt: quod nobis non datum, ad quos vestra ægrè deferuntur, nec nisi ex destinato missa. Rarum in istâ nobilitate tuâ decus, quod non tibi magis, quàm Patriæ gratuler, quam is atque ibis (diu enim vive) illustratum. Mea de Vestâ quòd legisse te scribis, & probasse gaudeo: mallem eadẽ videres aucta, & notis illustrata, quæ propediem vulgabuntur; sunt enim in manibus Typographi, & efficiam, ut vel me mittente possis nancisci. Nunc Seneca vester totum me habet, ad quem Stoicæ doctrinæ excerpta præmisi. Nõ enim cesso, Vir perillustris, etsi tempora apud nos ferrea nec artibus istis sed Marti facta: vos quoque

quoque auditis: auditis, an & ſentitis? Contage enim mala noſtra nos tangunt, & opes ac miles veſter hîc exhauriuntur, aut conſumuntur. Scripſit ille olim de Troiâ:

—Commune ſepulchrum
Europæ, Aſiæq́ue,—

Ego de Belgica dixerim, quæ ab annis jam penè quadraginta florem militiæ ab Europâ advocat & conſumit. Medêre tu Deus, & hunc nouum mihi amicum tuêre. Lovanij VI. Idus Octobris M. DC. IV.

Vincentij Marinerij Valentini

ORATIO,

IN FUNERE

ILLUSTRISSIMI ET Reverendissimi Principis, D. Henrici de Cuzman, S. R. E. Cardinalis,

AD

ILLUSTRISSIMUM ET Excellentissimum Principem,

D. GASPAREM de GUZMAN, Comitem de Olivares, Ducem de Sanluçar, Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum Regis Catholici, à Consilijs belli & Status, Cubiculariorum Primarium, & Regiæ Hipponomiæ Præfectum, &c.

EPITA-

EPITAPHIVM.

Τόδε μὲν σῆμα ἔχει ἀνδρῶν μέγα κῦδος ἁπάντων
Ἀρχόντων πρῶτον, θαῦμα χοροῖο θεῶν.
Τὸν μετὰ τοῦ πότμοιο, καθένασε χάλκεος ὕπνος,
Πνεῦμα δὲ γρηγορεῖ ἐν χόρῳ ἀθανάτων.

AD ILLVSTRISSIMVM & EXCELLENTISSIMVM Principem D. Gasparem de Guzman Comitem de Olivares, &c.

Vincentij Marinerij Valentini PRÆFATIO.

VIVENTIBUS semper mors imminet, & armis impendet victricibus, Princeps Excellentissime, nam mors semper vitæ hæret, quoniam vivere nihil est aliud, quàm paula-

tum mori, & mori nihil aliud est, quàm ad æternitatem principium assumere. Vita verè non adimitur morte, sed crimine, crimen solum vitam opprimit, cujus est nullum ad vitam motum habere, sed solum movere ad exitum. Moriuntur illi, quorum vitam oblivioni dedecus immittit, cùm vitij fœditas omnem vivendi flatum extinguit, & omnem respirandi compescit actionem, & ipsum animæ jubar, quasi tenebrescentibus umbris, obscurat. Mors est quidem, non quæ vitam, sed quæ vitæ mordet virtutes, & quæ egregia facinora extincto tumulat nomine, & quæ volantes famæ pennas perempturo dissecat jaculo. Certè quidem vivere dicetur ille, cui virtus vivit, cuíque gloria operum æternam, in hominum ævum, parit memoriam. Mors enim quia finis est, necessariò debet à suo pendere principio, quoniam principiũ semper ad suum tendit finem, ut vita ad mortem, cujus finis ipsa est. Dum enim vita mortem respicit eo, quo dicitur, vita ferè nullam ad vivendum habet materiam, quoniam id totum mortis simulachrum est, ad quod suo pondere vita labitur, dum ipsa principium est, ex quo illud, ad quod tendit, totum dependet. Inter sese verò sub quadam relatione consistunt mors & vita, quoniam unum sequitur ex alio, & ex causa effectus. Nam nihil quidem moritur, quod non vixerit, id est, nihil finitur, quod non inceperit, nimirum causa cur quis moritur, est quòd vixerit. Sic secum hæc inter se cohærent, sic quasi naturæ quodam glutine adjunguntur, ut penè dicam idem esse vivere; quod

re,quod mori. Nam principium & finis differũt ratione, non re. Nam in principio vivendi consistit causa, in fine non vivendi. Sola hæc ratio differentiam in utrumque constituit. Quis enim affirmabit vitam hanc calamitatibus horridam, detrimentis refertam, cladibus innumeris obviam, imminentibus periculis plenam, & spinosis sæculi sẽtibus obsitam, esse vitam, & aliquam vivendi habere causam, & principium ad vitæ respirationem substituere? Semper enim esse in metu, mori est semper, non vivere. Vita ipsa metus est. Nam quæ vitam circumdant pericula, illam carere metu non permittunt. Et qui vivit, non vivit si mori metuit, cùm solum nõ metuat mortuus: nam quid illi vitam eripiat nullo modo habet, & quod viventi vitam detrahat mors est, quæ in omnes semper metum incutit acerbum. Fortior enim Princeps est, qui vulnera mortis prudentius timet, quàm qui insano pectore se ad mortis fauces demittit. Quoniam hic dum fine metu ad vulnus erumpit, jam non vivit, cui sensus ejus rei, quam appetit, prorsus deest. Sensus solus est, qui hujus vitæ metum probare potest. Et ideo mortuus non timet, quia non sentit. Ergo dices, qui timet, vivet, quia sentit. Est ita quidem: sed hic timor non vitæ est, sed mortis. Nam vitam quis potest timere, qui sensum habeat, cùm vita sensui cuncta administret jucũda, mors, acerba? Hinc nascitur, quòd timere id quod sensui acerbum est, est mortem timere. Hoc igitur sensus vivẽtis timentis mortis horrorem circumducit; ex quo illa acerbitas

immanem sensibus minatur cruciatum. Timet igitur qui sentire potest, & dum sensus timoris obvolvitur dolore, quia hic dolor mortis est, mori tunc dicetur qui vivit, dum timet, quod ita sentire perhorrescit. Hoc igitur est vivere, Princeps Excellētissime, hæc est vita hominum, sub hac, nostra mortalitas, conditione in assiduos delabitur mœrores, diuturnis affligitur cogitationibus, & invictis conflictatur telis, consternitur tristitijs, & molestis naturæ atteritur incommodis. Hanc autem sola virtus illustrat, quæ illam mortis acerbitatem divina sui præmij dulcedine superat. Virtutis est omnem mortis delere memoriam, nam ipsa sola nescia est mori. Fœlix qui virtutem amplecti potest, qua & solum potest vivere. Hæc sola Principum magnitudinem ad sydera evehit immortalia, inter quæ & locum habent qui illa sociati, ejus pennis æthera pervolant. Nescit repere virtus, quæ solum sublimia quærit, & per alta graditur, & solum fastigia noscit. Principum nobilitas sub sola virtute fulcitur, qua sublata nec nobilitas est, nec princeps. Generis enim & sanguinis splendor, dum virtute nititur, nobilitatem tanquam legitimam procreat sobolem, quam prægnanti rerum gestarum viscere tenuit, fovit, aluit. Ergo vivere Principum est, quorum est nobilitas vera, quam sola virtus producit. Quæ sola vera dici potest, quæ tali potest gloriari genitrice, cùm illi legitima filia sit. Cæsarum enim memoria nequaquam viveret, nisi egregiorum facinorum pabulo illustris illam virtus nutriret, virtus attolleret,

tolleret, virtus per omnium ora deduceret. Silebo Romanorum gesta immortalia, quæ planè mori nullo tempore possunt, nullo ævo obliterari, nulláque sæculi carie consenescere. Nequaquam etiam Græcorum memorabo prodigia, quæ devorantis vetustatis acutos retũdunt dentes, & absumptricem depellunt tabem, & mortiferum respuunt incursum. Ad quid etiam Persarum, Assyriorum, Medorum, Scytharum, aliorúmque mundi Principum gestorum gloriam in medium producam, quibus vita æternis annalium pennis volitat, immortali virtutum robore viget, & divino famæ boatu in omnium aures semper personat, tonat, fulminat? Jam etiam Hispanorum supremos præteribo triumphos, superba tacebo trophæa, virentem victoriarum dimittam gloriam, quam nulla unquam oblivio opprimet, nulla conticescet vetustas, nulla ignorabit immortalitas. Sed nolo (jam ad me redeo) Hispanorum tantam silentio obvolvere majestatem, inter quos Guzmania gens potissimum locum habet vel ab ipso Hispanæ nobilitatis principio, vel ab ipso Christianæ religionis ortu, vel ab ipso hujus orbis Regum fundamento. Loquar, loquar, an silebo? In hoc me video mergi pelagus, in quo vel Gigas, etiamsi cœlum capite attingat, solum pedibus nullo modo inveniet. Sed loqui nolo, loqui planè nolo. Princeps, tua interest meam compescere linguam, sermonem premere, & silentio ora intercludere. Et fas est nihil loqui ubi tanto suppetit ad loquendum materia, quanta tacendi causa potest

esse. Nam si Principum virtus est, uti dixi, quæ sola vivit, & hæc veram nobilitatem procreat, & hæc tuũ genus produxit, nónne supervacaneum quidpiam de tuis laudibus erit loqui, cui ipsa virtus non sinit tacere tempus, nec memoriam mori, nec nomen consenescere, nec nobilitatem extingui? Hæc est quæ sola loqui potest, quæ tot præstare simul una potest. Hæc tua evehit, hæc tua in sublimem gloriæ sedem collocat, ex qua labi nec invidia coget, nec temporis injuria faciet, nec rerum adversitas permittet, nec casus ipse patietur. Nunc equidem quod mihi institum fuit, in Cardinalis amplissimi funus sermonem direxit, omniúmque animos admovit, & totius mundi luctum excitavit. Hic quia fulminis tui generis est, tuos secum nobilitatis ignes deducit, quibus in æternam splendet famæ magnitudinem, & generosis quibusque semper prælucet. Tuum est quod ille gerit optimum, quod habet eximium, quod fecit immortale. Ut te videas, illum propono tibi, non quia non videas, aut quia non tibi propositus semper adest, cùm semper ex tuo scintillet Phœbo, sed ut tibi propositum omnes videant, nomine admirentur, omnes tui esse germinis ramum pleno ore fateantur. Te enim & vita retulit, & gestis expressit: & memoria ducit, ut vel nomine mori non potuerit, quod tua tecum virtute semper spirat, & quasi redivivo spiraculo vivus obambulat. Ille equidem tuam secum provocat magnanimitatem, & mortem sub tua vita insimulat, & virtutem gestis educit. Non tibi lachry-

mas cie-

mas ciere studeo, sed exsiccare, si quæ sunt, quas quia in te est nefas te emittere, etiam in illum emisisse non æquum erit. Solet vulgus lachrymari in affinium interitum, hoc facit vulgus, quia vulgus est, & quia prorsus interit ille, quem sibi habet affinem. Sed qui verè Principes sunt, qui veræ nobilitatis specimen edunt immortale, ad quid suorum affinium obitum lamentis & luctibus prosequi debent, cum vivat illorum virtus, illorum nomen, illorum memoria? Et lachrymis vitam prosequi non sanę mentis est, nec id est nobilium, quorum est lachrymarum compescere rivos, & illorum exitum non lamentari, qui suo vivunt & genere, & nomine, & numine. Nihil nunc tibi objiciam consolationis, nō quia gaudeas hujus Amplissimi Principis morte, sed quia ejus virtutum vita tecum quasi divinis oblectamentorum lenocinijs sis affectus. Vivit virtus, quam mors non pressit, nec potest mors premere virtutem, nam virtus suo principio nescit finem, quem potissimum mors deducit. Hāc hoc funus effert populi luctu, mundi laude, famæ volatu, nominis gloria, & quod majus est, ipsa sævæ mortis invidia. Semper enim invidia ea, quæ sublimiora sunt, quæque excellentiora rutilant fulgore, & mirifico insplendescunt lumine adversis rerum casibus tentat opprimere, dejicere studet, & penitus abolere intendit. Et mors hoc etiam efficere curat, ita ut in hac immanitate penè idem sint invidia & mors, quoniam harum telum ad idem dirigitur vulnus, cujus cuspide infligitur inhumana, cujus acie

efficitur mortifera, cujus impetu ſcinditur in-vincibili. Invidia vitam eripere tentat gloriæ, quæ geſtorum virtutibus in æternitatis ſpirat vigorem, mors detrahit omnem ſpirandi vim non ſolum geſtis, quibus gloria ſublevatur, ſed manibus, quæ geſta patrarunt, & altiſſima ediderunt facinora. His quidem hoſtibus tanta virtutis majeſtas impetitur, & ſi non illis ruit, nō vincitur, non deletur. Unde ubi tanta eſt virtutis præſtantia, tantúmque gloriæ decus, ut hoc telum, quod penè omnia ſuperat, non ſolum mortis non poſſit injicere malignitatem, imò potius vitæ vegetantem tribuit habitum, quanta ibi meritorum inerit excellentia? quantus naturæ ſplendor? quantum nominis robur? Vim habet hoc argumentum non exiguam, qua inferri facile ſit divinā hujus illuſtriſſimi Cardinalis Guzmanij fuiſſe præſtantiam, quam non ſolum invidia & mors non poſſunt abſumere, verum etiam id quod abſumere tentant, firmiori faciunt conſiſtere jure, & potentiori vireſcere germine, & validiori vivere potentia. Hæc eſt vera virtutis claritas, quam nullis rerum nebulis adverſa fortuna obruit. Vivit ſine hoſte tuta, & cum hoſte tutior, quo eſt potentior, fortior, clarior. Hanc majeſtatem gloriæ, & generis præſtantiſſimi, quæ mori nequit, immortalitatem potius vocare exiſtimo, nam ejus termini ſupra quaſvis ævi metas, divinis quaſi virtutis limitibus protenduntur, nec illis invidia lineam præfinire poteſt, quam non prætereant, quam non à tergo relinquant, quam non longo intervallo excedāt.

Vita

Vita ergo illi est, cui mors vivendi subministrat, & sufficit materiam, quam nomine nutrit immortali, quam gestis pascit egregijs, quam non interituris famæ monumentis consequitur.

DIXI.

Vincentij Marinerij Valentini ORATIO.

DUBITO planè, Princeps Excellẽtissime, utrum mortis adventum immanis, ejúsque sævientis crudelissimum telum, ut vulnus Illustrissimo juveni Cardinali infligeret, immissum, lachrymis potius debeam prosequi, aut breve ejus florentis vitæ curriculum, prorsus de medio adhuc sublatum, ac si penitus currere desijsset, deplorare. Est quidem in hominum opinione mortuum fuisse, jámque omnes ejus ætatis dies ipso fati absolvisse calculo, & ipso mortis numerasse vulnere, & ipsa finis terminasse meta. Hoc per omnium ora volutatur, hoc lachrymę præsentis sæculi referunt, hoc attratorum luctuosissimus conspectus miserrimè repræsentat. Tandem hic est conditionis humanæ lamentatio, hic ejulatus, hic & ipsius naturæ singultus, ut quasi tanto pressa dolore, & tantis agitata cladibus, ipsa in suum sinum la-

chrymas vel labente quodam rivo effundat, & quos, ut cœlum spectet, gerit oculos, rorantibus undique guttis, & tristissimè madescentibus ciliis, in terram demittat, in ima diffundat, & penè in abyssum demergat. Mortem juvenis illustrissimi & florentissimi variis obvolutam omnium casibus deflet, lamentatur, exhorret. Hæc naturæ humanæ deploratio, hæc omnium nobilium calamitas, hoc Hispani orbis detrimentum, hæc totius mundi est infœlicitas. Sed si verè famæ vocibus præbemus auditum, & luctuosi conspicimus sepulchri tubam, non mortuum esse existimabimus, illum, qui tanto nobilitatis vivit halitu, qui tantis floridæ vitæ virtutibus vegetam in immortale decus vitæ transfundit potentiam, qui adhuc tenero adolescentiæ anhelitu penè in omnium spirat animis, & quasi adhuc ab omnibus circumspicitur, videtur, percolitur. Mors enim mori cogit corpus, sed nomen perire non cogit. Moritur corpus adverso naturæ occursu, & reluctantibus undique fatis dejicitur. Mortalitas corporis est, cujus est hæc elementatis compago, hæc morti obnoxia constructio, hæc termino circumscripta conjunctio, & dissolubilis unio. Mortalitas equidem vim infert morituris, & in omnes suum horrificum distringit gladium, & formidabilem mucronis cuspidem in ejus dirigit scopum, qui suæ ditionis legibus coërcetur, qui ejus vinculis astringi potest, quique ut ejus transiliat præfinitam lineam, nullo robore pollet. Subjacent morti omnia, & quidquid caducum est, mortis est, & nihil est

hil eſt mortis, quod non cadat, quod non deteratur, quod non quaſi quodam ævi ſenio ruat, veteraſcat, pereat. Quid igitur eſt quod vivere poteſt, ubi tanta eſt infenſiſſimi hoſtis inhumanitas, ubi tanta eſt fati crudelitas, ubi præcipitanti impetu finis pedes quemque ſubeunt, calcant, deprimunt? Vita dicitur illa, quæ quaſi in aliqua ſtat; hæc vis mortem omnino longiſſime depellit, ſpiraculum quaſi cujuſdam æternitatis inducit, & diuturnum quaſi immortalitatis motum conciliat. Motus equidem, vitæ eſt, reſpiratio vitam indicat, & vividus naturæ pulſus vitalem demonſtrat facultatem. Ergo mortis eſt immobilitas, oblivio, quies, ceſſatio omnis, omníſque inanitio, & rerum quarumcunque occultatio. Nam idem quidem eſt mori, quod ceſſare, nam vitæ, vivere eſt, moveri eſt, agitari eſt. Quare tantum illud dicitur mori, quod omni eſt deſtitutum motu, quódque nullam exercet actionem, & quod denique in rerum natura exiſtere prorſus deſijt. Vivit igitur illud, quod reciproco halitus tractu ſpirat, quódque per omnium quaſi oculos viget, & immortali quodam naturæ robore movetur. Unde vita eſt, diuturnus ſpiranti motus. Eſt igitur ubi hic motus, ibi vivendi eſt poteſtas & modus, ibi ſpirandi diuturnitatis poſſeſſio. Hæc propria virtutis quidé eſt, quæ perpetuo famæ ſpirat flatu, & aſſidua hominum movetur laude, & continuis quaſi immortalitatis curſibus percurrit, accreſcit, volitat. Hæc florida virtutis vita tanto in hoc Principe ſpiramine viguit, ut ipſi immortalitati ſe pa-

tùm mori, & mori nihil aliud est, quàm ad æternitatem principium assumere. Vita verè non adimitur morte, sed crimine, crimen solum vitam opprimit, cujus est nullum ad vitam motum habere, sed solum movere ad exitum. Moriuntur illi, quorum vitam oblivioni dedecus immittit, cùm vitij fœditas omnem vivendi flatum extinguit, & omnem respirandi compescit actionem, & ipsum animæ jubar, quasi tenebrescentibus umbris, obscurat. Mors est quidem, non quæ vitam, sed quæ vitæ mordet virtutes, & quæ egregia facinora extincto tumulat nomine, & quæ volantes famæ pennas perempturo dissecat jaculo. Certè quidem vivere dicetur ille, cui virtus vivit, cuíque gloria operum æternam, in hominum ævum, parit memoriam. Mors enim quia finis est, necessariò debet à suo pendere principio, quoniam principiũ semper ad suum tendit finem, ut vita ad mortem, cujus finis ipsa est. Dum enim vita mortem respicit eo, quo dicitur, vita ferè nullam ad vivendum habet materiam, quoniam id totum mortis simulachrum est, ad quod suo pondere vita labitur, dum ipsa principium est, ex quo illud, ad quod tendit, totum dependet. Inter sése verò sub quadam relatione consistunt mors & vita, quoniam unum sequitur ex alio, & ex causa effectus. Nam nihil quidem moritur, quod non vixerit, id est, nihil finitur, quod non inceperit, nimirum causa cur quis moritur, est quòd vixerit. Sic secum hæc inter se cohærent, sic quasi naturæ quodam glutine adjunguntur, ut penè dicam idem esse vivere; quod

re,quod mori. Nam principium & finis differũt ratione, non re. Nam in principio vivendi consistit causa, in fine non vivendi. Sola hæc ratio differentiam in utrumque constituit. Quis enim affirmabit vitam hanc calamitatibus horridam, detrimentis refertam, cladibus innumeris obviam, imminentibus periculis plenam, & spinosis sæculi sẽtibus obsitam, esse vitam, & aliquam vivendi habere causam, & principium ad vitæ respirationem substituere? Semper enim esse in metu, mori est semper, non vivere. Vita ipsa metus est. Nam quæ vitam circumdant pericula, illam carere metu non permittunt. Et qui vivit, non vivit si mori metuit, cùm solum nõ metuat mortuus: nam quid illi vitam eripiat nullo modo habet, & quod viventi vitam detrahat mors est, quæ in omnes semper metum incutit acerbum. Fortior enim Princeps est, qui vulnera mortis prudentius timet, quàm qui insano pectore se ad mortis fauces demittit. Quoniam hic dum sine metu ad vulnus erumpit, jam non vivit, cui sensus ejus rei, quam appetit, prorsus deest. Sensus solus est, qui hujus vitæ metum probare potest. Et ideo mortuus non timet, quia non sentit. Ergo dices, qui timet, vivet, quia sentit. Est ita quidem: sed hic timor non vitæ est, sed mortis. Nam vitam quis potest timere, qui sensum habeat, cùm vita sensui cuncta administret jucũda, mors, acerba? Hinc nascitur, quòd timere id quod sensui acerbum est, est mortem timere. Hoc igitur sensus vivẽtis timentis mortis horrorem circumducit; ex quo illa acerbitas

immanem ſenſibus minatur cruciatum. Timet igitur qui ſentire poteſt, & dum ſenſus timoris obvolvitur dolore, quia hic dolor mortis eſt, mori tunc dicetur qui vivit, dum timet, quod ita ſentire perhorreſcit. Hoc igitur eſt vivere, Princeps Excellētiſſime, hæc eſt vita hominum, ſub hac, noſtra mortalitas, conditione in aſſiduos delabitur mœrores, diuturnis affligitur cogitationibus, & invictis conflictatur telis, conſternitur triſtitijs, & moleſtis naturæ atteritur incommodis. Hanc autem ſola virtus illuſtrat, quæ illam mortis acerbitatem divina ſui præmij dulcedine ſuperat. Virtutis eſt omnem mortis delere memoriam, nam ipſa ſola neſcia eſt mori. Fœlix qui virtutem amplecti poteſt, qua & ſolum poteſt vivere. Hæc ſola Principum magnitudinem ad ſydera evehit immortalia, inter quæ & locum habent qui illa ſociati, ejus pennis æthera pervolant. Neſcit repere virtus, quæ ſolum ſublimia quærit, & per alta graditur, & ſolum faſtigia noſcit. Principum nobilitas ſub ſola virtute fulcitur, qua ſublata nec nobilitas eſt, nec princeps. Generis enim & ſanguinis ſplendor, dum virtute nititur, nobilitatem tanquam legitimam procreat ſobolem, quam prægnanti rerum geſtarum viſcere tenuit, fovit, aluit. Ergo vivere Principum eſt, quorum eſt nobilitas vera, quam ſola virtus producit. Quæ ſola vera dici poteſt, quæ tali poteſt gloriari genitrice, cùm illi legitima filia ſit. Cæſarum enim memoria nequaquam viveret, niſi egregiorum facinorum pabulo illuſtris illam virtus nutriret, virtus attolleret,

tolleret, virtus per omnium ora deduceret. Silebo Romanorum gesta immortalia, quæ planè mori nullo tempore possunt, nullo ævo obliterari, nulláque sæculi carie consenescere. Nequaquam etiam Græcorum memorabo prodigia, quæ devorantis vetustatis acutos retúdunt dentes, & absumptricem depellunt tabem, & mortiferum respuunt incursum. Ad quid etiam Persarum, Assyriorum, Medorum, Scytharum, aliorúmque mundi Principum gestorum gloriam in medium producam, quibus vita æternis annalium pennis volitat, immortali virtutum robore viget, & divino famæ boatu in omnium aures semper personat, tonat, fulminat? Jam etiam Hispanorum supremos præteribo triumphos, superba tacebo trophæa, virentem victoriarum dimittam gloriam, quam nulla unquam oblivio opprimet, nulla conticescet vetustas, nulla ignorabit immortalitas. Sed nolo (jam ad me redeo) Hispanorum tantam silentio obvolvere majestatem, inter quos Guzmania gens potissimum locum habet vel ab ipso Hispanæ nobilitatis principio, vel ab ipso Christianæ religionis ortu, vel ab ipso hujus orbis Regum fundamento. Loquar, loquar, an silebo? In hoc me video mergi pelagus, in quo vel Gigas, etiamsi cœlum capite attingat, solum pedibus nullo modo inveniet. Sed loqui nolo, loqui planè nolo. Princeps, tua interest meam compescere linguam, sermonem premere, & silentio ora intercludere. Et fas est nihil loqui ubi tanto suppetit ad loquendum materia, quanta tacendi causa potest

esse. Nam si Principum virtus est, uti dixi, quæ sola vivit, & hæc veram nobilitatem procreat, & hæc tuũ genus produxit, nónne supervacaneum quidpiam de tuis laudibus erit loqui, cui ipsa virtus non sinit tacere tempus, nec memoriam mori, nec nomen consenescere, nec nobilitatem extingui? Hæc est quæ sola loqui potest, quæ tot præstarè simul una potest. Hæc tua evehit, hæc tua in sublimem gloriæ sedem collocat, ex qua labi nec invidia coget, nec temporis injuria faciet, nec rerum adversitas permittet, nec casus ipse patietur. Nunc equidem quod mihi institum fuit, in Cardinalis amplissimi funus sermonem direxit, omniúmque animos admovit, & totius mundi luctum excitavit. Hic quia fulminis tui generis est, tuos secum nobilitatis ignes deducit, quibus in æternam splendet famæ magnitudinem, & generosis quibusque semper prælucet. Tuum est quod ille gerit optimum, quod habet eximium, quod fecit immortale. Ut te videas, illum propono tibi, non quia non videas, aut quia non tibi propositus semper adest, cùm semper ex tuo scintillet Phœbo, sed ut tibi propositum omnes videant, nomine admirentur, omnes tui esse germinis ramum pleno ore fateantur. Te enim & vita retulit, & gestis expressit: & memoria ducit, ut vel nomine mori non potuerit, quod tua tecum virtute semper spirat, & quasi redivivo spiraculo vivus obambulat. Ille equidem tuam secum provocat magnanimitatem, & mortem sub tua vita insimulat, & virtutem gestis educit. Non tibi lachrymas cie-

mas ciere studeo, sed exsiccare, si quæ sunt, quas quia in te est nefas te emittere, etiam in illum emisisse non æquum erit. Solet vulgus lachrymari in affinium interitum, hoc facit vulgus, quia vulgus est, & quia prorsus interit ille, quem sibi habet affinem. Sed qui verè Principes sunt, qui veræ nobilitatis specimen edunt immortale, ad quid suorum affinium obitum lamentis & luctibus prosequi debent, cum vivat illorum virtus, illorum nomen, illorum memoria? Et lachrymis vitam prosequi non sanę mentis est, nec id est nobilium, quorum est lachrymarum compescere rivos, & illorum exitum non lamentari, qui suo vivunt & genere, & nomine, & numine. Nihil nunc tibi objiciam consolationis, nõ quia gaudeas hujus Amplissimi Principis morte, sed quia ejus virtutum vita tecum quasi divinis oblectamentorum lenocinijs sis affectus. Vivit virtus, quam mors non pressit, nec potest mors premere virtutem, nam virtus suo principio nescit finem, quem potissimum mors deducit. Hãc hoc funus effert populi luctu, mundi laude, famæ volatu, nominis gloria, & quod majus est, ipsa sævæ mortis invidia. Semper enim invidia ea, quæ sublimiora sunt, quæque excellentiora rutilant fulgore, & mirifico insplendescunt lumine adversis rerum casibus tentat opprimere, dejicere studet, & penitus abolere intendit. Et mors hoc etiam efficere curat, ita ut in hac immanitate penè idem sint invidia & mors, quoniam harum telum ad idem dirigitur vulnus, cujus cuspide infligitur inhumana, cujus acie

efficitur mortifera, cujus impetu ſcinditur in-vincibili. Invidia vitam eripere tentat gloriæ, quæ geſtorum virtutibus in æternitatis ſpirat vigorem, mors detrahit omnem ſpirandi vim non ſolum geſtis, quibus gloria ſublevatur, ſed manibus, quæ geſta patrarunt, & altiſſima edide-runt facinora. His quidem hoſtibus tanta virtutis majeſtas impetitur, & ſi non illis ruit, nō vincitur, non deletur. Unde ubi tanta eſt virtutis præſtantia, tantúmque gloriæ decus, ut hoc telum, quod penè omnia ſuperat, non ſolum mortis non poſſit injicere malignitatem, imò potius vitæ vegetantem tribuit habitum, quanta ibi meritorum inerit excellentia? quantus naturæ ſplendor? quantum nominis robur? Vim habet hoc argumentum non exiguam, qua inferri facile ſit divinā hujus illuſtriſſimi Cardinalis Guzmanij fuiſſe præſtantiam, quam non ſolum invidia & mors non poſſunt abſumere, verum etiam id quod abſumere tentant, firmiori faciunt conſiſtere jure, & potentiori vireſcere germine, & validiori vivere potentia. Hæc eſt vera virtutis claritas, quam nullis rerum nebulis adverſa fortuna obruit. Vivit ſine hoſte tuta, & cum hoſte tutior, quo eſt potentior, fortior, clarior. Hanc majeſtatem gloriæ, & generis præſtantiſſimi, quæ mori nequit, immortalitatem potius vocare exiſtimo, nam ejus termini ſupra quaſvis ævi metas, divinis quaſi virtutis limitibus protenduntur, nec illis invidia lineam præfinire poteſt, quam non prætereant, quam non à tergo relinquant, quam non longo intervallo excedāt.

Vita

Vita ergo illi est, cui mors vivendi subministrat, & sufficit materiam, quam nomine nutrit immortali, quam gestis pascit egregijs, quam non interituris famæ monumentis consequitur.

DIXI.

Vincentij Marinerij Valentini ORATIO.

DUBITO planè, Princeps Excellētissime, utrum mortis adventum immanis, ejúsque sævientis crudelissimum telum, ut vulnus Illustrissimo juveni Cardinali infligeret, immissum, lachrymis potius debeam prosequi, aut breve ejus florentis vitæ curriculum, prorsus de medio adhuc sublatum, ac si penitus currere desijsset, deplorare. Est quidem in hominum opinione mortuum fuisse, jámque omnes ejus ætatis dies ipso fati absolvisse calculo, & ipso mortis numerasse vulnere, & ipsa finis terminasse meta. Hoc per omnium ora volutatur, hoc lachrymę præsentis sæculi referunt, hoc atratorum luctuosissimus conspectus miserrimè repræsentat. Tandem hic est conditionis humanæ lamentatio, hic ejulatus, hic & ipsius naturæ singultus, ut quasi tanto pressa dolore, & tantis agitata cladibus, ipsa in suum sinum la-

chrymas vel labente quodam rivo effundat, & quos, ut cœlum spectet, gerit oculos, rorantibus undique guttis, & tristissime madescentibus ciliјs, in terram demittat, in ima diffundat, & penè in abyssum demergat. Mortem juvenis illustrissimi & florentissimi varijs obvolutam omnium casibus deflet, lamentatur, exhorret. Hæc naturæ humanæ deploratio, hæc omnium nobilium calamitas, hoc Hispani orbis detrimentum, hæc totius mundi est infœlicitas. Sed si verè famæ vocibus præbemus auditum, & luctuosi conspicimus sepulchri tubam, non mortuum esse existimabimus, illum, qui tanto nobilitatis vivit halitu, qui tantis floridæ vitæ virtutibus vegetam in immortale decus vitæ transfundit potentiam, qui adhuc tenero adolescentiæ anhelitu penè in omnium spirat animis, & quasi adhuc ab omnibus circumspicitur, videtur, percolitur. Mors enim mori cogit corpus, sed nomen perire non cogit. Moritur corpus adverso naturæ occursu, & reluctantibus undique fatis dejicitur. Mortalitas corporis est, cujus est hæc elementaris compago, hæc morti obnoxia constructio, hæc termino circumscripta conjũctio, & dissolubilis unio. Mortalitas equidem vim infert morituris, & in omnes suum horrificum distringit gladium, & formidabilem mucronis cuspidem in ejus dirigit scopum, qui suæ ditionis legibus coërcetur, qui ejus vinculis astringi potest, quique ut ejus transiliat præfinitam lineam, nullo robore pollet. Subjacent morti omnia, & quidquid caducum est, mortis est, & nihil est

hil eſt mortis, quod non cadat, quod non deteratur, quod non quaſi quodam ævi ſenio ruat, veteraſcat, pereat. Quid igitur eſt quod vivere poteſt, ubi tanta eſt infenſiſſimi hoſtis inhumanitas, ubi tanta eſt fati crudelitas, ubi præcipitanti impetu finis pedes quemque ſubeunt, calcant, deprimunt? Vita dicitur illa, quæ quaſi in aliqua ſtat; hæc vis mortem omnino longiſſime depellit, ſpiraculum quaſi cujuſdam æternitatis inducit, & diuturnum quaſi immortalitatis motum conciliat. Motus equidem, vitæ eſt, reſpiratio vitam indicat, & vividus naturæ pulſus vitalem demonſtrat facultatem. Ergo mortis eſt immobilitas, oblivio, quies, ceſſatio omnis, omníſque inanitio, & rerum quarumcunque occultatio. Nam idem quidem eſt mori, quod ceſſare, nam vitæ, vivere eſt, moveri eſt, agitari eſt. Quare tantum illud dicitur mori, quod omni eſt deſtitutum motu, quódque nullam exercet actionem, & quod denique in rerum natura exiſtere prorſus deſijt. Vivit igitur illud, quod reciproco halitus tractu ſpirat, quódque per omnium quaſi oculos viget, & immortali quodam naturæ robore movetur. Unde vita eſt, diuturnus ſpiranti motus. Eſt igitur ubi hic motus, ibi vivendi eſt poteſtas & modus, ibi ſpirandi diuturnitatis poſſeſſio. Hæc propria virtutis quidẽ eſt, quæ perpetuò famæ ſpirat flatu, & aſſidua hominum movetur laude, & continuis quaſi immortalitatis curſibus percurrit, accreſcit, volitat. Hæc florida virtutis vita tanto in hoc Principe ſpiramine viguit, ut ipſi immortalitati ſe pa-

rem facile posset præbere. Quod enim anima est vitæ, id ipsum est virtus nomini, gestis, nobilitati. Nam quid esset vita sine anima, nisi mors, quoniam mors totius animæ dicit privationem? Sic etiam simili modo, quid consisteret nomen sine virtute? quid essent gesta sine virtutis præstantia? Quo pacto floreret nobilitas, nisi in illa ipsa virtutis spiratio reciproco, & æterno halitu divinam quasi æternitatis auram efflaret, & ejus usura in immortale frueretur præconium? Hic enim amplissimus Cardinalis illud D. Gregorij Nazianzeni semper ob oculos gessit, nempe,

Assiduò mortis sævè tibi subsit imago,
Mors nam sic veniens vix jubet ipsa mori.

Nam esse in perpetuo mortis metu, hoc semper quidem mori est, & qui semper moritur, vitæ habet sociam diminutionem, & se quasi indefatigabili castigat, & premit supplicio, ubi metus scelere condemnatur. Componit enim totam vitæ rationem, qui memori mente mortis prospicit laqueos: ex quo tota virtutis moles constituitur. Nam tanquam ex proprio fonte, & legitimo principio suo virtus exeritur ex mortis contemplatione. Nam quemadmodum ex nihilo hominis substãtia à Deo procreatur, & subsistit, ita ex mortis cognitione & speculatione, quæ profectò nihil est, tota virtutis profluit vita, & vitæ constitutio virtutis decretis componitur, paratur, virescit. Fœlicitas quidem est mori illi, cui mors principium ad virtutis vitam subministrat. Et qui sic fœlix moritur, non mori, sed potius dicetur vivere. Nam quæ vera fœlicitas est,

tas eſt, nullis poteſt mortis ſubjacere viribus, nam eſſe fœlicitas deſineret, quæ in vera, & vegeta, & vivida gaudij conſiſtentia fundatur. Nũc jam quis hujus Principis illuſtriſſimi mortem, mortem vocabit, niſi jure naturæ humanæ mortem voluerit intelligere & mori exiſtimet eſſe, non ſpirare, non moveri, reddi terræ, ſepulchro ineſſe, nullis vitalibus uti modis, non loqui, nullam inter homines ſui præſentiam exhibere? Hoc quidem negandum non eſt, mors dicitur. Verumenimvero qui in compoſita vitæ ratione virtutis ſpirat anhelitu & geſtorum, præclarorúmque facinorum gloria coruſcat, qui præſens adeſt omnibus nominis immortalitate vivus planè dici poteſt, nõ mortuus. Hujus equidem principis mihi modo deflẽdus eſt exitus, tu Princeps Illuſtriſſime, qui omnis potentiæ ultimus es terminus, etſi luctu, & dolore confectus, tamen ut aliqua tibi ſit conſolationis materia, luctum depone pauliſper, & hilarem, & facilem animi tui mihi ſenſum, quo indigeo prorſus, emitte, & lęto frontis obtentu explica, & fautrice quadam nobilitatis benignitate propicius impende. Erat equidem hujus nobiliſſimi Guzmanij adoleſcentia ipſe virtutis florentiſſimus ſtatus, totúſque vitæ conſtitutæ modus, & quaſi divinus quidam principum typus. Illi enim affulſit veræ nobilitatis ſtudium, quo ſe verè nobilem undequaque manifeſtavit, tum morum compoſitione, tum ſermonis gravitate, tum cordis prudentia, tum omni incorrupta magnitudine; & omnibus quidem vitæ actionibus ſingu-

larem quandam ſui magnifici generis præſtantiam ſemper retulit, ſemper exhibuit, ſemper ante omnium oculos expoſuit. Quæ enim nobilitas operatur illa, ſemper viridem comitantur virtutem, nam virtutis ramus vera nobilitate ſemper viret. Hanc verò arctiſſimis ſemper amplexus fuit ulnis, attentiſſimis conſpexit oculis, & ardentiſſimo coluit pectore. Quidquid penè in pueritia, in ejus actionibus eminebat, nobilitatis cujuſdam inſitæ veſtigia, quibus omnes inſiſterēt, patefecit. Illud enim in literarum amorem inflammatis quibuſdam conatibus ſtudium in hac nobilitatis divina ſtirpe altiſſimas agebat radices, & ſummum promittebat Muſarum faſtigium, quod penè totos ferret cœlos, & ipſum Apollinem Muſarum patrem alliceret, niſi mortis invida manus, hunc ſic ſurgentem perfregiſſet ramum, & ſic virides exſiccaſſet frondes, & ſic florentem dejeciſſet arborē. Aſſiduus erat in literas labor, vigiliæ in Muſas penè improbæ, & in ſcientiarum flumina ſitis inexhauſta, imperempta, inſaturabilis. Varia illi fuit librorum cognitio, difficultatum explanatio conſpicua, agitatio quæſtionum evidens, dubitationum propoſitio acutiſſima, argumentorum ſolutio illaqueabilis. His ſe moribus decorabat, his ſtudijs ſe totum exornatum præbebat, his inhiabat incrementis, hæc appetebat monumenta, in hos ſe demittebat conatus. O veræ nobilitatis ſpeculum! ô adoleſcens moribus ſenex, animo prudens, ingenio ſagax, labore ingens, vita perfecte, morte fœlix! Quæ non vigebat in illo humanitas, quæ

tas, quæ verum nobilitatis decus deducebat, præcipua in illo erat comitas,& oris delineamẽtum tanto blãditiarum melle cogebat, ut quosque sibi familiares penè invitos traheret, illectos cogeret,& commotos prorsus subderet. Ita quidem ejus adolescentia se gessit,ut non illum, adolescentem fuisse mortuum libeat fateri,cùm prudentis & cautæ senectutis maturos præbuerit mores, consultum consilium exercuerit, & canos in nigro sæculi statu morum semper habuerit aspectus. Jam enim in adolescentia barbatos illos redolebat Hieronymos,sanctos imitabatur Athanasios, literatos sequebatur Gregorios, acutos referebat Augustinos, melleos promebat Ambrosios, & argutos ostentabat Thomas,Bonaventuras,Scotos,Ægidios. Non enim hæc erat adolescentia appellanda, quæ in alijs ex sua natura,libera semper mundi lege delabitur, in hoc legibus virtutis astricta fuit, & legum compositione constituta, & constitutionibus vitæ semper recta. Et eò magis sacrum hoc habere potest nomen,cùm jam inter sacros patres Cardinales cooptatus fuerit, & in tanto præclarorum virorum Senatu Cardinalicium assumpserit galerum, & ostro petasatus processerit, & purpura chlamyde roseum adolescentiæ florem induerit, auxerit, amiserit. Non aliter enim quàm rosa matutino tempore leni Favonij flatu gemmantem aperit papillam,& jam pleno diei Phœbo odoriferas extendit frondes, fragrantémque manifestat decorem,& vespertino languida humore, caulis, cui adhæret, amittit

vires, & tenebrescentibus noctis umbris, totam nativitatis suæ pulchritudinem, & insitum & Acidalium ruborem jam marcidum, jam torpentem, jam delapsum amittit, relinquit, negat, & quasi unius diei quo viva moritur, labitur, perit; & cum Solis occasu, suum etiam florentis vitæ virorem in miseram mortis umbram deturbat. Eodem etiam modo hic Princeps Illustrissimus Cardinalis Henricus Guzmanius, quasi in hoc purpuratorum patrum viridario in ipsa ætatis suæ adolescentia quasi frondentis magnitudinis caulem emittebat, assurgebat summo vertice in cœlos, fragrabat virtutum aromate in totum jam terrarum orbem, & Urbani VIII. Pontificis Opt. Maximi quasi flos irrigatus favoribus Romanorum hortum exornabat, & mirificam Ecclesiæ aream suorum gestorum magnitudine adimplebat. Jam, jam incipientis sceptri crementum patulis, & expansis virtutum folijs exhibebat amplissimum, & quasi in summum sese erigebat cacumen, seséq; in cœlestem verticem attollebat; illíque in Romanum Amphitheatrum facilis & apertus aditus patescebat. Sed antequam ex Hispano egrederetur orbe, cùm jam jam pedes præfinitum Hispaniæ limitem trãsiliebant, & ingens curruum strepitus vehementibus equorum hinnitibus & pulverea famulorum nube concussus Romuleam arcem petebat, & Põtificias adibat turres, & supremum Capitolij culmen ambiebat. Tunc, heu! tunc, iniquo mors lacerto, & invida gladij acie, & inexorabili fati ictu illum depressit, expulit, deturbavit,

bavit. Ut quando lumen in montis vertice, primo pastum materiæ fomite inclarescere incipit, & humido pabulo alitur, antequam pleno intumescat igne, & strepitantibus accrescat flammis, durus Boreas ingenti emissus turbine accensam incredibili materiam, & vehementi flatus impetu ardentem prorsus extinguit lucernam & disjectat, & fumantes relinquit favillas, & in cinerem redigit flammam, & in obscurissimam noctem, totum, quod illo lumine conspicuum erat intervallum, convertit. Hoc idem modò præstitit mors, hoc sua immanitate peregit. Inceperat hic egregius adolescens suo proborum morum fulgore penè bonam terræ partem illustrare etiam Romanum Phœbum suis augebat radiantibus ignibus, & plurima ferè terræ sydera suis ardentibus obscurabat scintillis. Erat sicuti lucerna in edito quodam loco posita, & in vertice montis constituta cunctis patens, cunctísque manifesta Ecclesiæ proceribus, omnes jam in ejus vertebant oculos lumen, & Regia majestas ejus inhærebat radijs, & tota Guzmaniacæ stirpis fax ejus ignita flammis tanto calebat jam Sole, ut mundum penè posset illuminare, & adversos fortunæ incursus comburere, & humẽtes cladium lacus exsiccare. Sed tota hæc nobilitatis lampas uno mortis flatu extincta perijt, delapsaque jacet, & in obscuris sepulchri angulis friget. Hoc natura sic statuit, sic divina decreverunt Dei consilia, sic immortale ejus numen id constituit. Nostrum quidem non est tantos rerum indagare sensus, nec sic in altum no-

ſtram attollere mentem. Quod autem noſtrarum eſt partium, & perpetuis hoc proſequi funus lachrymis,& penè incredibili luctu noſtram cõmunem ſic deplorare calamitatem,invidam, & atrocem appellare mortem, crudele fatum vocare, immania ſydera,iniquum cœlum. Sed quis planè non videt tanti Principis æternum per totum terrarum orbem,eſſe nomen,ejus geſtorum famam vivo pervolutam clamore, & non tam fixam ejus nominis gloriam,marmoribus immortalibus, quàm ſumma rerum propagatione in omnium cordibus ſcriptam? Nam quemadmodum qui in ſummo flumine innatat, totum per gurgitis alveum, corpus demerſum deducit, & fluitantibus undequaque membris per reciprocos fluctuum anfractus,caput tamen in altum elevatum gerit,nec madeſcentibus capillis humidos fluminis tractus caput ſenſit, ſed lacertorum agitatione, pedúmque quaſſu intra aquarum ſpumantes globos corpus invehit, caput verò aëre fruitur libero, etſi,quando ob peritiam demergitur, emergit illico velox, nec narium ſpiracula ſuum conſpirandi amittunt elementum. Sic etiam in hoc mundi pelago,in hoc profundo calamitatum,& miſeriarum Oceano, in quo aquarum profluvies, ipſe mortis lacus eſt, nonnulli totum corpus in imum demittunt, & prorſus pereunt, omnéſque in profundo perſiſtunt. At qui caput ſupra aquas gerant, pauci ſunt, pauci vitæ aëre in ipſo mortis ſtagno perfruuntur. Nec difficile quidem hoc eſt poſſe credere in ipſa mortis abyſſo, caput poſſe ali-

quem

quem in vitæ elevare elementum. Nam omnes quidem mortis fluctibus innatant, omnes putredine tabeſcunt tandem, omnes in vermium morſus deveniunt, & in pulverem rediguntur terrenum, ex quo antea conflati & compacti à ſummo opifice fuerant. Hoc omnibus perſpicuum quidem eſt, ſed poſſe, ut dixi, in hoc horribili mortis ponto corpus demergi in mortem, & caput in vitæ fruitionem attolli, pauci credēt, nam paucorum eſt hoc præſtare. Nam corpus ut moritur, & membra, & caput cum illo moriuntur, nec unius partis vita eſſe poteſt, & mors alterius ſimul, ſed aut omnes mori, aut omnes vivere debent. Hoc quidem verum eſt, natura ſic præcipit. Sed in hoc autem ſenſu non nomine capitis, corporis caput intelligo, ſed virtutem, decus, nominis gloriam, dignitatem, geſtorum præſtantiam, in quibus verum hominis caput eſt, unius eſt vivere, in quo vitæ permanet halitus. Hoc igitur extra aquarum mortis pelagi molem deducere pauci poſſunt, niſi tantum illi, quorum tam ardens eſt virtutis ſplendor, ut nullis mortis poſſit extingui fluctibus. Sic immortale eſt magnorum principum nomen, qui nullis abhinc ſæculis ſpumoſa mortis vada jam tranarunt, quoniam hoc divinum caput nullo corporis pondere demergi & deprimi poteſt, ſed levi & celeri virtutis penna ſemper per vivos aëris angulos volitat, ſemper inter vivos verſatur, ſemper vivit. Hoc equidem abſque controverſia illuſtriſſimo contigit Cardinali, madet enim ejus corpus mortis undis, ſubmerſum eſt

in profundo,& pelagi mortis tenet antra. At caput, nimirum virtutum respiratio, qua fungitur in æternos vivit sæculi gyros, nunquam vetustate delebitur, nulla diluetur oblivione, nulla tẽporis carie consumetur. Fuit enim semper cunctis gratissima ejus humanitas, qua omnes mirificè prosequebatur, in quam omnes ingenti studio tendebãt, cujus erat omnem vel levis plebis cœtum tanquam uno amicitiæ amplexu colligare, & altum Equitum ordinem astricto amoris vinculo continere. Hæc enim ejus facilitas indolis, divinissimum esse principem indicabat, in qua Heroum sibi admixtam habebat naturam. Omnium enim animos ita ejus humanitas demulcebat, ut melle dulcius illius cunctis esset eloquium, & Cyprijs favis jucundior oratio, & Hyblæo examine suavior consuetudo. Hæc ita nunc in omnium memoria vivit, ut illam mors attingere nullo modo potuisse videatur. Nam hæc est, quæ supra mortis aquas ferebatur, dum tanquam natantis corpus immersum in mortis undis hic princeps occultatus devolvebatur, hæc vivet adhuc ubique hujus recordatio, omnes sæculi pervincet stimulos. Nihil enim dignitatis fastigium Cardinalitiæ illi adtulit superbiæ, nihil illum in elatos evexit animos, nullúmque evanescentis gloriæ illi indidit studium. Planè equidẽ Regia in illo inerat magnitudo, & qualis illustrium Guzmanorum pręclarissimum decet genus, quod insito quodam naturæ cacumine, ea, quæ suprema sunt modesto & humili morum apparatu semper exequitur, sem-

tur, ſemper peragit, ſemper exercet. Quod enim de Quintio Fuluio Nobiliore hiſtoriæ mandatum eſt, idipſum quaſi eadem animi magnitudine Guzmanorum familiæ congruit. Ille enim Conſul deſignatus Ætolos vicit, Ambraciotas ſuperauit, quibus triumphis illuſtris Vrbem introiit. Deinde iterum Conſul Achæos, qui bello Macedonico interfuerant, & poſtea ad Antiochum defecerant prȩliis frequentibus ſubactos, & in Ambraciam oppidum compulſos in deditionem accepit, viribus inſignibus fudit, mirifica, & ſingulari animi magnitudine ſubegit, & tamen ſignis, tabuliſque pictis ſpoliauit, & de illis demum triumphauit glorioſiſſimè. Verumtamen neque animus in inſolitam exarſit conſuetudinem, neque mens quidpiam commiſit ſuperbum, neque ſtudium in odioſam ſeſe effudit morum prauitatem, tetricamque pertinaciā. Hæc quidem animi, vt ita dicam, granditas, hæc generis inſignis præſtantia in hoc Guzmaniaco adoleſcenti, Illuſtriſſimo Cardinali, ampliſſimo Principe etiam atque etiam inclaruit, & quaſi quibuſdam ſcintillantibus ignibus penè in extrema ſæculi caligine affulſit, in qua vitæ inculpatæ comitas enitebat, morum ſuauiſſimæ blanditiæ delectabant, orationis blanda collocutio attrahebat, & mollis, & ſuauis oris ſpecies demulcebat, inuitabat, commouebat. Quos non ſuo generoſiſſimo ſpiritu ſuperaſſet, dum in tanta dignitate conſtitutus, legationibus fuiſſet functus præclariſſimis, quibus non ſolum Hiſpaniam prouinciam illuſtraſſet, &

Romanum Imperium extuliſſet , verum etiam vniuerſum orbem terrarum decoraſſet. Nec ideo quidem eius animus ſuperbia,& inſolita ſeſe erigeret grauitate , ſed grauitas animi diuino comitatis & humilitatis permixta ſplendore non faſtidium , ſed amorem conciliaret, non tædium, ſed beneuolentiam pareret ſingularem. Infinita equidem illum manebant trophæa, innumerabiles illum proſpiciebāt triumphi, quos ſua dignitate fultus,& prudentia fretus , & genere excultus conſequeretur. Diuina enim eius indoles apparebat , ita vt eius humanitas, quaſi diuinitas potius quædam eſſe videretur. Ampliorem verò natura ferè nunquam produxit animi præſtantiam , & celſitudinem, quam qui egregij ſunt futuri , perpetuò debent imitari , & qui ſummum rerum ſunt aſcenſuri faſtigium , ſemper ſequi. In hoc enim principe ſe geſſit mors quemadmodum agricola , cùm vitem aut aliam fructiferam arborem amputat, & jam inutiles hyeme ramos prorſus diſſecat, ut novo imbrium , veris ætate vegeta, flumine vireſcentes , & teneros germinet caules), qui florum iucunditate conveſtiantur, & fructuum copioſo pondere incurventur , & nova naturæ in ſublimius erigantur. Sic etiam fati falx huic principi vitam abſcidit , diſſecuit naturæ filum, perfregit reſpirandi ramum. Reuera quidem mortuus eſt: verumenimvero ita abſciſſa ſunt eius vitalia germina, ut in æterno famę vere ſemper novo pullulent virtutum ſurculo,nam & in dies innoteſcunt eius mores , eius geſta pateſcunt,

cunt, eius naturalis in magna quæque procliuitas apparet. In hoc enim quia virtutum radices remanebant, nequaquam potuit omnino, etiam ſi corporis truncus perierit, egregia vitæ moles mori. Nunc enim eius in pauperes ſtudium, in religionem pietas, in veritatem religio, in conſanguineos affectus, in patriam amor, in nobilitatem robur, in cunctos beneuolentia, in Chriſti Eccleſiam ardor patet, fulget, viget. Et veluti de abſciſſo ramo prægnantes quædam frondium gemmæ intumeſcunt, & inde tenera ſurgit virgula, & demum firmus vibratur ramus, ſic etiam de hoc in arbore hac excelſa, mortis vulnere acerbo, in hoc principe neſcio quæ virtutum pullulant notæ, è quibus ampla geſtorũ folia expanduntur, & intertexti quidam virtutum exoriuntur rami, ſecumque deuinciuntur, & variæ, optimæ naturæ virore formoſæ virgulę infrondeſcunt. Nunc eius omnium laudibus irrigantur egregia facinora, nunc viuunt, nunc ſpirant, nunc per omnium oculos deuoluuntur. Equidem mors trũcum abſcidit, ſed non naturæ radices virtutum fixas ſplendoribus abrupit, reuera magnum hunc amputauit ramum, ſed non eius exſiccauit virtutum humorem, quo tanta enaſcuntur præclararum rerum germina, tot proborum operum rami aſſurgunt, tot frondes vireſcunt geſtorum, quas quidem enumerare nec numerus ipſe valebit, nec recenſebit natura, & vix omnes fama ipſa prædicabit. Vt enim aratrum ferrato vomeris dente glebas perfringit, & ſtirpeſcentes, inter ſulcos, herbulas ſecat, & totã

tellūris faciem æstu condensatam solis, & imbrium astrictam riuulis aperit, disijcit, conuellit, & inde vberiorem illi indit vim, vt mollescente terræ puluere aptius semina ex naturæ vterò in altum suum caulem emittant, & fructum edant, & vitam alant. Non secus quidem mors huius amplissimi Cardinalis vitam, tanquam fœcundum quendam virtutum agrum ultimi termini vomere conturbavit, & spirantes naturæ plantas perfregit, & totam vitalis instrumenti machinam durissimo quasi aratro ejus crudelitatis dejecit, sed non vastavit omnino, non diruit, non corrupit. Emollivit enim nunc virescẽtes perennis famæ glebulas, in quibus semina gestorum deposita nunc suavissimum gloriæ fructum producunt & nunc quasi immortalitatis cujusdam renascentem præparat surculum, in quo tandem auiculæ nidos ponunt, sua encomiorum modulamina fundunt, & quasi in propria sede cantantibus undequaque gutturibus assident. Hoc etiam fecit mors in hoc illustrissimo Principe, quod venator cùm telum dirigit in aquilam summum aëre vel quiescentibus pennis peruolantem, qui incertus in ictu, & in scopum errans in vacuum inane telum effundit, aërem verberat, & solum leuem alitis plumam in ala percussit, aquilam autem vivam relinquit, quæ hic liberior & effusior altum æthera petit. Mors equidem arcum suum sævissimum in Principem tantum retendit, evibravit iaculum, contendit nervum, & volantẽ, & atrocem cuspidem dimisit, sed tantum plumas

mas perçussit, percussit quidem, non læsit, occidit, non abolevit, peremit, non detrivit, calcavit, sed non disjecit. Petijt corpus atroci & crudeli vulnere, quod tristissima immanis vulneris sanie cruentavit, & inevitabili ictu confodit, sed volantem famæ gloriam, & egregium nominis splendorem, & clarum virtutis spiritum, quem per diaphanas naturæ sedes reciproco solis lumine conspicuum rerum gestarum excellentum radijs deducebat volitanti per æthera gressu intactum reliquit, permisit quidem volare, imo scandere fecit. Hunc enim scopum non potuit dira mors attingere, cæcis & prorsus mortuis in illum oculis suum telum declinavit, & quia tanto fulgore ille micabat, ipsa in cæcitatem quandam inducta, quem peteret non cōspexit, quem feriret non vidit, quem interficeret non sensit. Tantum enim quod potuit concul vavit, quod valuit præstitit, fudítque illud, in quod suum jus exercere solum potuit. Nam claritas virtutum, gestorum fulgor, famæ celebritas, nullo mortis ictu potest labi, nullo vulnere deteri, nulla mortiferi veneni labe consumi. Viget in æternam ætatis memoriam virtutum vita, & illum cujus spiravit anhelitu, in immortalitatis sedibus collocat præstantissimum, constituit divinum, semideum facit. Fuit etiam hic egregius Princeps communis omnium parens (quod jam olim de Trojano dixerat Plinius) omnium incolumitas quasi ex sua munifica liberalitate pendebat, in omnes se largum muneribus præstitit, benevolentia charum, officijs admirabilem, moribus

mitissimum & gratissimum. Floruit in eo præcipuus adolescentiæ senilis pudor, in quo tota prudentiæ sedes quiescebat, & honestatis magnitudo exornabatur, & verè Sacerdotalis præstantiæ flos totus enitebat, totus fragrantibus quibusdam pulchræ & miræ consuetudinis odoribus coruscabat. Ante diem enim fatum exarsit, imò in ipso ejus ætatis die jam tota mortis audacia illum petivit, illum invasit, illúmq; immaniter depressit. Tunc enim illi dies vitæ quasi in ipso dignitatum limine, matutino honorum lumine elucebat, tunc incipiebat quasi ingens decoris moles in illo serpere, nec pene firmis stetit pedibus, quando inviolabili mortis lapide concussa cecidit, elanguit, evanuit. Præcipiti in illum deveniebant cursu honorum gradus, dignitatum gloriæ, decoris ingentes species, quoniam vix penè alium ipsa dignitas & decus cognoscebat, quem dignius subiret, quem justius admitteret, quem charius sublevaret. Et quia in simili gloriæ inundatione semper totus honoris torrens quibusdam acerbæ invidiæ ripis coërcetur & cogitur, tunc illi, quam mundus non poterat, mors invidiam exercuit, & invidiæ spiculum detorsit, & duris invidiæ dentibus, immanique mortis morsu totum hunc gloriæ exhausit fluvium, exsorbuit rivum, absumpsit fluentum. Nihil enim aliud poterat, non dicam mundi, sed crudelissimæ mortis iram provocare, & munus lacessere & arma movere, quàm sola invidiæ rabies, ut tantum principem non è medio vitæ cursu, sed ab ipso principio & vivendi exordio, ne

dio, ne longius possit progredi, impediret. Nam inuidia semper excellentioris respicit virtutis materiam, sempérque sublimia adoritur, & non nisi in ea quæ magnifica quadam naturæ subsistentia fulgescunt, insurgit. Nec aliud verius possumus in tanti adolescentis exitu confiteri, quā totum invidiæ venenum exarsisse, vt juvenilem ejus potentiam perverteret fatum. Nam si morti invidiæ rationem tribuere possumus, in nulla alia ejus actione hæc inmanius sævijt, quàm cum illustrissimum Cardinalem in matutino vitę exortu crudelissimè effudit, ne vel altioribus vitæ spatiis muta omnis admirationis ora redderet, si tanto gestarum rerum boatu fama instreperet, quanto nunquam in nullius Principis laudes usa fuit, nec forte aliquando utetur. Etsi verò naturę fragilitas suo cursu omnia conficit, nescia quid hominum mens comminiscitur, quod saltem propter aliquam casus excellentiam præter naturæ gressum contigisse non immeritò possimus aduertere. Sic magnorum quorundam Principum finis accidit, sic vita omnino perijt illustriū quorundam procerum, ut facile mundus suo ductus cogitationis motu, non naturæ existimet fuisse ictum, sed invidiæ mortis atrocitatem, & crudelis fati impiam audaciam, aut alicuius etiā alterius numinis immanitatem. Hanc fortè præscio quodam animo vates ille egregius prævidit cum Mopse ore canit,

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant, vos coryli testes & flumina Nymphis
Cum complexa sui corpus miserabile nati

Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.
Hanc quidem, non mentior, tunc vidit mortis invidiam eximius poeta, & hunc esse Daphnin persensit illum, quem tunc temporis deflebat, in hunc eius carmina, tanquam quædam oracula ante tot sæcula conscripta, ferebãtur, quem Musæ lachrymis lugent innumeris, quem Romanũ Capitolium lamentatur, quem Hispanus orbis deplorat, & quem penè ipsa Christi Ecclesia sibi ablatum vehementer dolet. Sunt equidem impiæ mortis manus, veluti pictoris, qui cùm in tabula delere conatur alicuius egregij artificis imaginem, quam ipse suo penicillo & coloribus æquare nullo modo potuisset, invidia tamen motus immensa, spongia, obscuris quibusdam coloribus madida tabulam deturpat, obscurat imaginem & delineamenta pulcherrima confundit. Sed quoniam imaginis præclara erat descriptio, mirifica delineatio, & formosa, non sic deleta permansit, vt non aliquod sui vestigium relinqueret, & aliquod colorum indicium ostẽtaret, quo insani pictoris stultam & inuidam accusat naturam. Sic autem fatum hãc pulcherrimam huius amplissimi Principis speciem, quia tantis erat formosa virtutibus, quia sublimi dignitatum honore clarescebat, quia diuinis secum quasi naturæ luminibus micabat, omnino delere tentauit, & ex hominum memoria detrudere, suam illam venenatam assumpsit exilij spongiam, finis pharmaco oblitum telum iaculatur, confuso obliuionis colore totum imaginis decorem audet infuscare. Interficit virum, occidit

dit Principem , perimit amplissimum Cardinalem , totámque eius naturæ tabulam fœdat & putredine inducit corruptissima. Sed tamen ejus indolis colorem permutare non potuit, nec delere pulchritudinem ejus immortalis memoriæ, nec divinam ejus speciem penitus fundere. Manent enim æternúmque manebunt hujus Principis virtutum vestigia, & quasi vivo depicta colore semper per omnium oculos quasi defixa consistent. Non morietur hujus morum claritas, non ejus perfecti studij abolebitur conatus, non corrumpetur memoria. In qua ita vivere perseverat, ut nobiscum adhuc illum degere ferè facilè repræsentet. Est enim hujus vivacissima imago non in tabulis ligneis solum, non linteaminibus inserta, non in lapidibus sculpta, nec etiam in marmore æterno, nec in incorruptibili hæc incisa, sed in ipsa temporis immortalitate coniuncta, in ipsáque hominum diuturnitate deposita. Necesse enim erit vt prius tempus omne deficiat & ejus cursus volubilis cesset, quàm tanti memoria Cardinalis nobis omnino excidat, deleatúrque ex hominum commercio, & omnino evanescat. Tempus enim suis præcipitibus alis, hujus Principis nominis pondere velocius pervolat, altius assurgit, iucundiusque vagatur. Et quanto est duraturum ævo, tanta sæculi est permansurum hoc nomen æternitate. Præterit tempus præsens, & in delapsum instantis punctum transilit, & hoc quidem nomen, quasi nunquam præterijsset, sic in omnibus hæret, ut in æternum esse futurum procul dubio videa-

tur. Temporis enim viciſſitudines reciproco ſuo tranſitu ſemper eunt, redeúntque, inſtabilique vibrantur greſſu. Hoc autem illuſtriſſimi Cardinalis nomen, quaſi nullam temporis perſentiret viciſſitudinem, & ſub nullo temporis inſtanti deeſſet, immobili quodam famæ volatu omnia percurrit, ſtat conſtantiſſimè, & fluctuantem rerum motum perſeveranti quadam ſtabilitate pervincit. In nobis modo mirificè perſonat, etſi quemadmodum in nobis ipſum quandam æternitatis refert ſpeciem, in ipſo nos æquali modo poſſemus conſiſtere, immortales plane omnes etiam eſſemus. Hæc præclara hujus vox quem ſecum arripit, participem ſuæ magnitudinis efficit, conſortémque ſuæ claritatis reddit. Et vt nec ab ipſo poteſt ſeparari vivacitas, ſic ab illis, in quibus inſtrepit, vivendi duratio ſeiungi non poteſt. Referunt ventorum flatus Guzmanium Cardinalem, cùm Borealibus concuſſi motibus, ſecum quaſi tonanti quodam quaſſu concurrũt. Ex vento in æthera hic tonus aſcendit, ex æthere rurſus in terras ſolis radiis permixtus ſplẽdidior decidit, terras pervadit, omnes ſubit, cunctorũque aures ferit. Qui harmonicum quendam cõcentum ex æthere viciſſim putant audire, cum tantum Principis nomen audiunt, cùm percipiunt Guzmaniacum tinnitum. Orpheus autem in ſacris hymnis de morte ſic loquitur,

Κοινὸς μὲν πάντων, ἄδικος δ᾽ ἐνίοισιν ὑπάρχων
Ἐν ταχύτητι βίου παύων νεοήλικας ἀκμάς.
Ἐν σοὶ γὰρ μούνῳ πάντων τὸ κριθὲν τελεῦται.
Communis cunctis, tamen atque iniuſta quibuſdã

In

In celeri vita juvenilia robora fundens,
Iudiciumque ipsum in te solum deperit omne.

Si morti quidem id concedi aliquo pacto potest, non ob aliud sanè quàm ob illustrissimi Cardinalis interitum, quem cùm mors petiuit, omne prorsus suum amisit iudicium, si aliquod habet. Iuuenilem enim florem in illo extinxit, cùm iam ad maturos nobilitatis fructus, & ad egregios dignitatum gradus fragrantibus frondibus sese expanderet. Iniustam esse inquit quibusdam, nẽpe illis, quos diuturnior vitæ transitus ad magna prouocare videtur, & quibus vitæ celeritas, sub ipsa breuitate cursus altam rerum magnitudinẽ spondet, divinum vitæ statum pollicetur, magnificum gestorum apparatum promittit. Nonnus autem Panopolita mortem ipsam πορφύρεον θάνατον appellat, nimirum purpuream mortem, quod etiam Homerus ita nominauit, Virgiliúsque similiter purpureã fati metam dixit. Quod sanè non ideo ita est sentiendum, quemadmodũ nonnulli interpretantur, scilicet ita illam mortẽ vocari, quæ unico ictu infertur, ducta origine à tinctoribus, qui purpuras ita occidunt, quo præstantior ita occisis color exprimatur. Quod etiã carmen in Alexandrum Magnum objectũ fuit, cùm maximam purpuræ copiam Ionibus imperavit. Sed revera purpuream mortem dici, iam ab illis sæculis oraculum divinum fuit, vt sic vocaretur, non ob aliud, quàm quia hunc purpuratum virum erat injustè interfectura, à quo & nomen assumptura crederetur, tanquam quæ egregium quoddam facinus in hoc immanissimo

cupata, ut inde nomine ſumpto, triumphi compellationem aſſumeret, & ſibi jam in perpetuum hoc inſigne nomen proprium eſſet. Eſt quidem nunc ingens luctus cauſa pauperibus, quorum greges quamplurimos hic princeps alebat quotidie, quibúſque bonam opum vim largiebatur, quos ſuarum divitiarum participes ſemper habebat. Quanto enim ampliores in illo erant divitiæ, tanto acrius in pauperes erat ſtudium, & proclivitas hilarior. In divitijs magna fortunæ manus oſtenditur, in illorum verò uſu ingens animi magnitudo manifeſtatur, & in ipſarum æqua, & legitima largitione perfectiſſimum cordis ſtudium ſemper ſubſtat. Divitiæ dona fortunæ ſunt, illarum juſta diſtributio munifici animi eſt præſtantia. Non cuſtodia & poſſeſſio illarum fœlicem facit: ſed illarum erogatio. Quoniam divitiæ ſi in clavis obſitis recōduntur ſcrinijs, & in domorum angulis occultantur, in eandem deveniunt occultationem naturæ & miſeriam, quam in ipſo terræ utero habebant, & in ipſis metalliferis venis conſervabant, in quibus abſconditæ prius perſiſtebant, & quaſi in altis, & inconditis tributis, & in ſalebroſis antris jacebant. Profluxerunt autem in lucem hominum ſtudio, ut in hominum ſtudium ſemper in luce verſarentur, & tanto apparerent præſtantiores, quanto communiores omnibus eſſent, quas natura nulli præcipuè aſſignavit, nulli dedit ut domino, ſed omnibus illas produxit, quemadmodum Sol omnibus oritur, qui illas ſuis rutilantibus radijs procreat. In divitijs illa gloria ſita eſt,

quæ liberalitatem ſequitur. Liberalitas ad animi magnitudinem pertinet, animi magnitudo illam mentis oſtendit divinitatem, quæ proximè ad deos accedit, quoniam læta quadam benevolentia liberalitas ſemper ſociatur, quæ cœlitum propria eſt, & non niſi penè cœleſtes animos hanc conſequitur. Et quorum eſt amplior poſſeſſio, liberalitas etiã major eſſe debet, nam ubi liberalitas copiam reſpicit, poſſidendi cauſam facit majorem. Ille verè liberaliter dat, qui non putat amplius poſſidere quæ dederit, ſed ultrò dedit, ut doni poſſeſſio alterius ſit gloria ſua. Hanc gloriam, quam terra ſuam poteſt appellare, ampliſſimus Cardinalis nimium eſt conſequutus, nam omnes populi ordines ejus ſunt experti munificentiam, qua nunc deſtituti in perpetuo luctu, & mœrore contabeſcunt. Amiſſio enim bonorum miſeros animos ſemper arguit, illóſque infœliciter deprimit. Quare tanti principis amiſſio, amiſſio fuit omnium bonorum, quæ populus ſibi habere poterat. Quæ bona in bono principe ita erant, tanquam in ſuo loco ſita, tanquam in ſuo theſauro recondita, ex quo prodierunt in omnes, in omnéſque derivata profluxerunt. Continebit lachrymas populus nunquam, nunquam non flebit, non lamentari deſinet ullo tempore, qui in omne tempus ſic deſertus perſiſtit, ſic deſtitutus jacet. Portus enim erat, & refugium miſerorum, etiam & opulentorum oblectamentum, quoniam in omnes communis ejus erat animus, ad quæque gaudia promptus, ad quæque principe digniſſima natus. Il-

tus. Illud enim totis viribus fuit consequutus, quod D. Gregorius Nazianzenus in tetrastichis scribit, quod Latinè in hunc modum sonat:

Depelle cuncta, sint opes solus tibi
Christus. Tua, quas porrigis, non sunt opes,
Si cuncta non vis, maximam partem dato,
Si ne hoc quidem vis, quæ redundant, eroga.

Qui Christum sibi assumit, omnes opum cumulos contemnit, nullóque in pretio habet quidquid in terra pretiosissimum est. Ille equidem verus est thesaurus, qui animæ plenam tribuit gaudij abundantiam, quíque omnem rerum menti eripit inopiam, quales sunt ipsæ Christi divitiæ, quæ omni ex parte plenæ, & exuperantes sunt, & harum possessorem divina quadam supellectile ditant, & cœlestibus quibusdam amplificant gazis. In hoc enim posita est tota humanæ vitæ fœlicitas, nempe ut Christum qui pius est & religiosus lucrifaciat & ipsas Christi stipes, nempe Charitum dona, tanquam divinas & cœlestes amplectatur divitias. Qui enim Christi sequitur vestigia, non in fulvi auri fulgore, non in nivei metalli abundantia, non in gemmarum candentibus globulis suam spem, animúmque collocat. Hæc enim vilescunt omnia, nimiúmque torpent coram illis bonis uberrimi, & empyrei thesauri, quæ Deus illis impertitur, qui æqua vitæ norma totam legum trutinam ponderarunt, & æqualibus & justis religionis lancibus totum justitiæ pondus constituerunt. Horum etenim vita sancta est, spectati & recti mores, aurea & justa verba, etiam & cogitatio-

nes cœlestes. Nulla enim divitiarum copia in terreno hujus vitæ campo hominibus satis esse possunt, qui cœlestibus inhiant thesauris, qui omnia, quæ inquirunt, cœlestia sunt, qui illuc cordis cogitata emittunt ubi Christi subsistit pietas. Quoniam verus humanarum rerum contemptus cœlestium munerum affectatio quædam est. Est equidem certa divitiarum materia illi, qui multa virtutum scatet segete: Vitæ sunt equidem ornamenta, non hujus caducæ, & momentaneæ, sed sempiternæ & cœlestis, ipsæ virtutes, quas & ipsa cœlorum machina prospectat, veretur, colit. Christiadum equidem religio in neglectu rerum caducarum consistit, quoniam quæ caduca sunt, quod fundamentum, quam firmitatem, quod stabilimentum, ad ea quæ nunquam sunt peritura, possunt præbere? Suppeditat enim sola virtus quidquid immortalitate potest vigere, & quidquid vivifici ævi longitudine nullum glorificæ possessionis terminum metitur. Ea est bonitatis vis, eáque virtutis præstantia, ut sola in hac lachrymarum valle si quid immortale dari potest, immortale efficiat, si non vitæ diuturnitate, at saltem nominis ævo, & famæ gloria. Hæc equidem modo Guzmaniaca quadam ratione sub proprio principis nomine per universum orbis globum insplendescit, & quas potest conferre rerum lætitias cũctorũ cordibus immittit. Socia enim erat huic Illustrissimo Cardinali hæc virtutum radijs enata gloria, quæ vibrantibus inter sese favillis tanto coruscabat in ejus vita, splendore, ut quéque pos-

que poſſet cæcum reddere, niſi aquilæ perſpicacia, & acie quadam lyncea præditus eſſet. Caligant enim aliquando mentes, quando alicujus principis viri ſplendentes mores pleno non poſſunt percipere ſenſu. Et quemadmodum cùm aliquis inopinato nutantes oculorum pupillas in magnam cœlitus emiſſæ nivis effuſionem declinat, ſtatim non tantum frigore, ſed candore illo ſupremo tota igniti luminis potentia diſgregata cæcutit, & quaſi quadam caligine titubantibus cilijs oculi omnino deficiunt, torpent, claudun-tur. Ita quidem conſpicere flammeam virtutum ſpeciem, quæ vel latet in perfectis puri cujuſdam cordis actionibus, nihil aliud quidem eſt, quàm toto mentis lumine dehiſcere, & fatiſcenti animi ſenſu collabi. Nequeunt enim naturæ vires præfinitam ſibi legem tranſilire: hæc eſt, nihil niſi humanum poſſe adipiſci aliquem, & quod divinum eſt, nullo modo attingere. Sic ergo virtus nunquam pleno intuitu, ubi plena ipſa fulget, oculos patitur ipſam conſpicere, quin conniventibus radijs paſſim claudantur, labantur penitus, & nulla viſus certitudine deferantur. Hæc verum illud ſpeculum eſt, quod ſemper hic ampliſſimus Cardinalis videbat, illo ſuos componebat mores, & vitæ totum comebat modum. Quod inde facile colligere poſſum, quod mors illum tunc aggredi auſa eſt, quando aptiorem ejus virtutem ad altiora ſydera conſpexit. Etiam quidem divina providentia hoc in ejus interitu proſpexit, ut tunc tantus Princeps mortem appeteret, quando poſſet in æternam ſe transferre

vitam, & beatos cælitum percurrere cætus, & per Elysios illos summæ beatitudinis campos perambulare. Consequens enim est, vt qui inter Purpuratos patres fuit ascitus, etiam inter æternæ vitæ Senatores locum habeat. Nec id quidē vel aliquo pacto negare potest vitæ anteactæ ratio, adolescentiæ compositæ studium, nobilitatis perfectio, religionis pietas, animi benignitas, benefica in cūctos natura, & facilis in omnes beneficiorū elargitio. Alia autē quāplurima recensere quis calamo vel ferreo poterit, ubi propria silentij vis totam laudum apparat excellentiam, & copiam? Præstat enim aliquando potius tacere, quàm etiamsi plura quis loquatur, non loqui omnia, quæ ad ea conducunt, quæ ad propositum pertinent encomium. Consensus enim est laudum, accommodum & utile silentiū, altior laus assurgit, ubi profundius silentium obmutescentibus omnino labris prorsus quiescit. Nec aliter tanti Cardinalis merita potest vel aliqua prosequi oratio, quam si occluso vocis spiritu, & sermonis flatu, non modo non incipiat laudare, quod plenius fieri non potest, verumetiam nec incepisse existimet, ubi justum & debitum exitum non pôterit inuenire. Sic equidem mors hujus Principis occidit vitam, vt similiter omniū laudum spiraculum, ob tantarum virtutum admirationem, ob tot gestorum gloriam, ob nobilitatis splendorem tam eximium prorsus peremerit, depulerit, abjecerit. Æquo enim pede calcata fuit Cardinalis illustrissimi vita, ac omnium vitalis anhelitus, quo in ejus laudes veluti sitibū-

do

do quodam pectore ferebantur. Fieri autem non potest ut aliquo naturæ gressu oratio assurgat, ubi tota laudandi, & dicendi vis, ob summam copiam, & meritorum segetem mirificam prorsus languet, & nullo consistit robore. In hoc etiam mors ipsa potentissima quidem fuit, nam non solum illi vitam eripuit, verumetiam nobis omnem eloquendi facultatem abstraxit, omnémq; subripuit laudandi conatum, mentem veluti stupefactam immaturæ mortis doloribus reddidit, linguam forti quodam silentij miraculo compescuit, animum coercuit ad encomia anhelantem, & inundantem prorsus encomiorum fluuium nullis orationis viribus tranabilem fecit, cujus vada tam alto constituit gurgite, vt nec vel Gigas immensus, quin omnino submergatur, transilire ad tutam littorum partem tutò poterit. Vis est virtutis immensa, illa quidem, quæ in hoc Principe effulgebat, cum tantos naturæ prorsus vincat impetus, & omnium aciem retundat, nec locum det alium congruum, vt si quid meritò in laudes exequi ausus fuerit, id consequatur, id peragat, id absoluat. Potest enim omnium audacia aliquid suscipere, sed non potest quidpiam absolutis numeris perficere, dum necesse est, ut virtutum mole comprimatur, & gloriæ nominis ingēti pondere dejiciatur. Non enim datur proportio æqua, si respicimus ingentem virtutum machinam, & imbecillos virium languores, illa enim sic altius se extendit in æthera, quantum & illic ad ima prorsus deprimitur, & tanto dejicitur profūdius, quātus est conatus, quo ingenij

ſtudium illam aſſequi nititur velocitatem, quam volitantibus meritorum pennis tota virtutum pernicitas & celeritas impensè peragit. Facilis verò eſt ruina & lapſus illi qui præter virium potentiam illa aggreditur, ad quæ prorſus impar oſtenditur. Nam fracto naturæ ſtudio omnes etiã audendi nervi debilitantur, franguntur, & quovis minuuntur labore. Excuſatio ergo meæ linguæ prorſus nunc omnibus patet, ſi quæ audacter voluit aggredi, fortunatè non abſoluerit, imo nec attigerit feliciter, vel parum tantùm libauerit. Nec vlla cuivis ſubeſt reprehenſionis cauſa, ubi eſt facilis excuſationis materia, & debitus cunctos invadit pudor, qui debito quodã naturæ robore in omnes ruborem ſuffundit, & audaciæ manifeſtat niſum, ſed imbecillitatis arguit languorem, & animi omnem hebetat acuminis perſpicaciam. Nulli enim ineſſe poteſt fiducia, tanto firmata audaciæ ſtabilimento, vt ſi hujus Principis laudum provinciam ſuſceperit, ſecum reputet ſuſceptum facile ſibi eſſe munus, etſi facile ad illud exiſtimet dignè poſſe ſe accingere. Milonis verò illius audaciam omnes intentant, qui iam effœtis mentis viribus hanc prædicationum validiſſimam arborem temerarijs quidem manibus arbitrantur perfringere. Ille enim audentiori conatu, cùm juvenilibus pollere viribus cenſeret, animo deceptus abſciſſam venis quibuſdam arborem, manibus arripuit, & per ſectionum rimulas audaces immiſit digitos, diſijcere & diſrumpere tentat truncum ætate duratum, humo-

re

re constrictum, & ligneo quodam robore constipatum. Cessit parumper quidem lignum, sed vt fortius perfringentes digitos comprimeret, parvo quodam dehiscit hiatu, scindi patitur; & dissecari sustinet, sed in medio hujus actionis instituto tota illa ligni moles robustiùs restitit, obsistit reluctantius, & languentes lacertorum vlnas intus includit, fortius alligat, & vehementius conjungit. Hæsit miser Milo, & nec truncum admovere potuit, nec digitos in scissuram immissos extrahere. Sensit se victum, & trunco hærere cogitur, dum illum superare non valuit. Illi verò adjunctus, trunco miserabilior fuit, imò truncus ipse mansit, præda lupis, & esca canibus & vulturibus pabulum. Hanc miseram conditionem sibi contrahit, qui robustum hujus Principis suscipere laudum conatur laborem. Manus admovet operi (fateor) viam ingreditur, Musarum implorat auxilium, loqui incipit, sed incipit tantum, nam in altum præconiorum pelagus progredi nulli datur. Sic ego etiam si existimem vastam quorundam verborum multitudinem in ingentem laudum aceruum componere, solum incepisse fatebor, non processisse, & semper in ipso limine consistere, non in vestibulum intrare. Cujuscunque enim etiam vel sapientissimi & eloquentissimi viri studium cùm tantam provinciam tentaverit aggredi, semper in principio erit, sempérque in ipsa laudum janua hiscens fatiscenti ore torpebit, & quod in hoc magis est, satis erit inchoasse, si ad inchoandum alicui vel aliquis aditus aperitur. Difficultas enim quemque

terret, detrudit magnitudo, quanto magis allicit Principis virtus, & humanitatis eius cogit præstantia. Et in hoc quidem fortis viri est trepidare, prudentis timere, & sapientis omnino terga vertere. Nam hîc fuga non dedecus est, sed aggressionis præmium. Quoniam non alia merces præstantior inveniri potest audenti, ubi ad id quod audet impar est, quàm posse facilem sibi invenire facultatem fugiendi. Nam stupor materiæ, tā est laudum admiratio, quàm causa fugæ. Hoc autem ego in mea hac audacia confiteor fuisse professum, nempe non dicendo voluisse extollere, sed extollendo intentasse fugere. Flectuntur enim humeri pondere, curvantur pectora sarcina, turbatur ingenium rerum vastitate. Tunc enim perfectior erit encomiorum descriptio, quando in tanti Principis virtutes sola admiratio conticebit, quoniam tunc silentium est certius, quando euidentior est admirationis magnitudo. Omnia equidem magna fuerunt in hoc amplissimo Cardinali, nihilque in illo natura minimum constituit, in quo vel ipse adolescentiæ cursus tāto senilis consilij assurrexit volatu, vt Nestorei pectoris superaret prudētiam, Palladisque ipsum excederet institutum, & totum animo referret Catonem. Si respicimus autem religionis integritatem, totam in illo inueniemus vitæ summā religionis gressibus circumscriptam, pietatis normæ conflatam, & Christi summi, & æterni Patris Filij legibus compositam. Magna in illo erat morum canities, non albèdine temporum, sed virtutum candore. Anima ejus in juvenili corpore penè

penè nihil ſapiebat terrenum, cuncta ſecum cæleſtia redolebat, in ſublimia ferebatur, in ſolis ipſius clariſſimos radios tendebat. Omnes mentis cogitationes ita magnæ in ſuo ſpeculationum volatu exiſtebant, vt vix totum Vniuerſi ambitum illas cuperet, nam in Dei altos effundebantur receſſus, divina perſcrutabantur arcana, & ſyderea illa prata perambulabant In rebus enim humanis ita parum conſiſtebat ejus mens, quantum & ejus vita perſtitit, quæ relictis humanis fraudibus ſpretis hominum honoribus, neglectis terreſtrium ſpolijs ad æthera ſe ſuſtulit, petivit æterna, & inter cælites annumerari ſtuduit. Hoc enim iam ab illo magno Domino Guzmanio, tota Guzmania familia ſemper habuit, vt ejus ſequens veſtigia, calcatis humanarum rerum ſpinis, aſtra terere contendat, cæleſtia ſubire, divináque toto conatu tenere. Hoc ingens ſtudiũ inſitum in hoc magno viro ita fuit, vt non tantũ quia ipſum magnum erat, magnũ fuit, ſed quoniam in ipſo nonniſi magnum eſſe poterat, cujus animi magnitudine amplificabatur, augebatur, accreſcebat. Magna benignitas in omnes, vt fermè communi amplexu ſemper quaſi in ſinu aſtringeret populum, & quaſi in gremio nutriret. Procliuitas autem ad magna, magna fuit, ex quo magna perſtitit in mundo clades, & ærumna ob ejus mortem, quoniam neceſſe erat ut magnum eſſet detrimentum ejus amiſſione, cujus præſentia magna erat utilitas, magnúmque emolumentum. Et miſeriam populi id facit magnam in ejus exitu, quod magnam conſtituebat fœlicita-

Epitaphium.

VErtitur in terram lapsus sub viscere terræ,
Viscere qui terræ natus ad alta fuit.
Ascendit, ceciditque simul, cursúque sub uno
Vivens, & moriens hic cadit, atque volat.

Aliud.

COnditur hoc tumulo, decorat quem purpura, Princeps,
Condere cui poterat purpura sola jubar.

Aliud.

HIc situs est toto clarus GUZMANIUS *orbe,*
Nullo namque potest ipse jacere situ:
Orbis percurrit supremos nomine tractus,
Nullo nam nescit jure jacere sibi.

Aliud.

COnspice si ipse potes terris sita membra viator,
Cujus virtutes ipse videre potes.
Has cernes gestis, oculis quæ viva patescunt:
Hæc nam sola solo non potuere mori.

Aliud.

SI quid habet tellus quod possis denique flere;
Nil majus tanto nunc habet ipsa viro.
Nam periit juvenis viridi sub flore juventæ,
Cui flos, & fructus nec fuit omnis idem.

Aliud.

VItæ nobilitas sæva est hic morte perempta;
Nam poterat vinci non nisi sævitie.

Sævities immensa fuit morte illa ferire
Corda viri, terris qui jubar omne dedit.

Epitaphium.

NOn est cur cessent totum lamenta per orbem,
Nã hoc lapso, cunctos Principe luctus habet.
Ecce jacet, quoniam potuit jam forte jacere,
Supremo quoniam jam sibi jure stetit.

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS,

AD

ILLVSTRISSIMVM & Reverendißimum Principem D. FRANCISCVM BARBERINVM *Cardinalem Legatum S. D. N. Vrbani VIII. Pontificis Opt. Maximi.*

Vincentij Marinerij Valentini

PRÆFATIO.

INGENTI conſcripta tibi modò carmina ſurgunt:
Nam te majorem carmen habere nequit:
Laudes,quas poſſunt vero ſermone refundunt,
Ad laudes ſemper ſtant nimis ora tuas.
Ut quando Phœbus ſurgenti lumine fulget,
Lampada flammiferis devehit ille rotis.
Atque diem claro componit clarus Olympo,
Et purâ mundus ſtat face totus ovans.
Sic te nato etiam laudum præceptor Apollo,
Laudibus aſſulſit ſemper ubique tuis.
Ipſe hominum linguas ſacro movet aureus ore,
Et nunquam mutus vel tua geſta tacet.
Compellunt linguas,& maxima corda virorum,
Virtutum ſacro quæ geris aſtra ſinu.
Horum lux etenim tenebris nequit ipſa perire:
Nam tenebras proprio qualibet igne fugat.
Atque ideò tanto coguntur lumine cuncti,
Geſta ut jam poſſit nemo ſilere tua.
Eſt equidem virtutis opus lux maxima laudum,
Atque ubi ſtat virtus laus ibi clara viget.
Hoc natura ſuis ſtatuit jam legibus alta,
Ut nequeat virtus ſola perire nitens.
Non ita perflanti navis ſecat æquora vento,
Virtute ut laudes æthera ſæpe petunt.
Flatibus his ſemper volitant incomia magnis,
Dum virtus tanto flamine ſtare nequit.

Nec

Nec poterat jam ſermo tibi non ſurgere præceps
Ejus qui tanto carbaſa jure moves.
Hoc ſolum fateor, laudes non ſumere vires
Greſſu, quæ languent oris ubique ſui.
Ora nec eſſe queunt jam tanto robore ſumma,
Sufficere ut poſſint laudibus ulla tuis.
Nec mirum eſſe puto linguæ tot jura deeſſe,
Cum laudum egregium ſemper abundat opus.
Hoc, Princeps, modò ſorte vide, non germina ſemper,
Telluris liquido rore madere ſibi.
Æſtu nam Solis quandoque ardentius arent,
Et lapſo ramis tunc quoque flore perit.
Sic urunt tua facta quidem flammantia mentes,
Areat ut radijs lingua vel ipſa tuis.
Principis hoc magni eſt, laudum ſuperare cacumen,
Quod proprio ſemper ſtat tibi jure nimis.
Nam ſuperas, vincis, frangis, quatis, abjicis, urges;
Sic laudum vires, ut tibi deficiant.
Solúmque ars aptat te ſolum noſcere verbis,
Verbis quæ, ut fas eſt, te tamen una canit.
Nuncque tubæ ſimilis reſonat mea lingua viciſſim
Quæ velut eſt flatus, ſic dat & ore ſonum.
Turbas te nimium, labuntur pectore ſenſus,
Nec poſſunt propria ſurgere verba via.
Iam quale hoc fuerit carmen, te ſed tamen optat
Si cadit à ſummo nunc quoque monte cadit,
Nec decus amittit ſi forſan labitur ipſum,
Eſt labi à tanto culmine namque decus.
Culmine te in ſummo, & radice te invenit ima:
Nam tua ſic fœlix eſt ubicunque manus.
Ergo fœlici nunc ſurgunt carmina voce,
Fœlici quoniam nunc quoque voce cadunt.

Sunt ubi sic igitur fœlicia cuncta: quid ultra?
Sive cadam aut surgam, te tamen ipse canam,
Princeps; hæc mitto, tu sacris auribus audi;
Si audis, hoc carmen munere majus erit.
Auditu sunt namq; tuo mihi carmina pulchra:
Namq; tua carmen sumit ab aure jubar.
Non alia at mihi major erit præstantia sortis,
Aures quàm versus posse ferire tuas.
Illis adveniet quidquid tibi substat amœnum,
Queis, cùm suscipies, cuncta suprema dabis.
Ex capite orta tuo sument sibi munera magna,
Audire ut statues quæ modò mitto tibi,
Quæ ut fortè intrabunt capitis divina per antra,
Altius hinc illo surgere non poterunt.
Se dicent alto consistere in æthere cuncta,
Nam polus his & erit jam caput omne tuum.
Quod cùm nempe sonum sumet jam carminis hujus,
Illi committet quod sibi dulce deest.
Harmonicos modulos, divina & dona capessent,
In te nam accipient quod dare Musa potest.
Quidquid enim magnum referent, vel nobile secum,
Auribus attribuent jam sine lite tuis.
Auditum nunc namq; mea carmina poscunt,
Audiri ut possint maximo in orbe simul.

Vincentij

Vincentij Marinerij Valentini

PANEGYRIS,

AD

ILLVSTRISSIMVM ET Reverendissimum Principem D. FRANCISCUM BARBERINUM Cardinalem Legatum S. D. N. Vrbani VIII. Pontificis Optimi Maximi.

EST nunc, Musa, tibi pleno chorus entheus orbe,
Desilit afflatu summi citus ætheris alto,
Et pede jam niveo terras, poli & atterit astra
Concinno revocátq; tubam numeróque modóque,
Et triplici sacra jura novem modulamine complet.
Aspicit immensum flammanti lumine Phœbum,
Adversáque ciet radiantia sydera fronte,
Dulcifluum & citharæ grato movet ordine plectrum,
Quod læto Pæan tibi concitat undique vultu.
Hunc mihi, Musa, chorum tecum converte potentem
Vocibus & terras resonantibus incute cunctas.
Ora move, quate voce sinus, pete versibus aures,
Atque auram leni tecum preme numine motam.
Nesciat aßuetos nunc Æolus indere flatus,
Nec rapidos pellat perflanti gutture cursus.

Humano est vetitum divinum ascendere culmen,
Est circumscriptum nostris jus viribus ipsum,
Arcet & ingenti quemvis suus impete limes.
Dat sua finitam rebus quoque linea legem.
Velle quidem superare modum, transire viamq́;
Est tandem cunctis certo discrimine labi,
Et præstare nihil, cùm quid præstare necesse est.
Si quid enim natura negat cuicunque, vel unquam
BARBERINE *Iovis fulmen, jubar omneq́; terræ*
Nil magis est equidem quàm te jam tollere laude,
Et laudum deferre tuis encomia gestis,
Et genus antiquum cantu celebrare vel ullo,
Ex quo terra Duces ingenti nomine vidit,
Qui potuere suis æquare & sydera factis,
Invidiæ atque graves nimium quoque frangere dentes,
Hostilésque simul tandem sibi subdere vires,
Cæsareo qui corde altos retulere triumphos,
Et fama culmen cœli supra astra locarunt:
In quo ejus sacris cecinit tota flatibus illos
Cantibus æternis, patuerúntque undique Divis,
Atque fuere stupor cunctis miracula & alta.
Nam BARBERINOS *qui novit, in æthere summos*
Ceu Divos coluit, Divorum ascripsit in albo,
Quos & miratur clari rota maxima Phœbi,
Et nunc terra sua nimium stupet, incita jure
Læta colit, gaudensq́; tenet, jucunda veretur,
Summa illis pariter rerum fastigia tradens
Et rutili objiciens divina cacumina Olympi,
In quo fulgenti tua gens stat vertice magna,
Atque ferit claros gestis splendentibus ignes,
Nomen & æternis fulgescens objicit astris.
Iam, FRANCISCE, *decet cœtum numerare tuorum,*

Qui

Qui gestis sedem tenuerunt diutius altam
Herculeo auspicio, viceruntq; omnia magna,
Et pedibus fudere suis mundi horrida monstra,
Divinisque etiam terras virtutibus ipsas
Implevere omnes, quas nunc miratur ubique,
Quas imitari optat, quas totis viribus auget,
Quas vehit in cœlos, quibus hæ cecidere micantes,
Et quæ immortales referunt ubicunque triumphos.
Sed modò jam numerus tantam nequit indere molem,
Ut numerare potest cœli nemo astra nitentis:
Nam vires mentis superant, numerumq; vel ipsum:
Sicq; tuum genus haud est hîc includere verbis.
Sed si quis proprijs tantam audet viribus Hydram
Expugnare potens, validisque retundere telis,
Assumat socium, flammanti qui inserat igne
Sæpe facem capiti, cui laudum subjicit ensem
Non ut proscindat, sed clarè ut tollat honore:
Non ut diffundat, sed verbis laudet ut altis.
Hic autem ut præstet tantam sub robore molem,
Et numerare tuas possit modulamine laudes,
Hic numeret siquidem flammantis sydera cœli,
In quibus omne tuum claro genus emicat igne:
Sic præstabit idem numerans cœlestia tecta,
Atque tuos numerans tectis cœlestibus actos,
Interq; astra micant qui cœli ut Numina magna,
Et nunc terrarum nimium moderantur habenas
Quas virtute manus, virtutis & omine claro
E cœlo sumunt pendentes numine Divûm,
Atq; in Divorum dimittunt jura potentum.
Non est cur primam studeam jam extollere sedem,
In qua jura Petri tuus altus Avunculus urget,
Et Christi speciem toto sub robore ducit.

Clavibus hic cœli clauditque aperítque vicissim
Ostia terrarum, cœlestia & ostia magna,
Quorum divino strident sub cardine Divi,
Et firmant summos rutilantia limina cœlos,
Accipiúntque Dei divina cacumina valvæ,
Hanc sedem virtus solum sibi suscipit una,
Et vox summa Dei proprio quasi nomine signat,
In quem constituit cœlorum splendida jura,
Roboris & proprij statuit fundamina clara,
Et nomen posuit mutato nomine magnum.
Quis dubitat Christum jam tanto in pectore inesse
Ejus, quem sedem propriam hic ascivit in altam,
Quémque suo pariter ditavit ubique favore,
Quémque suis opibus nimium decoravit opimis,
Quem splendere facit proprio quoque lumine semper,
Nomine quem magno, magnum fecítque dedítque,
Et primum in terris statuit, cœlóque supremum?
Quod non fecisset, splendens nisi denique virtus
Vrbani tanto nituisset sydere summa,
Illum ut vel deceat jam primâ sede sedere,
Esséque divino in cunctis jam munere primum,
Et nullum vel nosse sibi quem haud viderit infrà,
Majorem quoniam prorsus se cernere nescit,
Qui est cunctis semper toto vel vertice major,
Verius ut dicam, potior vel culmine cœli,
Quo majus nihil esse potest, nil terraq; spectat,
Nec cœlum in terris, quem & cœlum ditat honore,
Est qua parte Dei similis, Deus ipséque terris,
Qua virtute potest semper sibi jura referre
Magna Dei, quæ jura Deus jam contulit illi,
Ejus cùm sobolis terris sibi temperat astra,
Et quæ terra sua nescit, subducere mole.

In ter-

In terra regit ipse quidem nunc sydera summa.
Primus enim triplici nimium quatit omnia sceptro,
Et terras, cælósque altos, summi æquoris undas,
Et quos divino flatus vomit Æolus ore,
Cuncta premit cunctísque jubet, movet ipséq; cuncta
Ore polos, terrásque manu, fert nomine pontum:
Cogit & æterno nimium sibi numine cuncta,
Et nunquam Vrbs Roma tanto fuit omine victrix,
Cæsareos gessit fama cum jure triumphos,
Et mundi dominos peperitq; aluitq; potentes,
Quam modò cùm tanto splendescit Principe tota,
Cùm BARBERINI *clarescit tota trophæis,*
Cúmque tuis Apibus fundit flaventia mella,
Quæ mundum sacrâ mutant dulcedine amarum,
Quæ mundi superant stimulantes viribus œstros,
Atque Aquilas, vincúntque Lupos, pellúntque Dracones,
Et superant gravium nimium fera membra Leonum,
Quæ & famæ varijs flagrantia cerea flammis
Dona ferunt, noctémque arcent, pelluntq; tenebras,
Astra quibus cæli fulgent, telluris & ignes
Æternas retinent cælorum numine vires,
Accensásque faces cumulant sæpè ignibus altas
Florea dum sugunt terris sibi munera Olympi,
Æthereósque cibos dulci sub murmure ducunt,
Cælestiq; struunt semper sibi mella susurro
Non Hyblæa quidem volitant viridaria tandem,
Nec quæ florigera viridans Cyprus irrigat amne
Prata, nec egregijs Pæstana rosaria campis,
Nec quæ fertilibus nutrit juga Thuria ripis.
Sed nec odorifero quæ spirant aëre tecta,
Quæ colit altus Arabs divinus aromate summo,
Et quæ calcato Solis pecus atterit arvo,

Astrea sed cœli fragrantia floribus antra.

Nomen ut ingentem tandem pervaserat orbem
Pontificis summi, concors quem numine cœtus
Horum, quos Tyrium supremè purpurat ostrum.
Iam designavit divina in ovilia Christi,
Tunc tellus læto tremuit concussa trophæo,
Et toto gavisa tulit sibi gaudia mundo,
Extulit in cœlos quas gestat vertice cristas,
Atque affectavit cœli penè astrea jura,
Et non se terram, sed cœlum censuit esse,
Dum tanto ditata Deo divina nitescit,
Et dum fulgescit tanto quoque Principe fœlix,
Insonuit noméq; tuum, genus atq; tuorum
Immensum semper Divumq; hominumq; per auras,
Obstupuit tellus, sed læto se extulit ore,
Et BARBERINOS *totis complexa lacertis*
Læta viget, lætánsq; boat, strepit undique læta,
Et nil lætitiam non defert denique secum
Qua sibi prata rigat, vitæ ditatq; favore,
Et pleno mittit lucrum sibi fertile cornu,
Quo cuncti viguere simul ceu numine læti,
Et se mortales sacro implevere decore
Omine ceu cuncti immortali sæpius aucti:
Ut patuit tanti sonus alto nominis orbe
Atque tuos retulit sacratis vocibus ortus,
Inq; hoc divinum persenserat undique numen,
Et jam venturi prospexerat aurea sæcli
Tempora, quæ tecum ducunt promissa Sibyllæ
Summa tuo quæ pulchra sinu florentque paténtque,
Et penè æthereos nituntur adire triumphos,
Et jam cœlesti jactari nomine secum,
Dum tecum cœleste tenent, nomenq; jubárque,

Et te-

Et tecum cœleste petunt numénque solúmque.
Tecum fama sinus volitans penetravit Eoos,
Hesperiosq; simul percurrit concita tractus,
Extremos orbis gressus terit impete fines
Ætheris & vacuum spatiumq; locúmq; subivit,
Supremi & tetigit flammantia tecta Tonantis,
Téq; vehit, te tota sonat, téque instrepit una,
Atque tuo solum mundi quatit omine campos,
Threicio tua gesta canit modulamine summa,
Sydereamq; lyram sacro ferit ordine plectri
Concussis resonans tua gesta micantia nervis,
Atque tuum cogit flatus dare nomen ubique,
Atque tuo perflare simul quoque nomine cunctos
Atque referre tuis ingentia pectora factis.
Gallica jam tellus te magnum maxima novit,
Te vidit, stupuitq; videns gens inclyta cuncta
Quæ correpta tuo, tibi se subjecit, amore
Te coluit, multóq; tulit super astra boatu,
Et mirata tuos nimium stetit undique gressus,
Oráque laxatis in laudes solvit habenis.
Cuncta tuo instrepuere quidem sub nomine quassa,
Et BARBERINUM *Galli dabat ore voluptas.*
Undiq; jam crebro sonuit quoq; murmure mundus:
Et qua Gallus item prono te protulit ore,
Vicinus toto fundebat pectore Belga,
Et lato compulsa simul Germania labro,
Et Scythici colles, undiq; strepentibus Ister.
Et Garamantis opes plenè tua gesta dedere:
Indus nec tacuit, vel quodvis clima remotum,
Et totus rupit diuturna silentia mundus.
In te versa patent cunctorum promptius ora,
Et nihil inspiciunt quàm te hic intentius omnes:

Hunc nam fulgorem, quem toto corpore fundis,
Divinum redolere probant sine limite numen,
Sic secum cœli suprema charismata gestat
Ut cogat, pariterque trahat, vincatque, prematq;
Pectora cunctorum, cunctorúmque ora vicissim.
Qui te voce colunt, divina & laude sequuntur,
Et te ut divinum semper mirantur in orbe.
Nam prima tu ætate refers prudentia corda
Nestoris, & triplex superas quoque casibus ævum,
Palladis in gremio fueris quasi lacte nutritus,
Et Charitum pariter sacra pectora suxeris ipse.
Harum ut pressisse affirmem tua labra papillas,
Quamvis virgineo subsistunt pectore cunctæ:
Distillat divina tuis nam gratia labris:
Quæque Apibus das mella tuis, hæc moribus offers,
Hæc sermone vomis, sacris gestísq; refundis,
Vt nil non tecum pateat nisi denique dulce
Nomen, sermo, sinus, numen, genus, aura, potestas,
Et tua quæ tacito nimium gesta occulis igne,
Quæ famæ insplendent totum face nota per orbem,
Obscurántque Ducum fulgentia nomine gesta,
Atque tuo solum dant munera, jure futuris
In te animis sæpe incumbunt qui forte citatis,
Atque salutabunt supremo denique honore,
Cujus dásque modo nascentes pectore flammas,
Quas natura suo semper fovet igne benigna,
Et quas vel Phaëthon tibi jam curru invidet alto;
Qualis tota tuo persistit Iberia vultu,
Quis dicet? quis voce dabit? quis carmine scribet?
Ipsa quidem proprijs lingua est sermonibus ingens,
Quæ fecit, ut resonet, mundum velut omne palatum,
Suscipit & cœli resonantia guttura clari,

Et Phæ-

Et Phœbi halantes condit sibi pectore flatus:
Sic & Apollineum verbis tibi nuntiat omen.
In tanto adventu nimium nequit illa silere,
Nec poterat pressis tandem consistere labris:
Nam tu labra moves vel cuncta tacentia solus,
Quamvis in laudes sunt ipsa silentia tantas:
Namq; ubi nil æquum potuit natura referre
Quod par esse queat magnis vel laudibus unquam,
Est potius tacito nil dicere pectore tandem,
Quàm imperfecta equidem in laudes proripere voces;
Nam seges egregijs meritis tota aurea laudum
Hic meritis æquata tuis est denique nulla.
Nulla subest vis tanta viris, & nulla facultas,
Sed mutis cuncti potius tunc faucibus hærent,
Etsi difficile est animis hærere supremis.
Romanum Imperium cum Aquilis splendebat avitis;
Et totum assumpsit, pressitq; volatibus orbem,
Quà exoritur Phœbus curru quáque occidit ipse,
Iam tua præsago novit conamina sensu.
Atque Aquilas, fuerant quæ alto gestamina ligno;
Nunc in Apes sensit mutandas proprius ipsas,
Et dulces secum sumpturas alitis escas.
Tunc etenim rapido signabant sceptra volatu,
Armorum & curvis rapturas unguibus alta,
Victuràsque orbes nullo sub jure rapinis
Omnia prædanti rapuerunt Marte vicissim,
Et spolijs equidem dictarunt grandibus arces,
Et quidquid Romanus erat, fuit undique præda
Præda armis, & præda bonis, & præda triumphis;
At nunc converso subsistunt omnia fato.
Nam nil nunc Aquilæ rapiunt curvamine rostri
Atque Aquilæ nil forsan habent, nisi nomina magna

Quæ superant, mundíque terunt fastigia cuncti,
Sed sunt semper Apes, sacra dulcedine mites
Quæ clypeis dant mella tuis, non bella cruenta
Atque fovent dulci terrarum jugera flore
Cujus sumpserunt rorantia munera cœlo
Atque brevi stimulo, terrarum in jura locarunt,
Quæ non ad morsus acuunt sua spicula diros,
Sed dulcis sub jure favi dant pabula vitæ,
Divino & terras distendunt nectare cunctas,
Atque Lupæ rapidos detorquent gutture dentes,
Romuleis qui bella struunt horrentia telis,
Et vasto incutiunt Mavortia prælia mundo,
Sanguineo quæ cuncta terunt ubicunque furore,
Quo cruor excussus nimium inficit undique membra,
Et largo terræ rigat omnes vulnere campos,
Et pacis nomen torpet, stant jura nec æqui
Frugibus & tellus totis privata dehiscit
Nec virides noscit florenti germine fructus
Nec tunc pacis habet mellitos flore sapores
Quos Apibus nunc ipse tuis vehis inde nutritos
Et facili tecum demonstras undiq; more,
Dulcia quo cunctis cœli jam pabula defers,
Inq; animos mellita omnes tua pectora vertis
Dulcifluo in vitam sacróque scatentia pastu,
Atque favis Sophiæ madefacta fluentibus alta.
Ut radice ima in cœlos viridantia surgunt
Germina, frondenti quæ complent aëra ramo,
Floreq; odorifero frondentia brachia pingunt,
Et folijs texunt truncos strepitantibus omnes,
Gemmanti & fructus producunt caule cupitos:
Non aliter viridi tua surgunt gesta juventa,
In qua virtutis summa radicibus hæret

Nobilis-

Nobilitas, quæ sola parem vix noscit in orbe;
Illa equidem antiquo proavorum germine floret,
Orbéque vel toto distenditur una vicissim,
Et caput attollit quà Phœbus pervolat axem,
Auratísque orbem radijs fovet undique totum
Æmula vel Phœbo splendet tua maxima virtus,
Nobilitate micans, radijs rutilantibus ardens,
Sic ut vel Phœbi obscuret sacra lumina clari,
Et nullam tenebris noscat nigrantibus umbram,
Ex illa siquidem summo tibi pullulat ortu
Gestorum numerus, generis quoque clara propago,
Quæ latus & Phœbi comitatur lumine fulgens,
Et Phœbo socio pulchras vocat una sorores,
Allicit & blando semper lenimine mentis,
Quas tua nobilitas generi conjunxit avito,
Etsi formoso Musarum numine quondam
Virtus fulgebat claris tua fascibus aucta,
Et trabeata aliis præfulsit honoribus una,
Una omnes vicit rerum molimine casus,
Una micans cœli nimium clara astra petivit,
Et te constituit supremo in culmine rerum,
Quem superare nequit virtutis pondere nemo,
Et nemo æqualem tibi se dabit inclytus unquam,
Cùm superes quemcunque velis, quoscunque peroptas
Tum generis radijs, quo nil est charius orbe,
Tum radijs virtutis item, quibus æthera tranas.
Hæc, hæc sunt rerum nimium præstantia jura,
Hæc est vera quidem naturæ gloria clara,
Est ubi nil fictum, mendax nilq; extat & horrens,
Syncero sed tota nitet sibi lumine virtus,
Et nullâ Solem generis dat denique nube.
Quam sæpè ignorat virtus quæ est nobilis ipsa,

Et verâ semper secum micat undique sede,
Rara quidem in terris, similis quoque rarior ulla est,
Hinc BARBERINI *cœlo jubar eminet alto*
Et nunc Pontificis se tollit numine in astra,
Omnibus & terris pariter tunc astra daturum,
Quas face ditat ovans, decorat quas lumine Phœbi,
Et summo Christi nimium munimine complet.
Quem sibi jure refert, quem nunc quoque sede resignat;
Quo majus nihil orbis habet, nihil obtinet axis,
Æthereos cujus deducit pectore vultus.
Est montis natura quidem sublimior, arvis
Eminet, & rerum prægnanti viscere condit
Divitias fulvo fulgentes sæpè metallo,
Atque inter scopulos currentia stagna strepescunt,
Et liquidis rident fontes jucundius undis
Nympharum sedes, Faunis domus, ampláque cunctis
Saxosas condunt natura viribus ædes.
Occulit altus ubi genitor miracula multa,
Unde fluunt rerum sacris mysteria factis.
Hanc solus Princeps imitaris limite nullo
Naturam montis, montis qui culmina deſers,
Qui mons es rerum toto sublimior orbe.
Virtutis qui altas condis tibi denique sedes,
Et generis summo qui gesta cacumine patras
Quo tangis cœlos, superas quo sydera cœli,
Et loca sueta quidem Phœbo rapis ipse micanti,
Atque alios currus cogis Phaëthonta subire,
Te quasi vel solum perquirat lumine Phœbus,
Et tua velle sibi demonstret lumina ferre
Alta, quibus nimium splendescens deferat astra,
Et quibus ostendat vita, mortalibus, auram,
Qua spirent, cœlíque fruantur flatibus ipsis.

In te nil montis non defers undique summum,
In te si aspicimus claris jubar ignibus ardens,
Queis penetras quæcunque sibi natura recondit,
Et Sophiæ claræ ambages tu detegis unus,
Cujus & immensos thesauros pectore claudis,
Ingenij referas quos semper viribus omnes
Dum divina chori tecum petis antra supremi,
Atque novem solus Phœbi vehis ipse puellas,
Quas virtute trahis, dulci quas cogis amore,
Atque sinu refoves, verbis alis, evehis ore.
Phœbao & tecum complecteris undique jure
Charum ceu frater simili de sanguine cretus,
Et simili genitore satus, Phœbóque parente
Productus, similes referas cum pectore vires,
Musarum & tecum pulchrum decus undique condas:
Et Sophiæ radios oculis diffundis amœnis,
Mente subis, linguaq; offers , factisq; ministras,
Ut citharam Phœbi simili qualis, ipséque plectro
Atque fides tenero detorques pollice dulces,
Semper Apollineum resonans tibi jure decorem,
Quem dum percipiunt, sistunt sibi sydera motus,
Atque oblita poli, immoto te denique gressu
Prospectant, cupiuntq; melos sibi ducere sacrum,
Quo sæpe harmonicam conflas sapientius artem,
Quam Sophiæ stupet ipsa manus, miratur Apollo,
Et quam nemo suo potuit deflectere sensu.
Instar montis enim Sophiæ fastigia servas,
Sylvarum virides surgunt quibus undique campi,
In quibus & Sophia hic jam sua reddidit antra.
Est ubi divinum referens sapientia numen
In te præcipuè divina cacumina ducens:
Nam sublime tibi Musæ decus undique substat,

Excelsos cujus pertransis æthere montes;
Atque altis, Phœbi sedem, virtutibus æquas;
In te nil minimum, nihil est in te aptius imum,
Omnia consurgunt tecum, & sacra sydera tangunt
Nobilitas, studium virtúsque decúsque jubárque,
Nomen & æterno permixtum numine fama,
Quod toto vivet semper fælicius ævo,
Quod summis aderit divino robore Musis,
Quod mundi ætates superabit munere vita,
Et BARBERINUM *describet sydere cœlum,*
Audiet & tellus tantis sæpè invida factis,
Et Sophiæ quatiet divinas vocibus aures.
Hic in te splendor totum tibi compulit orbem,
Et te consortem supremi Principis optat,
Optat, & efficiet si votis annuit æther;
Annuet æther mundi jam denique votis,
Cùm te præsertim clarum det in æthera virtus,
Te attollat, te omnémq; petat, te percolat una,
Cujus tu cultu sedem tibi suscipis altam,
Et primam spondere potes, si & Avunculus ipse
Non immortali, superat sibi sæcula, vita,
Imperij vires suberunt tibi jure nitentes.
Pontificum numerus te assumet deniq; magnum,
Te & magnum ascribet titulorum gloria summa,
Et te divinum gestorum pondera noscent,
Et te supremum pariter quoque terra vocabit,
Certáq; divinis surgent encomia factis,
Et tuba virtutis te fama voce reducet
Per terras, cœlósq; altos, per Numina Divûm.
Læta dies fulsit lætanti splendida Sole,
Quando tuum potuit sibi cernere Iberia vultum,
In quo sunt Charitum dotes generísq; nitores,

Cujus

Cujus conspectu lætum se prædicat orbis,
Fœlicem tellus, jucundum augustius aër,
Omnia nam tecum semper lætantur ubique,
Præterit & nullus telluris te angulus unquam.
Est tecum fortuna suo munimine fœlix,
Et te fœlici fert semper culmine summum,
Et quantum longi distas ab robore visus,
Es major, majórq; micas, majórque coruscas.
Nam tanto crescit semper tua pectora jure,
Ut quanto accelerant vel longius ire per alta,
Tanto clara magis pateant, niteántq; supremè,
Atque oculis hominum Phœbo majora nitescant,
Quod virtus proprio semper sibi continet actu,
Quæ nequit obscura nimium caligine labi:
Sed semper majora suo dat lumine vultu.
Hac sæpè accrescis madidus velut imbribus altis,
Qui tua sæpè rigant divino pectora rore,
Atque incrementis faciunt te attollere summis,
Quæ fortuna tibi manibus committit opimis,
Et tibi se sociam præstat, comitémq; potentem,
Nec latus ipsa tuum patitur vel linquere magnum:
Sic astat gestis, sic mentis viribus instat,
Et sic divinos tecum fert ipsa triumphos,
Ut pede mota tuo gressus sibi comparet altos,
Et percurrat iter, quod tecum conficit ipsa:
Omnia ut immenso contingant prospera casu,
Atque tuæ referant virtutis robora summa,
Et naturæ altæ demonstrent jura vicissim:
Utque umbra insequitur corpus, sic te ipsa sequatur,
Atque umbræ nomen referat fortuna sequentis,
Corporis egregij teneas tu nobile nomen
Nobile virtutum facibus, generisq; decore

Gestorum numero, sortis moderamine pura.
Mutua sic nobis instat natura suprema,
Sicq; immortali nobiscum est aucta favore.
Ut projecta seges, nullisq; liquoribus arens
Immensò confecta sibi, Titanis & æstu
Usta nimis, serpit languenti pallida fronde,
Cumq; suos cælo dimittunt nubila fontes,
Ingenti tellus imbres sibi sumit hiatu,
Excutit & calamos projecto pulvere lassos,
Atque avida hic inhians aperit simul imbribus ora,
Et longis madet aucta undis, fluvióque cadente,
Et subitò stat spica gravi tunc turgida grano,
Sic etiam in terris Musæ seges aurea sacra
Aruit, & siccis impalluit artubus omnis.
Vixerat egregijs qui impenderet artibus auram,
Et Parnassiaco qui vertice duceret illas,
Et velut Elysijs in nos daret undique campis,
Surrexit tua magna quidem, stirpsq; inclyta terris,
Quæ ceu Niliaco frondentia prata fluenta
Pinguia stirpescunt, facili viridantia rore:
Sic nunc Pieridum nimium percurrit in antra,
Illáque futilibus complet sine limite donis,
Mente auget, studióque ornat, sacro irrigat ore,
Et nunc viventi florescunt germine Musæ,
Dum te conspiciunt Numenq; Patrémque, Ducémque,
Et sibi te flumen cunctæ sine lite fatentur,
Atque tuo simul inde bibunt de fonte liquores,
Quos nec Mæonio Phœbus tulit indéque rivo,
Nec sibi Gymnasijs vidit schola maxima plenis,
Nec sacrum possedit item sibi deinde Lyceum.
Sic laticis fœcunda tui stat flumine Musa,
Sicq; tuo rigat ipsa suum sub nomine pratum,

Fertilitas

Fertilitas paribus sic currit gressibus aucta;
Ut gressu dimota tuo se crescere cernat,
Seséque inspectet ceu frondis honore vigere
Et debere tuo, quæ continet ipsa, favori,
Nam sine te penitus jam saltem Musa peribat,
Et mortis duro dabat hic mucrone cruorem,
Et tenero jam jam languebant guttura lapsu,
Lapsáque serpebant per terras pectora prorsus,
Et presso pariter jam toto corde jacebant:
Sed venit tua magna manus,tua magna potestas,
Et tuus excellens sacris virtutibus imber,
Quo sibi Musa bibit quidquid tenet ipsáque vita,
Et quidquid poterit vita sibi ferre per ævum.
Namq; mori haud poterit vita tua pabula sumens:
Nam tecum stat Musa pari tibi vivida dono;
Atque illi stat vita quidem sibi prospera tecum,
Ex te illi quoniam subsistunt sæcula cuncta,
Atque tibi ex illa simul omnia tempora vivunt,
Et quod nec possunt jam secum marmora habere,
Æráque vel nullus ævi deferre columnis.
Tu es Musis solus, Musa & tibi denique sola,
Vita immortali sub munere substat utrisque,
Alter & alterius mortis sibi munera demit.
Christicolûm cœtus toto expectabat in orbe
Vindicis officio qui horrentes vinceret hostes,
Romuleámque arcem sacris defenderet armis,
Tarpeia & summo muniret culmine colles,
Quem inspiceret virtus, quem mirarentur iniqui,
Atque reverenti coleret pia concio cultu,
Talem terra modo te jam prospectat ubique,
In te vota facit,te optat vel summa tenere
Iura quidem rerum, mundi qui fræna gubernes.

Bellorum strepitus, Mavortia qui impia pellas
Arma ducum, horribili qui insurgunt pectore sævi
Quíque animo diro, motíque furore Leonis
Impavidi injustum conflant molimine bellum,
Duraq; pugnaci detorquent tela lacerto,
Audentiq; animo volvunt quæcunque sub armis.
Hos etenim poterat solum tua maxima virtus,
Et cohibere truces, nimium & frænare feroces,
Ceu manus Herculea invictum scidit ipsa Leonem,
Et Nemæa quidem liquit loca tuta potenter,
Et nemoris saltus nece tunc purgavit iniqua,
Et non syluosis fuit hinc anfractibus error,
In quibus injectus rueret sub morte viator,
Mansit sylva quidem tanto tutamine fœlix,
Se & custoditis latebris mutavit in aulam,
Quæ vel securo acciperet quemcunque sub arvo
Pelleret & miseri ferventia tela timoris,
Ut fuso incursus hostiles vinceret hoste.
Hæc te nunc celebrat nimium victoria magnum,
Hæc te jam fœlix sacro vocat omine virtus,
Qui caput incuties virtutum viribus hostis,
Ut nequeat Romana quidem jam tecta subire:
Sed victusq; cadat Romanus subditus armis,
Romanum & timet nomen, timeátque triumphos,
Sese & subijciat fuerint ubi cœlica tecum
Arma refulgentis Vulcani incude repicta
Æréq; divino, cœlorum & luce corusca,
Quæ turbata terant supremis agmina telis,
Inq; fugam vertant hostilia nomina tristem,
Præcipiti & cogat cursu jam denique labi,
Et quod nomen habent devicto amittere corde:
Sic in te Alcidem spectabit deinde renatum,

Et veri,

Et veri, summiq; Iovis quasi stirpe subortum,
Qui suprema manu vincas modo monstra potenti,
Bis senisq; feris persistas fortior unus,
Vt sic bis senis decores tua pectora sertis,
Æterna & Lauro frontis fastigia cingas.
In te divinum spectamus denique cuncti
Sæpè ducem, cœli qui nobis præparet arcem,
Cæsareum & nomen cœlorum in culmine figat,
Romanumq; jubar totum dispergat in orbem,
Hostes concutiat, cunctis arma horrida frangat,
Disjiciat vires, summa & conamina vertat,
Relligionis opes jam tuta in sede relinquat,
Divitias Christi Charitum sub Numine fundat.
Ob te nil mundo suberit jam denique sævum,
Nilq; immane quidem nil quod ferat anima mortis,
Nil quod jam auspicio sacro non perstet ubique,
Præcipuè tecum cùm virtus fulgeat ingens,
Hæc &.majora immensis jam spondeat ausis
Pectoris & vero efficit jam robore magnum,
Et nil non magnum magno quoque nomine præstet.
Iam verò ut quondam Nautis fœlicibus Argos
Per pelagi fluctus penetravit Iasone summo
Tunc duce, fulvescens fato raperetur ut aurum.
Phryxaiq; simul tunc pondera velleris alta
Ipsi conciperent, ditarentq; Hellada totam:
Sic modò ut æterni divinum velleris aurum
(Divitiæ cœli quo fulgent, gloria mundi,
Quo vincat & nimium, gentisq; potentia perstat)
Assumat populus, tanto & se tegmine condat,
Agni & pelle sacri diros fugit ipse Leones.
Te te sacra Petri navis tenet, ipsa magistrum
Purpura Regali decorat, quem rore madescens

Regia cui ſubſtat toto ſub corde poteſtas,
BARBERINORUM *cui ſemper gloria claret.*
In te hæc navis iter divinum conſicit alta,
Nec timet æquoreos fluctus per Nereos antra,
Nec vada inhorreſcit variјs Neptunia ſpumis,
Dum tu nempe ſedes ſupremo in culmine puppis,
Atque ratis totam flectis jam in littora molem,
Cum ſis ipſe nepos ſummi Rectoris in orbe,
Cui parent venti totus quem pontus adorat,
Phocarúmque greges horreſcunt æquore fuſi.
Remigio hæc ditata tuo ſubit inclyta portum
Pandit & in ventos nive carbaſa pendula tutos,
Spumantémque ſubit pleno velamine pontum.
Nam duce te motis hoſtes ſibi deprimet undis,
Et ſumma in puppi te cernet cuncta regentem,
Flectentem & clavum ſacro moderamine magnum,
Romanum & nomen per ſtagna ſuprema ferentem,
Hoſtibus & victis horrentia tela domantem,
Namq; ubi divinum ſubſiſtit robore numen
Victrix ſæpè manus ſunt & victricia ſigna,
Victor rector adeſt, cunctis victoria ſubſtat,
Lætaq; lætanti ſurgit quoque fronte corona,
Et nomen certo ſe tollit in aſtra boatu,
Et digno ſibi jure ſonat, petit omnia jure,
Altaq; percurrit ſupremo ſydera greſſu,
Et ferit æternos æterno pondere cœlos,
Et quo fulgeſcit, gaudet, creſcitque trophæo.
Quæ Iovis è capite æterni eſt educta puella
Virgineo formoſa ſinu, quoque fronte pudica,
Cæſiáque eſt oculis ſacro fulgentibus igne,
Pallas pulchra comis, compto quoque pulchrior auro.
Hæc quæ eſt prudentis genitrix virtutis, & author

Pectore

Pectore tota tuo tuta manet insita sede,
Et quasi divinam te prædicat undique prolem.
Ejus nam tecum vivit prudentia mire;
Dum tacito tu cuncta moves tibi pectore magna
Suscipis & certo vel semper fine suprema,
Et frueris proprio demum tibi munere rerum,
Principis hoc magnum donum in tellure potentis,
Cui commissa queunt accrescere grandia jura,
Quo & possunt fundata polos transire micantes
Cunctáque supremo tandem superare volatu,
Palladium pectus tanto tibi numine substat,
Palladis & puram condis tibi pectore mentem,
Et divæ tantæ tibi stat divinior aura,
Quam circumscripto nimium sæpè induis ore,
Quamq; animo gestas, ducis conatibus altis,
Cui similem factis te ostendis grandibus ipsum
Dum pectus prudens ludit vel facta virorum,
Atque acies rerum summas gladiosq; retundit.
Nam sine prudenti nihil est molimine tutum.
Prudens namq; animus toto dominatur in orbe,
Orbem urget, vincitq; viros, & cuncta repellit,
Et quasi cuncta agitat, velut auspice Pallade, magna
Quam tecum includis, cùm quid divinius audes
Qua flores, qua degis ovans, quam numine ducis.
Nam tecum Pallas proprio velut æthere substat,
Atque tuo stat tuta sinu, & tu tutior illa.
Divino quodam fato, si fata supersunt,
Te genuit, nutrijtq; potens Florentia summum,
Ut qui florescis naturæ dotibus altis,
Ut qui Apibus præbes (tua sunt quæ insigna stirpis)
Flores virtutum, quos mella ad dulcia sugant,
Quósque vorent sacro rorantes nectare Phœbi,

Quorum divinas frondes petit astrifer æther,
Quósque in fasciculum Pallas sibi naribus aptat,
Candida & exornat sua pectora dulcius illis,
Illisq; ipsa fragrat divino ut consita amomo,
Atque velut dulci nimium circundata acantho,
Et calthæ foliis, violisq; inspersa pateret,
Atque rosa Paphiæ spinoso caule fragraret,
Iucundóq; croco frontem sibi cingeret altam,
Ac si florigero cumulo stipata fuisset,
Aut Arabum tereti si staret arundine tincta.
Patria namq; tua est magnis Florentia muris,
Quæ si forte sibi non tantum nomen haberet,
Quod jam Romanâ tandem sibi sumpsit ab Urbe,
Abs te susciperet, per téq; vocata fuisset
Nomine divino, quo nunc Florentia floret,
Florida & æternis tecum sibi viveret arvis,
Florenti & fuerit tecum Florentia stirpe,
Melláq; dulcifluo cunctis daret una favore,
Quæ ex Apibus confecta tuis dant dulcia cœlo
Dona sacro, & terram ambrosio quoq; munere complet.
A te jam ceu flore sacro sibi nomina sumpsit,
Immortale manet florens quod semper in ævum
A tergo atque urbes immensas sola relinquit,
Sola caput fixúmque tuo dat in æthera collo,
Quo solùm poterat vel sydera tangere cœli,
Ut cœlum se jactet item sibi ducere flores
Stirpe tua, quos semper habet divinitus ortos,
Belgica dum novit, florentem robore, tellus
Ingentem virtute virum, qui est gloria Martis
Nomine Alexander, gestis & pectore magnus
Pontificis summi frater, sceptro undique dignus,
Quiq; illum Macedo, quem protulit orbe Philippus,

Et su-

Et superat gestis, fortunæ & numine vincit,
Præripit atque illi, magni noménque, decúsque,
Atque sibi ascribit proprium velut undique nomen
Quo claret, quóque orbe micat, quo est notus in astris
Martigenûm qui jure fuit princépsque, jubárque,
Egregijs fudit qui hostilia tela lacertis,
Divinisq; simul victor sibi floruit armis,
Quem vivâ nunc fama tubâ toto insonat orbe,
Æterno & flatu cunctorum mittit in aures,
Sanguine & hostili cujus gesta aurea scribit
Æternis ut viua notis per sæcula subsint,
Et famæ h[illegible] tantus nullo liber excidat ævo,
Sed totis hunc ora ligant laudantia sæclis,
Mirentúrque simul, multo stupeántque tumultu.
Est BARBERINUS *florenti Antonius ore,*
Purpura quem sacro decorat divina galero,
Et quem nunc roseis velant conchylia succis
Florem ut virtutis, floret qui fronde polorum,
Et qui vel Sophiæ producit munera florum,
Arvaque cœlorum ditat, qui floribus alta
Relligionis opes sacro dum fundit odore
Quem Musæ coluêre novem, quémque ardet Apollo
Et virtutis honos per summa cacumina ducit.
Nunc alios taceo, quos non tacet inclyta fama,
Quos & mundus habet populi ut tutamina cuncti
Qui terras factis decorant splendentibus omnes,
Iam quibus æternum gliscit Florentia summis
Et floret quoque Roma illis, quibus imperat orbi
Est quibus ipsa caput jam summi nobile mundi
Vt fuerat quondam Ducibus florentibus ipsa
Cæsareos tenuit Martis dum pectore cives
Qui terras vicêre armis fulgentibus altas

Et potuêre polo cunctos se æquare supremo.
Floribus his igitur tua dulcia mella nitescunt
Quæ mundus gustat, saturatur & his quoque totus,
Hosq; tuæ pascuntur apes cum numine flores,
Hos libant, sacrum fundant ut gutture nectar,
Quod sibi mensa Iovis recipítq; petítque tenétque,
Atque tua de stirpe fluit dulcedo vicissim,
Quam virtute refers, gestis quam ostendis opimis,
Quam Charitum multo donas quoque sæpe lepori.
Musarúmque choro quam dulcius evomis ipsam,
Quam quærunt Sophiæ comites, lambúntq; vorántque,
Quam multa cuncti exoptant indagine semper,
In qua te solum, magnum sine limite norunt
Iure & supremum, florenti & pectore sacrum
Nobilitate altum, generis splendore coruscum,
Atque opibus summum, virtutis honore potentem,
Atq; parem nulli, majorem at denique cunctis.
Nam fructus tantis oritur de floribus ingens,
Qualem vel nunquam tellus habitura fatetur.
In gemitum solves cunctorum pectora durum
Hinc cum discedes, & Iberica jugera linques,
Post tua deduces semper vestigia cunctos,
Et veluti Magnes, non ferrum, at pectora coges:
In te nam natura subest virtute coactrix,
Et qui te novit, vel jam semel undique vidit,
Si te non poterit, noménq; sequetur & umbram;
Vmbra potest si aut esse tibi, qui es lumine Titan,
Et mundum radijs sacra & dulcedine lenis,
Blandicijsq; simul natura devehis omnes.
Et quantum jam læta tuis Hispania rebus
Tota fuit, dulci mota oblectamine & omnis
Tantum te absente adversam sibi sentiet auram,

Atque dolebit item jam te tenuisse vel unquam,
Non quia te tenuit, sed te quia perdidit ipsa,
Perdere si potuit præsentem denique vultum,
Quem impressum tui quis cunctorum in cordibus altũ,
Quémque typo virtutis habes tellure manentem,
Quémque refert aër cùm quis vel spirat in illo,
Quem vel aqua objectat, cùm quis bibit undique lætus,
Quem quoque terra parat, quoties quis calcat & illam
Quémque ignis præbet, cùm quis semel igne calescit,
Cœlum quem immittit, cùm quis videt æthera magnũ,
In cunctis etenim te cernit Iberia semper,
In cunctis quoniam tenuit te denique totum,
Illi nec poteris nunquam jam forsan abesse
Quæ te jam sequitur, discessu abit ipsáq; tecum.
Nam te abeunte & abit, stetit ut quoque deniq; stabat,
Atque tuo gressu graditur, te namq; superstat:
Dumq; abiisse gemit, ridet venisse vicissim,
Et risu, & gemitu adventúmque, abitumq; perurget,
Non nisi vel tecum quoniam se existimat esse.
Ut cùm sub densa, fugiens, sedet arbore, Solem
Umbras inquirit lassus, fessusq; viator,
Stant sudore genæ, frons undis tota madescit,
Corda siti pereunt, arent labra, linguáq; inhæret,
Et totis magnus corpus labor artubus angit,
Atque viæ immensos manifestat ubique labores;
Frondibus intextas umbras sibi quærit opacis,
Trunco hæret, ramósque petit, frondésq; requirit,
Et viridi tergit sudantem germine frontem,
Et digitis rivum compressis exprimit altum,
Quo caret ipse sibi terram rigat inde liquore,
Et requiem exposcit dulcem sibi pectore anhelo,
Et totam tutam sibi tunc putat esse salutem,

Non aliter vero populus lassatus ubique
Te quærit ceu sive cedrum, platanúmque virentem,
Cujus divinis defessos protegis umbris,
Et veluti sacro defendis tegmine rami:
In te nam inveniunt vitæ solamina dulcis,
Inveniúntque decus supremis nobile factis,
Et magis inveniunt germen virtutis avitæ
Musarum frondes, Sophiæ frondésque virentes,
Quæ leni conflant blandientia murmura vento,
Et læto exhilarant tunc languida corda susurro,
Te te optant miseri, te quærunt sæpè repulsi,
Et quos fata premunt, illi in te vota refundunt,
In caput atque tuum statuunt spem, vimq; salutis,
Quam facili præbes projectis pectore cunctis,
Quamq; tenent cuncti certo conamine tutam:
A te namq; fluit nil jam nisi denique magnum,
Et quod divinâ semper diffunditur aura.
Hic inter proceres florescis maximus Heros,
Et virtutis agis florentia jura sacratæ,
Dicitur ex qua Heros, veluti qua diceris ipse:
Nam sine virtutis specie nil nobile tellus
Tota videt, nilq; astra tenent, nil novit Apollo.
Hæc ergo si tanta tuis micat undique factis,
Quod tibi nomen erit, quod non det candida virtus?
Qua te voce ferent, nisi qua te hæc ipsa vocabit?
Heros semper eris vel toto nomine summus,
Quod socias factis, quod rebus grandibus auges,
Quod meritò assumis virtutis numine tecum
Iustitiæ quoniam vires qui temperat altæ,
Et Themidis sacræ cœlestia robora ducit.
Hic Heros summus, procerum quoque maximus extat,
Hic inter magnos nimium loca prima subibit:

Sic

Sic qualis fueris non est cur fama reponat,
Id quoniam nimium semper tua facta loquuntur,
Estq; loquax virtus, quæ pectore condita sacro
Sacra patrat, divina audet, peragítq; suprema,
Et quæ semper habet nimium nequit ipsa silere:
Nam varijs sua facta quidem sunt persona linguis,
Totum quæ feriunt magnis clamoribus orbem,
Queis sese ostendit, sese eruit una vicissim:
Sola occultari nam nescit flammea virtus,
Et cum non flammet, fumanti turbine prodit,
Objectósque oculos cunctorum concutit illo,
Exsilit & multo comitata satellite virtus,
Quamvis torpenti sordescat languida vultu;
Non tamen extincto penitus perit igne sepulta,
Quæ semper vivit, quæ alto micat æthere viva,
Et vitæ largos largitur prospera rivos,
Æternum quibus una arvum sibi semper inundat,
Et toto transit fœcundas gurgite ripas:
Nullus virtuti substat quia terminus unquam
Omnia quæ superat spumoso littora fluctu,
Et semper cursu celeri petit una profundum,
Quod pede non tetigit fama cita gloria magno.
Quid jam fama canet quod vel canat amplius illa,
Quàm tua gesta canunt tecum splendentia semper?
Non hæc sunt sacro dimissa gutture voces,
Non hæc sunt veris semper præconia verbis,
Non hæc sunt miris virtutis munera signis,
Ergo quid alta potest famæ tuba dicere majus,
Quàm quod semper eris factis splendentibus ipse?
Nonne cùm bellis proles divina Philippi
Telluris domuit præstantia jugera magna
Vulnera tota dabant altum patefacta cruorem,

Quo tellus secum vel gesta inscriberet ipsa?
Sint quæ immortali ceu scripta in marmore fixa,
Quæ tandem durent, quamdiu vel manserit ævum.
Ut nunc terra suos profert madefacta triumphos,
Exarat & cunctis in cordibus aurea gesta
Cuspide quæ scripsit telorum, ensisq; ferocis,
Quæ jam non ætas, multa atque oblivio tollet;
Quámq; vocant famam nihil est nisi facta suprema.
Ergo qui alta gerit, gestis fert munera famæ,
Et vox vera quidem gestum est, non guttura plebis:
Nam factis vox ipsa tubæ fundata resurgit,
Et quanto geritur facinus divinius ingens,
Tanto ejus volitat splendor per sydera pennis.
Namq; alæ sunt gesta virûm quibus excita fama
Astra subit, curritq; polos, Iovis intrat & antra.
BARBERINE, *tuum dum miror denique pectus,*
Astrææ video stellata palatia sacra,
Inq; illo stat Diva potens, habitaculáque alta
Esse sibi fecit summis virtutibus illud,
Te mitem natura struit, quod munus in orbe
Iustitiæ est equidem, est cujus pax aurea proles,
Quam tibi corde geris, quam profers mente benignam,
Ut te fortè probes sobolem Divæ esse potentis,
Quam tanto tecum deducis munere cœli
In gremio ut possit jam te nutriisse fateri.
Nec fas est tandem rerum dimittere molem,
Quam rebus natura tuis promptissima spondet,
Quam possit superare quidem vel nemo supremus,
Sed mirari omnes, depresso & corde stupere
Hæc erit illa ætas, quæ fulvo vixerit auro
Divis mixta sacris pacis referentibus omen,
Quæ segetum varios cumulos sibi procreet ingens,

Et Bac-

Et Bacchi dulcem potum nigrantibus uvis,
Et fluvio facili fruticantia prata rigabit:
Comprimet & duri resonantia classica belli
Disrumpet falsi tunc ficta obstacula somni,
Tuta quies sed cordis erit, vitaq; trophaeum.
Tunc vivent leges vel divo interprete veri,
Et cunctis divinus honos dabit aurea dona,
Attollent cristas procerum jam saepè cohortes,
Iuráque nobilium caelo splendentia surgent,
Non Vulpes mendax fallaci pelle patebit,
Unguibus aut diris horrens Leo decidet ipse,
Furaci & pennâ haud tenuem petet aëra Milvus
Securo stabit studio tutissima virtus;
Non acies ferri, clypeataq; turba perhorrent,
Non fictus persistet amor, nec gloria mendax,
Omnia divino tecum tunc jure micabunt,
Omnia quae aeternis statuunt tibi saecula votis.
Mobile nil suberit, potuit quod vincere tempus,
Vita vigebit enim, nimium tecúmque resurget,
Et tua diffundent per saecula nomina laudes,
Augurio & certo praedicet fama tiaram,
Quae frontem astringat, caelo & caput evehat ipsum.
Atque tuis pedibus mundi quoque jugera subdat.
Qui caelis simul astra terant, & sydera terris,
Atque sacris totum percurrant gressibus orbem,
Et sceptro, & sacro videat te jure supremum
Terra, potusq; simul, fulges qui magnus utrisque.

Ad eundem

ILLVSTRISSIMVM ET Reverendissimum Cardinalem Legatum

EPIGRAMMA.

Οὐ βασιλῆα ἐπαίνοις καλοῖς βούλομαι ἄρειν,
    Ἀλλ' ἱερῆα μέγαν, καὶ μέγα θαῦμ' ἱερῶν.
Σοὶ φράγκιστος ἔχεις μοῦνος μέγα κῦδος ἐπαίνων,
    Ὅττι τοι ἐστὶ σαφὲς καὶ μέγα κῦδος ἅπαν.
Τοῦδε θεοῖο, πόρεν τύχη αὐτῷ, σκῆπτρα νέμεσθαι,
    Οὐρανίων λαμπρὸν καὶ ὑπέταξε δόμον.
Καὶ σὺ μέγας πολλοῖς ἐν ἀριστήεσσιν ἐδείχθης,
    Καὶ ἄλλα δέ τοι πάντως σεμνὰ τέτυκται ἄγαν.
Ἀρχόντων κρείττων ἀρετῆς σέθεν ἐστὶ μεγίσταις.
    Σοῦ στέφος οὐ λαῶν, ἀλλὰ μάλ' ἐστὶ θεῶν.
Καὶ πάντων κάλλιστος ἐν αἰθέρος ἵστασαι οἴμῳ,
    Μαρμαρυγαῖς θαλεραῖς τοῖο νόοιο φάνεις.
Θαῦμα πέλει ζάθεον καὶ σοῦ μῦθος αὐτὸ βροτοῖσι
    Ἀκτῖσιν λάμπεις ἀμφιθαλοῦς ἀρετῆς,
Εὖ γεραρῶν δόξῃ, μεγάλων πολύαινος ἄωτε
    Φῶς ἐρατὸν χθονίων, πᾶσι μάλ' αὐτὸς ἔρως.

Ad eundem

AD EUNDEM

ILLVSTRISSIMVM ET Reverendissimum Cardinalem Legatum

ELEGIA.

Ἤλθες θεσπεσίην φορέων χάριν οὐρανοῦ ἔργοις,
Δαιμονίην στόθεν καὶ εἶπον ἐπηλυσίην,
Ἐστὶ μέγας, καὶ σου κλέος οὐρανὸν ὥρμα ἱκάνει
Ἐστὶ βρότων φέγγος, καὶ γόνος ἐστὶ θεῶν.
Σοὶ μὲν τ' ἐκδέδοται πάντων κοσμήτωρ λαῶν.
Οἶξαι μετὰ μεγάλας χερσὶ θεοῖο πύλας.
Τοῦδε πόλου φανεροῦ ποτὲ ἡνία δέξαο χερσίν,
Καὶ σοφίῃ μεσὸς, καὶ μέγας ἠνορέῃ.
Κάδδε θρόνου ἐκάθισας, τῷ θεὸς ἀγλαὰ δῶκε,
Τοῦ δύναμιν χάριτας, κύδεα καὶ χαρίτων.
Οἷος ἄναξ ἄστρων καθυπέρτερος αὐτὸς ἔλαμπες,
Ἄστρα δὲ τοῦ λαμπροῦ σοὶ δὲ ἐπίθοντο, πόλου.
Ἤδη τοῖς λαοῖς μετ' ἀπείριτον ὄλβον ἔχευες
Τὴν δύναμιν μεγάλην ἀρχιερῆος ἔχων.
Πᾶσιν Ἰβήροις καὶ σὺ φερέσβιον ἤστραπτες αἴγλην,
Νῦν μὲν θ' ὡς φοῖβος φέγγεα καλὰ ἔδως,
Καὶ γὰρ σὺ ἀκτῖσιν ἐφ' ὑψόθι κράας ἀνέρθης
Θνητοῖς πολλὰ διδοὺς αὐτὸς ὕπερθε πέλεις.
Μουσῶν, καὶ σοφίης, ἀρετῆς τε καὶ ὅρμος ἀρίστων,
Εἰ τοῦ μὲν πάντων ἀμφὶ γαλήνη ἔην.
Πᾶσι γὰρ εἰσονόοις μοῦνος γέρας ἐστὶ μέγιστον,
Ὅττι δοκεῖς πᾶσιν θαῦμα πόλοιο μέγα.
Ἵλαθι ἀνθρώπων φάος, οὐρανίων τε καὶ αὐγὴ
Ὀλβία δὸς βιότου, δὸς χάριν ἀμφιθρέως.

Τοῖόν σοι τίμημα θεοὶ θέσαν ἀγλαὸν ἔμπης,
  Τοῦ μέντοι μεῖζον μήποτε κόσμος ἴδεν.
Πάντες γάρ τε βλέπουσι θεοῖς ἐναλίγκιον αὐτὸν,
  ἢ πάντως μείων ἐστὶ μὲν ὅττι βροτός.
Ἀλλ' εἰ καὶ ἐστὶ βροτὸς τόσσον σθένος αὐτοῦ ἔμεινε,
  Ὅσσον ἔχουσι πάλιν στήθεσιν ἡμίθεοι.
Ἀμβρόσιον μὲν ἔδεσμα χέουσιν σοῖο μέλισσαι,
  Τοῦ γλύκιον μηδὲν θῆκε τράπεζα Διός.

INTERPRETATIO.

Venisti, & totis defers bona cœlica factis,
  Divinum adventum sæpè vocantéq; tuum,
Es magnus, numénque tuum petit æthera magnum,
  Ésq; virûm splendor, ésq; genus atque Deûm.
Est tibi commissum, populi qui es ductor & autor,
  Ut summi reseres ostia magna Dei,
Splendentisq; poli manibus tibi sumis habenas,
  Et Sophiâ plenus, viribus atque potens.
Inq; throno existis, (bona cui Deus astrea tradit)
  Cujus vim fundis; jusq; sacrum Charitum.
Ut Rex astrorum fulges mundo altior omni,
  Atque tibi parent sydera clara poli.
Tu modò jam populis fœlicia commoda præbes,
  Pontificis magnum robur ubique gerens.
Hispanis etenim diffundis lumina vitæ:
  Nam nunc ceu Phœbus dásque reférsque faces.
Ipse tuis radijs caput alta in culmina tollis,
  Multáque diffundens sæpè per alta pates.
Musarum, & Sophiæ, & virtutis portus es ingens,
  In quo tranquillum stat sine fine jubar.
Præmia tu solus cunctis sapientibus offers,
  Es ceu cœlestis nam stupor ipse viris.

Sis fa-

Sis facilis, populi lumen, jubar omnéque Divûm
Et vitæ, & Charitum trade benignus opes.
Atque tibi tantum præbent decus incolæ Olympi,
Quo majus nullum maxima terra videt.
Te Divis similem cuncti laudántque probántque,
Sed minor es, quoniam es denique prorsus homo.
At quamvis homo, tanto jam tu robore polles,
Quantum semper habent pectore semidei,
Atque tuæ dant semper Apes sacra pabula pulchræ,
Queis nil mensa Iovis dulcius ipsa tenet.

In eundem Illustrissimum & Reverendissimum Cardinalem BARBERINUM Legatum, &c.

VARIA EPIGRAMMATA.

EPIGRAMMA.

NUbibus ut densis cœlestis cogitur imber,
Hinc fulmen rutilat, personat hinc tonitru.
Tunc sibi terra parens undas bibit ipsa cadentes,
Ut cœli substet flumine fertilior.
Sic etiam Princeps undis dum mundus egebat
Nobilium Charitum, nube tua has recipit.
Est tuus immensum nunc fulmen Avunculus ingens,
Ejus & astrifero tu simul imbre tonas.
Ergo dum tellus tanto sibi rore madescit,
Et tonitru, & fulmen nunc sacra dona dabunt.

Epigramma.

ROma caput mundi quondam fuit inclyta cuncti,
Cæsareos tenuit dum sibi sacra viros.
At nunc non solum caput est, sed pectus & ingens
Te eximium est pectus, Pontifice estq; caput,
At capite est orbis prima, est & pectore summa,
Cuncta domat quoniam pectore sacra tuo.

Aliud.

VIrtutis radios totus nunc conspicit orbis,
Te quoniam ut Solem conspicit ipse sibi.

Aliud.

INter magnanimos quos quondam protulit orbis
Magnus Alexander, Cæsar & ipse fuit.
Hic, atque ille simul mundum pressere sub armis
Atque ideo magni nobile nomen habent.
Tu major sedenim, mundum nam pace gubernas,
Et placidâ cœli sydera pace tenes.

Aliud.

BARBERINE, tuis rerum stat gloria factis,
Nam te nil majus terra tenere potest:
Nam te majorem quî noscet terra vel ullum?
Pontificis magni nam sacra corda vehis.
Gloria jam rerum cùm tali pendeat aura,
Hæc factis substat gloria tota tuis.

Aliud.

NObilitate viros stupuit jam terra supremos,
Nobilitate orbis quos tulit illa sui.

Sed

Sed tua nobilitas jam summo hos numine vincit,
Hos quoniam superas nobilitate sacra,
Illos terra dedit, terrarum ut jugera tradant
Te,ut tradas cœlos, hic dedit ipse polus.

Epigramma.

NOn est cur laudum expectes jam munera Princeps,
Nam laudes quasvis pectora tanta fugant.
Nam laudare quidem facile est quemcumq; supremum,
Et laudare gradus laus nequit ipsa tuos.
Virtutum gradibus quoniam sic tolleris altus,
Ut te laus summum nulla videre queat.

Aliud.

PRincipibus Laurus, floréfque dedere coronas,
Atque aurum, & gramen maxima serta virens,
At tibi non Laurus,non flos,non gramen & aurum,
Sed Sophia, & virtus tota corona tibi est.

Aliud.

DE te quid dicam,Princeps,ut plurima dicam?
Nam de te ut dicam plurima,dico nihil.
Dico nihil, sic plura loquar,nam dicere plura
Nemo potest, nescit nam tua plura solum.
Ergo tacebo quidem? non. nam si forte tacebo
Tunc vel plura putem verius ipse loqui.

Aliud.

IAm tellus te Hispana tenet magnumq; sacrúmque,
Sic Romana dedit te sacra terra Virum,
Talem te inspectat summis Hispania gestis
Qualem te summum cernere Roma potest.

Hic Romanus ades, tantum est tibi robur honoris,
A te ut Roma queat nomen habere suum.

Epigramma.

M *Ajestas animi totum nunc te induit ipsa,*
Ut vestis quoniam nunc patet illa tibi.

Aliud.

I *Ngenij vires superat tua maxima imago,*
Te dare nam terris jam nequit ipse color.

Aliud.

S *I quis nosse velit quæ maxima pectore condis,*
Est opus ut noscat maxima cuncta sibi.

AD ILLVSTRISSIMVM ET Clarissimum virum D. FRANCISCUM de POZA primarium Pincernam illustrissimi Cardinalis BARBERINI Legati Vrbani VIII. &c.

EPIGRAMMA.

Εἰ δ᾽ ὑμῆς πραπίδεσσ᾽ ἀποκαίνυτα, αὐτὸς ἀρίστους,
Τοὔνεκά σοι λαμπρὸν δῶκε τύχη ἕδρανον.
Σοῦ δ᾽ ἐναὸιο κράτος καὶ ἀστυφέλικτος ἐτύχθη,
Σοὶ γὰρ τῆς σοφίας ἤδη ἔδεθλον ἔχει.

Τοῦνο-

Τοὔνομά σοι Πόζας τέλεει, ἣ πόσις ἐστὶ γὰρ ἀνδρῶν,
   Ὡς ἠριγενὴ σοφίας ὕδατα πᾶσιν ἔδως.
Egregios quosvis superas quia lumine mentis,
   Iam loca nunc fœlix sors tibi magna dedit.
Inconcussa tua splendescunt robora mentis,
   Nam Sophiæ sedem clarius ipsa tenet.
Diceris at POZAS, *potus quia nempe virorum es,*
   Ut fons das Sophiæ tu quia semper aquas.

AD

NOBILISSIMVM ET Clarissimum IOHANNEM BAPTISTAM DONNIUM, Illustrissimi Cardinalis BARBERINI Legati Vrbani VIII. à Secretis.

EPIGRAMMA.

Θαῦμα καλῶ πασῶν σέθεν ἀγλαὰ στήθεα μουσῶν,
   Τὰς μὲν ἔχεις φανερὰς στήθεσι σοῖο μάλα.
Αὐτὸν ὁρῶ μέν τοι λαμπρῶν ἐπιτάρροθον ἔργων,
   Σοὶ γὰρ Φοῖβος ἔδω πολλὰ μέγιστα νόου.
Χρυσοῦν γὰρ ποιεῖς γένος ἐνθάδε τῶν μὲν Ἰβήρων,
   Ὅττι σέθεν γενεὴ ἦν φάος εὐγενίης.
Musarum tua corda voco miracula magna,
   Quas nitidas nitido jam tibi corde geris,
Téque operum video gravium authoremq; ducémque,
   Dona tibi mentis jam sacra Apollo dedit.
Hispanum hic genus omne quidem aurato evehis ortu,
   Stirps tua nam numen nobilitatis adest.

AD NOBILISSIMVM ET Clarissimum Virum D. Lupum Zapatam, &c.

EPIGRAMMA.

Roma Lupam validam divino stemmate tingit
Romanis nutrix quæ fuit una viris.
Musarum genitor, Lycius, Phœbusq; vocatur,
Noménque à magno sumpserat ipse Lupo.
Sed nunc terra Lupum tantis tenet unguibus acrem
Ipsum ut jam fugiat fortior, orbe, Leo.
Et quia Musarum Phœbo Lupus indidit omen,
Hoc equidem Musis est Lupus iste sacris.
Hoc est Musarum verè Lupus iste ZAPATA,
Est quibus hic radijs semper Apollo suis.

AD ILLVSTRISSIMVM & Clarissimum Virum D. Franciscum de Crasso, Comitem de Humanes, & Serenissimi Infantis Ferdinandi à cubiculis

EPIGRAMMA.

Quem decus, & Musæ semper novere supremum
Humanes Comes est, quo decus omne fluit,
Hunc & Musarum fratrem jam jure vocabo,
Estq; has ut coluit verius ipse pater.

Illas

Illas ut Phœbus radijs comitatur ubique
Atque rotis graditur jam chorus ipse suis.

AD NOBILISSIMVM ET Ornatissimum Virum D. Franciscum de Acunia.

EPIGRAMMA.

D*Ivina ut fulget* FRANCISCUS ACUNIA *mente,*
Nil non divinum pectore magnus habet.
Nobilitas illi minus est si dogmata spectes,
Hæc quamvis magna est, maxima at est sophia.
Quavis parte illum tandem conspexeris ipse,
Invenies nullum jam sibi forte parem.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM D. FRANCISCUM FERNANDES BERTRANDUM Sanctæ Ecclesiæ de Olivares Abbatem, & Protonotarium Apostolicum, &c.

EPIGRAMMA.

Q*VÆ defert natura tibi sacra lumina mentis,*
Æthereas superat jam sine lite faces.
Illa equidem radijs semper cœlestibus ardent,
Mens tua divino lumine tota micat.

Virtutum, & Sophiæ ostentas hæc munera gestis,
Quæ vel qui est major jam superare nequit.
Affulget tecum quidquid fert terra supremum,
Nam Sophiam ut sequeris te videt ipsa sequi.
Est nihil hicque tuis quod possit laudibus addi,
Ut nil quod demi jam quoque possit, habent.

Vincentij

Vincentij Marinerij Valentini

POEMATA,

QVIBVS

AVSIÆ MARCHI

Opera, facundiſsimi, & elegantiſsimi Poëtæ, & ſtrenui Equitis Valentini interpretatur, & ex vernacula priſca lingua Lemouicenſi, qua tunc Valentini utebantur, & ipſe author hæc compoſuit, in Latinum vertit eloquium, & in ſex Elegiarum libros diviſa, carmine elegiaco exaravit.

AD

ILLVSTRISSIMVM

& ampliſſimum virum D. Ludouicum de Haro, Philippi IV. Hiſpan. & Ind. Regis cubicularium & aureæ clavis ornamento inſignem, & D. Iacobi torque cohoneſtatum, &c.

Vintencij Marinerij Valentini

PRAEFATIO.

PRÆCIPVA eſt, Illuſtriſſime Princeps, tuæ diuinæ indolis amplitudo, ſingularis & egregia tua perſpicacis mẽtis majeſtas, qua non ſolum hæc humana, quæ omnia tibi conſpicua jam ſubjacent, & ſub tuo quaſi perſiſtentia nomine & numine moderaris, ſed æterna illa & cæleſtia penitus intueris. Inter alias enim naturæ dotes peculiare tibi à Deo conceſſum munus eſt, vt divina quadam ingenij acie utereris, & ſplendidiſſimum mentis intuitũ efformares, & penè cæleſtes intellectus radios effunderes, quibus & artium omnium aſſequereris præſtantiam, & potentiſſimi tui decoris regimen proſpectares. Mundi autem mores popularibus obvolutos, tumultibus & acerrimis affectibus hominum implicatos, in rectam rationis viam reſtituere, & in puras virtutis leges deducere, niſi præclara & divina Principum mens, aliud quidem nequaquam poteſt. Feruntur enim quandoque cuncta præcipitibus nequitiæ fluctibus confuſa & turbida & alto humani erroris, & cæcæ hominum ſtultitiæ flatu concuſſa & perturbata, quæ niſi idem potentiſſimus Æolus tẽperet, vix robur aliud cogere poſſe planè videtur. Præterea ſunt inter rerum diſcrimina tam

im-

immenſi naturæ impetus, & tam ingentes nefariæ audaciç eruptiones, vt niſi divina vis, illis obſiſtere poſſit nemo. His ſiquidem caſibus obnoxia cuncta ſunt, nec ſceptrum aliquod fuit, quod imminentibus fortunæ procellis aliquando caruerit. Nam ubi altior, & major gloriæ humanæ eſt cumulus , ibi in illum fortiores iraſcuntur hoſtes , & omnes penè Erinnyes ferventiſſimis excitantur incurſibus. Cacumina namque vehementioribus incutiuntur ventorum furoribus. Quamobrem illis natura & ſagax & provida tot ſaxea conceſſit membra , & tot lapidoſis illa veſtivit collibus , ut tanto munita pondere contra validiſſimos Aquilonis, & turbulenti Cori impetus quaſi vallata perſiſterent. Semper quidem quæ humilibus ſerperet radicibus , & quæ ſeſe nimis in ima demittunt , huiuſmodi privata fuerunt hoſtiliū furorum telis, & quaſi quodam abjectæ ſubmiſſionis clypeo obtecta nihil feritatis immanis perſenſerunt. Vnde ſolum ea, quæ in ſummum Olympum attollere poſſunt verticem , & divinis quibuſdam gloriæ alis inſurgere , aſſiduis quibuſdam etiam atque etiam agitantur motibus, & deprimuntur & conuelluntur ruinis. Sed præcipue tantis fortunæ ictibus regna ſubdita prorſus patent. Hæc ferventibus temporum æſtibus ſæpenumero ſubmerguntur , & æſtuantibus naturæ viribus aliquando decidunt , & popularium intolerabilibus bellis delaſſantur. Græcorum autem imperium has paſſum fuit rerum procellas. Tota illa Aſſyrij ſceptri magnitudo, &

ſuperba elatio ſternentibus Fortunæ manibus corruit. Macedonum Principum penè aliquod relictum eſt veſtigium. Romanorum potentia ferè tota fracta,& diviſa torpet. Hæc enim omnia modò invidia duris tumida dentibus momordit,modò turpe vulgi ſcelus infeſtavit, modò Principum injuria dejecit,& ut verbo dicam uno, impia fortunæ haſta deturbavit, effudit,evertit. Regius enim ſplendor ſemper horrentibus Martis viribus incutitur, ſemper inimico tẽporis vertitur quaſſu. Sed enim quando regni robur præſtantiſſimum ſibi nactum eſt Principem, qui ingenio clareat, & mentis ſplendeſcat acie fulgentiſſima, ęternum ſibi pollicetur ſtatũ, & divinis eſt ejus ſedes munita præſidijs. Hoc nunc florentiſſimum Hiſpaniæ regnum altius tuo collo,in cælum vſque euehit caput,& nomẽ ſuum inter ſidera inſerit, ſeſéque ſupra majora cœlorum faſtigia attollit, & ubi nulli vnquam Principes pervenerunt, firmiter & conſtanter tuis diviniſſimis auſpiciis perſtat. Tuæ namque nitidiſſimæ mentis lumine,quaſi quodam naturæ Phœbo perluſtratur. Ex te quidem illi rectiſſimum ſophiæ jubar ſcintillantibus proficiſcitur flammis, quibus illud & ſplendidiſſimum reddit,& omnes ab illo depellit rerum adverſarum tenebras, obſcuroſque fugas ſcelerum tractus. Non autem modo in tuas laudes aliud præter te adducere eſt animus.Quis enim avorum, proavorúmque tuorum egregia facta & eximia gèſta vel dicendo percenſere poterit, nec quidem mente comprehendere, ſi ſaltim lingua quis ea

præ-

prædicare auſus fuerit? Tot quidem peragratæ nationes, tanti & tam ſingulares triumphi, tam divina illorum trophæa, te, genus eſſe deorum ſanè probant. Eſt enim Harorum genus totius orbis præcipua fax, terreſtre numen, divinumq; jubar. Et ſi vt aliquando Alexander Macedo credidit, multi & varij eſſent mundi, his omnibus Carpiadum proles regium inderet ſemen, cunctoſque regio moderaretur ſceptro & regio jure, ob virtutum & rerum bellicarum gloriam conſequeretur. Tantis enim viribus tota orbis terrarum majeſtas impoſita eſt, hiſque innixa & fulta ſubſiſtit, his viget firma, & ſtabilis & aſſidua floret. Non eſt qui verè excogitare poſſit, quantum Carpiadum Principibus adſit robur, quantiſque illis è cælis delapſus ſit fulgor. Hoc enim Hiſpanam celſitudinem Auſtriacæ ſtirpis gubernatam imperio, fortunæ munimine tutantur, ſubleuant, efferunt. Nam quemadmodum illis imperium Romanum cæleſti quodam numine committitur, Hiſpanum regnum traditur, Indiarum amplitudo objicitur, totaque Oceani magnitudo donatur, & ſub religionis fidei ferè cælorum aurea palatia conceduntur, ſic etiam Carpiadum Heroibus æqualia emittuntur fortunæ potentis pignora, quibus tot regna exornentur, tantumque magis rerum augeſcat faſtigiũ. Sed jam tuos progenitores fas eſt nec verbis attingere, nec ſermonis memorare ſtrepitũ. Hoc enim vix unquam hominum facile eſt. Tu enim illuſtriſſime Princeps, mundi ocule, terrarum jubar, Muſarum ſplendor, cælique ipſius

proles, quæ encomia efferent, quæ extollẽt verba, qui sermones prædicabunt. Est verò tua laus silentium. Plura namque de te mutus loquor, quàm si stentorea voce vterer, & mille linguis personarem. Te, te, inquam, Ludovice, rerum amplitudo, & supremum caput intuetur, miratur, conspicit. Magnus ille Princeps Charilaus interroganti cuidam quam arbitraretur optimã Rempublicam, in qua, inquit, plurimi ciues de virtute inter se certarent, sed citra seditionem. His aureis quidem temporibus sub tuo nomine cives de nulla alia re certamen ineunt, quàm de splendidissima virtute & de litterarum præstantia, quam in te cuncti flammantem semper ubicunque inspectant, quam & totis semper amplexaris lacertis, & totis viribus ducis. Hanc autem & sub disciplina militari exerces, divinísque Martem exornas moribus. Non enim illum cruore fœdum, immanitate horridum, armorũ feritate sævum infers. Coniungis cum Martis horrore venustos Musarum amplexus, dulciáq; tuæ naturæ lenocinia etiam hostibus grata sunt. Etenim Lacedæmonij ideo deorum statuas armatas proponebant, hoc vt commento hanc civium animis infigerent opinionem, ut dijs gratam esse fortitudinem, & invisam & infestã ignaviam ostenderent. Simili etiam modo tu duram Gradini induis loricam, & fraxineam viva cuspide vibras hastam, sub quadam in tuo pectore inversa divinitate agitatam, vt manifestius ostendas cunctis, te & animo invictum & viribus immensum esse, sed & natura divinum

&

& divinitate benevolum & beneficum omnibus existere, simúlque potentibus assiduo patêre. Leonidas verò cuidam dicenti se cum paucis adversus multos conflicturum progredi, respõdit, imò multos duco ut morituros, significans animi virilitatem, & strenuum pectoris robur una virtute vigere, illáque perpetuò stare. Hoc tu Princeps, ita mordicus tenes, ut sub juvenili ætate incredibilem bellicæ virtutis audaciam proferas, quasi velis, vt Lernæus ille Draco, devorantibus faucibus omnes religionis hostes deglutire, distringere, absumere. Hanc quidem magnitudinem iam omnes terrarum nationes in te mirificè contemplantur, téque Martem potentissimum amplecti, & sequi intuentur. In te jam cristatam trophæis galeam conspiciunt, & divinam Palladis Ægida sinistra accingẽtem stupent. Te jam æra sonantia pertimescunt moventem, & Mavortium ferrum cruentis ensibus spectãt rotanti. Te barbararum vrbium mœnia, arces omnes sublimes evertentem vident, ubiq; turrita culmina se subdunt. Te limosis turgidus fluctibus Nilus quasi dominum expectat, te magnus & superbus Ister, quasi ad magna invocat facinora, te populifer Eridanus tanquam unicum Ausoniæ sperat Ducem; te altissimus Caucasus pinifero culmine virescere gloriatur. Te denique vterque polus gubernatorem, moderatorémque expectat singularem. Tanta est enim tuæ virtutis vis, vt totum secum continere orbem facile possit. Jam jam ensis Martis capulum tua ingens & potens attingit manus, in qua

anceps fulminat gladius, & ferè ipſam auram quatiens metu perterrefacit, ictu verberat, fulgure accendit. In illa autem totius orbis magnitudo continetur, illa ſecum aſtringit mundum, mare arctat, ventos cohibet, & ſummum Olympi verticem geſtarum gloria rerum adipiſcitur. In illa denique totum religionis & fidei fulcimentum conſiſtit. Etenim ad tuum conſpectum totus conticeſcit Mavors, nec bellorum horret potentia, nec hoſtium ambitio ſuperbit. Tu namque & Carpiadum proles animo & magnitudine Alexander inſurgis, mundum appetis, Martem ſubjicis, & multarum victoriarum gloriam tibi aſſumis immortalem. Vnde magna profectò tibi poſteritas encomia inferet, & in perpetuum hominum memoriam tuum egregium inſcribent nomen, tibiq́ue immortale omnino decus cunctorum linguæ parabunt, conſtituent, largientur, non aliam quidem ob cauſam (taceo alia) quàm quod dignatus fueris ſub tuo mirifico patrocinio, meum conciuem nobiliſſimum equitẽ, illuſtriſſimum & acutiſſimum Poëtam Auſiam Marchum ſuſcipere. In hoc quidem non aliud præſtas, nullumq́ue aliud obis munus, quàm regium, quàm principe dignum, cujus tu nunc perſonam induis, huic tuis favere officiis, qui in principum delitijs quondam fuit, & nunc ejus ſcripta elegantiſſima principum oculos nimia ſedulitate & ſtudio occupat, animos ingenti exhilarat oblectamento, & mentes divino carmine recreat, allicit, excitat. In te video tanti viri fortunam omne ſuum

ponere

ponere tutamentum, spē locare suā, & nominis immortalitatē tuorum beneficiorum cumulis involvere. Officiosa enim antiquorum principum corda mirum in modum in Philosophorū studium fuerunt, nec quis se principem existimabat esse, nisi suo nomine Philosophum aleret, munificentia subleuaret, donis opulentissimis erigeret. Sic enim multorum ingeniorum fœtus ad nostram vsque ætatem pervenerunt incolumes, quoniam summorum virorum patrocinio vitam sibi comparatūt æternam, incolumitatem sibi asciverunt jucundam & jucundum nacti fuerunt famæ flatum. Iacuissent enim in tenebris delitescentia multorum ingeniorum opera, nisi famæ alis doctorum auram subirent, & nisi principum manibus in altum sese potuissent sustollere. Et quanto majus donum fuit, tātò divinius & excelsius ingenij opus consequutum fuit cacumen, tenuit fastigium, & verticem sublimem rerum possedit. Græci enim principes conquisitos hominum doctorum labores quasi perpetuo nobilitatis nutrimento confoverunt, & vegetanti & ingenti quodam honoris lepore conservarunt, ne oblivionis frigidos in sese immitterent, & involverent cineres, & ne tristi mortis glorię tanti perirent conatus, languerent studia, & prorsus ingenia torperent. Hunc morem præstantissimum Romanorum quidam Heroes nimium fuerunt imitati, nec Musas passi fuerunt senio interire dedecoris, quas viridi viventes patrocinio fuerunt amplexati, & in immortalem vitam constituerunt. Hæc erat ve-

ra Principum laus, hoc verum Principum officium, ſapientum nempe virorum curam gerere, & aulam regiam illorum decorare frequentia, ſeſeque ipſos illorum quaſi numine evehere, & nomine illuſtrare. Congruum enim erat id tanto verborum inculcare apparatu, vt tuam munificentiam verum encomium cognoſceret. Hæc namque tui pectoris indoles aliquo ſanè pacto Principum ſuperat magnitudinem, ſi illorum non penitus æquat ſtudium. Nec mihi eſt modò animus tuum divinum extollere animum, in quo naturæ dotes tanto tuæ nobilitatis lumine fulgeſcunt, ut nullam vnquam noſcant caliginé, nullam ſibi advocent vmbram, dum conſpicuo ſemper quaſi flammeſcant virtutum ſplendore & ingenij radiis divinitus ardeant. Tantam enim provinciã nulli fas eſt poſſe ſuſcipere, quin prorſus deficiat, & omnino cæcutiat, ſi in tuas laudes voluerit intueri, ſi in tam magnifica merita oculos figere ſtuduerit ſuos. Sed nunc quidé hæc laus inſtar omnium laudum erit, nempe te procliui pectore, & totis, vt aiunt, vlnis Auſiam Marchum ſuſcipere, méque cum illo tuis cumulare favoribus, augere beneficiis, muneribus ditare. Hæc verò fœlicitas tanta noſtro Marcho contigit, quanta nunquam alicui tandem fuit. Nam modo quaſi tuo reviviſcere ſpiritu nihil aliud plane eſt, quàm penè immortalitatis aditum operi aperire, quod cultus vnquam temporis invadat ſopor, nullum mortis affligat telum, nullus invidiæ morſus laceret. Vivet quidem in perpetuum ævum, & penè tuo ſpirabit anhelitu, &

tu, & in tuo pectore deget, & cùm ejus nomen per omnium aures volutabitur, tuum ita cunctorum feret sensus, ita auditus concutiet sapientum, vt tanquam consortem & participem immortalitatis cujusdam gloriæ simul cum illo te cuncti ascribent, cuncti commemorabunt, cuncti semper verebuntur. Hæc est prima laureę pars, quam famæ flatibus Musarum chorus semper evehit, & nunc in tuo magnifico sinu quasi sitam & æternis locatam sedibus plenis vocibus prædicat, & multo instrepit boatu, & divino quasi quodam clamore resonat. Si enim munus, etsi quantumvis leve, si aureo catino offertur, nimium secum defert ornamentum, & dantis quidem auget majestate voluntatem, & animi propensionem, & quod datur quam ingenti sublevat ornamento, pari etiam ratione hæc divina Marchi carmina tuo splendentia nomine & tuo quasi calatho allata omnium semper delectabunt oculos, movebunt ingenia, excitabunt occultam quasi naturæ lætitiam. Qui enim in tuam munificentiam intueri studebit, hoc planè cognoscet Marchi dignitatem, nam non tanto illum dignatus fuisses honore, nisi certe in ejus acumine tui divini ingenij acumen parem conspexerit similitudinem, æqualem viderit subtilitatem, divinam animaduerterit magnitudinem. In illo itaque te quandam redolentem cernimus granditatem, nam quod Ausias poëtico spiritu valuit, tu mirifico ingenio assequeris, ita vt Philosophico polleas lumine, & variarum rerum cognitione nimium in-

clarescas. Occultissima enim Sophiæ arcana facillimè tuo ingenio reseras, tuo ore profers, tuo pectore condis, ducis, alis. Sic quidem te studiosum novit orbis, quemadmodum strenuum & subtilem posteritas omnis Ausiam prædicavit. Nec ita futilis est in te multorum cognitio librorum, nam te planè integram bibliothecam possumus nuncupare. Hinc natus fuit magnorũ Principum in te amor, cunctorum in te studiũ & penè mundi primum in te obsequium. Te enim ad majora semper vocat, altius te optat conspicere volantem & sublimes quosque tuis quasi pedibus conterentem. Hæc vota suum obtinebunt finem, cùm te in magna provectum, & ut tu, tu quidem procul dubio mereris, pronunciatum vox famæ proferet, cunctíque audient, mundúsque inspectabit. Etenim si ut tuarum litterarum pondus est, in cælum vsque honoris statua erigetur, téque inter sidera constituet, & ut divinum quasi Musarum sidus in ipso Apollinis choro collocabit. Iam nihil minus de te sperare possumus, quàm quod planè auguramur omnes, nec improbum nostrum augurium est, nam ab amore ortum, ex ardentibus votis enatum & ex tuis meritis est eductum. Revera divina manus, quæ nunquam fallitur, semper ad altiora sustulit loca illos, quorum virtutis splendor penè ipsum Solem radijs comitabatur. Et sic æquum est credere fuisse evectos summos quosque viros, non tam humano favore motos, quam pura virtute inflammatos. Quod præsagium, si nos futura nõ fallunt, certam in te nobis indicat dignitatis sedem

dem egregiam, divinam, magnificam. Non quia modò tuo proprio ornamento totum non illustres mundum, & hoc nomine decores, & tua stirpe evehas, sed quia tanta de te spondet fortuna, quanta nobis tua proponit merita, & quantum nobis tuum objicit decus. Ex quo quidem non solum vt modo Ausiam Marchum tuis magnis beneficijs cumules, sed plures etiam alios à te in immortalitatis constitutos gradu facilè omnes speramus. Et hæc spes tam quidem certa continget, quàm facilis est tua indoles, prona natura, nobilitas singularis.

D I X I.

AVSIÆ MARCHI Elegantissimi Poëtæ Valentini vita,

Vincentio Marinerio Valentino Authore.

QUAMVIS præclarissimis famæ vocibus doctorum hominum, quasi sub vivis encomijs, vita subsistat, operæ tamen pretium est, ut illorũ virtutis, & literarum momenti exemplar aliquod alijs pateat, quo excitentur, & illorum insistere vestigijs studeant, eósque in perpetuam imitari famam conentur, totius illorum vitæ cursus & progressus, ob oculos cunctis proponere. Hoc in veræ virtutis stimulos studiosorum mentibus cedit, hoc ad laudes, omnes provocat, pigrámque eripit, & à mẽtis ignibus frigidos dimovet cineres, & in flammam illos halare cogit, ut & Musarum percoquant gloriam, & ut famæ æternæ, æternæque virtuti escam ministrẽt incoctam, & ad immortalitatis pastum perfectam. Nihil enim aliud facibus ingenia fovet quàm sapientum hominum proposita æmulatio. Quos æquè aliquis æmulabitur, si quæ fecerint egregia, & quo morũ vixerint instituto, quo & ad tãtũ gloriæ, & famę pervene-

venerint cacumen, planè noverit. Cæsarem quidem Julium, totius orbis miraculum, Principum imagines, ad inclytum rerum apicem evexerũt. Sunt etiam alij Principes, qui veri Principis nomen sunt mirificè consequuti, dum strenuas, & præconijs illustres aliorum res gestas, sibi tanquam ipsorum speculum intuentes in veram illorum normam & imaginem susceperunt. Et verè nihil aliud in educãdo Principe firmius & altius erat aggrediendum, quàm adolescentibus ipsam illorum proponere vitam, qui solertissimo ingenij studio, & mirifica quadam virtutis specie, tanquam diuinis quibusdam naturæ gradibus, summum famæ & nominis immortalitatis culmen inscenderunt. Vitia etenim suopte cursu in omnium animos irrepunt, quæ multi exequuntur, quia & parentem & fratrem & amicum & vicinum in illa conspiciunt festinare, illáque mordicus & appetere & tenere, inter illa degere, illísque denique vivere. Vnde quis dubitare poterit non magnum commodum & emolumentum oriri ex optima sapientum revocatione, quorum vivendi modus fames fuit æternitatis, famæ fulcrum & fœlicitatis cujusdam firmamentum. Quod sanè Diogenes Laërtius prudentissimè præstitit, dum tot Philosophorũ vitas in illorum imitationem descripsit. Etiam & Petrus Crinitus Poëtarum enarrans instituta nobis viam aperit, & aditum patefacit amplum, ut tales evadere invigilem⁹. Plutarchus etiã, qui Principum studuit dirigere, ad rerum gestarum gloriã, animos summorũ nobis Principum vitas,

morumque magnitudinem & præstātiam, quasi vivas virtutis bellicæ imagines & armigerū Martis halitum objicere, culto quidem ingenij sermone curavit, & altera quadam stili gravitate proposuit. Alij etiam magni nominis Philosophorum, Poëtarum, Theologorū vitam in medium proponere suis scriptis neutiquam erubuerunt. Nostri igitur elegantissimi Poëtæ vitā, quibusdam involutam & dubiam temporum obscuritatibus, & tenebris proculdubio invenimus. Hanc igitur Ioannes de Rosa in hunc modum describit: Ausias Marchus natus & educatus Valentiæ fuit ex antiquo & nobili Marchorum genere, qui Gotholauniæ perillustres equites fuerunt. Pater ejus Petrus Marchus, mater verò Helionora Ripollia nuncupantur. Vxorem autem duxit Iohannam de Scorna Valentinam fœminam ex nobili oriundam stirpe. Dominus fuit Villarum, quæ vulgari nomine Beniarjon, & Pardines dicuntur, simulque alia his vicina loca possedit. Vixit quidem sub Regis Alphonsi Aragonij tempore, qui Neapolim ingenti bello vastavit & suscepit. Puella verò cujus causâ tot & tam mira composuit carmina, Teresa Bou vocata fuit, quæ Valentina & genere, & natalitia fuit sede. Hæc summatim Iohannes de Rosa nobis retulit. Verumtamen doctissimus vir Ludovicus Tribaldus Toletus, hæc ferè falsa esse certissimis comprobavit conjecturis, à quo hujus Poetæ tempora vero suscepimus ordine. Fuit igitur Ausias Marchus familiaris eques & socius Regis Iacobi Aragonij, qui vrbē

Valentiam Mauris eripuit, cum quo collecta classe in Baleares insulas profectus fuit, quæ procelloso pelagi impetu ante ipsas insulas fuit disiecta & diruta anno Domini 1250. At paucis prolapsis annis, nempe anno 1327. Franciscus Petrarcha suæ Lauræ amoribus arsit, sub quo tempore sua cæpit describere carmina. Qui cùm ad montes Pyrenæos existeret cum Episcopo Lumbierrij sub Iohannis 23. Papæ tempore, nostri Poetæ opera suscipere potuit, è quibus, quæ sibi gratiora & aptiora carmina videbantur, planè fuit mutuatus, quemadmodum Petrus Antonius Beuterius in suæ procemio historiæ facile probat. Sed enim prædictus Tribaldus mihi hãc de hac re liberavit fidem, se Neapoli ab Alphõso de Velasco nobili didicisse, illum impensè affirmare in egregia Ducis Florentiæ Bibliotheca libros quosdam ipsa Petrarchæ manu, cum Ausiæ Marchi carminibus conscriptos vidisse. Etiã & Pomponius Torellus in tertia parte secundi libri eorum, quos de debito equitis munere & officio composuit, in hunc modum inquit, Ne mihi quidem jam opus sit cum ipso Petrarcha loqui, qui Ausiam Marchum imitans, inquit,

Nec tempus certi muniminis adfuit ullum.

Ex quo colligitur quidem Ausiam Marchum ipsum Petrarcham ferè centum annorum spacio præcessisse. Quod autem Ioannes de Rega affirmat in hujus operum principio, nempe hunc sub Regis Alphonsi tempore fuisse, illa carmina Iambica, quæ Ausiæ nomine feruntur, quibus Anacletam de Borgia interrogat, verè ejus esse

probat, cum hæc summi Pontificis neptis fuerit, qui Caxtus tertius fuit nuncupatus, & Rodericus de Borgia antea vocabatur, qui & anno 1455. Pōtificatum tenuit. At Petrarcha sub anno 1374. mortem oppetijt, vixitque 70. annos; vnde facilè infertur ante Ausiæ tempora, ferè 80. annos Petrarcham extitisse. Hæc enim minus ambigua & dubia videntur omnino, & in his veritas nullo modo certissimè cerni potest. Quod autem sub multis dubitationis umbris delitescit, est quod ingenuè omnes communi ferè consensu, & unico ducti suffragio confitentur, nimirum ardentissimo hunc Poetam præditum fuisse ingenio, vivacíque mentis acumine viguisse, ita ut omnium doctorum animos in stuporem facilè duxerit. Cum enim suam celerrimæ mentis erigit cogitationem, dices, fulminanti quodam impetu summum æthera percurrere, & totam ingenij exhaurire facultatem, & ipsos naturæ anfractus, ob oculos, elegantissimo & mirifico verborum apparatu constituere. Ejus autem uberrimam copiam vix est, qui in pangendis carminibus superaverit, quique eloquentiæ stilo excesserit. Dum comparationem aliquam nectit, quasi vivis in tabula depingit coloribus, ita ut lector nihil amplius desiderare possit, nihil dubitare, nihílque sibi non certum proponere. Attingit autem ferè omne disciplinarum curriculum, & illas versibus ita inserit, quemadmodum Empedocles & Theognes, & Parmenides Græco carmine Philosophiam, & Titus Lucretius Carus Latino omnem naturæ cursum, & vim

vim depingit. Vt autem Homerus pleno Græcæ elegantiæ pectore divinos Pegasei fontis haustus eructat, & Græcam facundiam exornat, & ipsas novem Musas mirabili suo ingenio illustrat, ita etiam breuem & succinctam Valentinæ gentis linguam, præcipitémque & volubilem sermonem divinis sui ingenij flexibus, & quasi ipsis Musarum gyris, Phœbiq; patris afflatu Valentinæ linguæ ariditatem & brevitatem quasi intumenté deducit Rhetorici fluminis majestatem, & in copiosum quendam naturæ hortum varijs consitum floribus, & divinis variatum viridarijs per pictas Thuriacæ linguæ glebas Valentinam omnem invexerit locutionem. Et penè miraculum redolet tantam ingenij magnitudinem, & præstantiam tam arcto & astricto eloquij stilo potuisse effundere. Ex quo facile est, ut quisque in animum inducat suum, quemadmodum Virgilius Latinam, & Homerus Græcam linguam carminum & sententiarum festivo & divino sensu decorarunt, nihil minus Ausiam Marchum Valentinum eloquium suæ mẽtis sententijs quasi quibusdam albentibus gemmis ditasse, & tantum id magis præstitisse, quantum major est in eloquio difficultas, minórque linguæ apparatus, & astrictior verborum concursus. Etenim summum philosophum agit cum de facto in elegia 14. lib. 3. disserit, vt Aristotelẽ, magnúmque Theologum Thomam illa loqui existimes. Multa etiam medicinæ arcana in elegia 4. lib. 5. & in alijs locis incredibilis & præstanti ingenij acumine depromit. Et quia sum-

mis rerum difficultatibus ſuam totam inſperſit poëſim, & abſconditis rerum ambagibus ſua carmina cõnectit, planè fatetur in elegia 11. lib. 5. ſe ferè à nemine intelligi, vel à paucis certè percipi poſſe. Quod ejus ingenij divinitatem, & divinarum cogitationum ſublimes ſenſus manifeſtat. Inſurgit etenim acutiſſimus & varius, pervolat celerrimus, excurrit mirificus, proloquitur eloquens, & plenus & diviniſſimo Muſarum modulamine cantat. In illo enim ita majeſtas ingenij excellit, ut artem omnem ſecum complecti procul dubio videatur. Hujus autem opera in Bethicum tranſtulit ſermonem, primum quidem & elegantius eques Valentinus D. Balthaſar de Romani, poſtea verò clariſſimus Poeta Georgius de Montemajor, & denique in Italicũ ſtilum Auſonia gens ſibi aſſumpſit. Etenim Valerius Andreas Taxander in Catalogo clarorum Hiſpaniæ ſcriptorum in hunc modum de hoc egregio viro ſcribit: Auſias Marchus Poeta Valẽtinus ſubtilis rhythmis popularibus ſacra acutè complexus eſt, quæ jam alij in alias linguas tranſtulerunt, Hiſpanè quidem Georgius de Montemajor Madriti 1579. Huic ob acumen tãtum ferè Hiſpani tribuunt, quantum Etruſci Petrarchæ, adnumeratúrque Ferdinando Menæ, Garſiæ Laſſo, & Alphonſo Arzillæ. Hæc ille. Vnde planè conſtat hujus ſummi viri præconia latè & fusè patere, & penè in varias Europæ linguas Valentinum acumen ſonare, & modò Romani orbis ingentes campos in vberrimam Latij ſegetem Valentini ſeminis fructus, qui Ro-

mani

mani cognominis divinum deferunt auſpiciũ, accipere. Vnde ut antea Valentino, ſic nunc Romano eloquio, Romanam quandam ſecum profert magnitudinem, & tam hunc Romanus ſonat, quàm antea Romani, id eſt Valentini fulminabat. In quo ſi aliqua diſcrepantia exiſtebat, linguæ, non magnitudini cogitationum fas eſt tribuere, nam magnitudo ut Valentina eſt in acumine, ita Romana in majeſtate, in nomine, in numero ſemper floreſcit. Quod autem ſuperius dixi Petrum Antonium Beuterium in prologo hiſtoriarum teſtatum reliquiſſe Franciſcũ Petrarcham Auſiæ Marcho carmina ſurripuiſſe, & illis ſua ditaſſe opera, & tanquam quibuſdam gemmulis exornaſſe, planè poſtea perſpexi, non de Auſiæ Marchi, ſed de cujuſdam equitis Valentini Georgij nomine, verſibus id illum ſcripſiſſe. Quod ut verius pateat, ipſius verba ſubjungam. Inquit igitur in hunc modum: Quis neſcit Franciſcum Petrarcham ſecundum inter Italos Poetas fuiſſe, qui poſt Dantem ipſam poeſim elegantibus, & cultis vulgaribus extulit verſibus, & principium epigrammatis illis dedit, quæ vulgo *Soneti* vocantur, tum Sextiles & Ternos carminum choros alióſque numeros in Italia invenit? Quis non hunc tanquam parentem horum poëmatum in mundo non ádmiratur? Volo igitur, vt ſciant, quemadmodum Virgilius Homero & Heſiodo, aliiſque Græcis carmina abripuit, ſicuti Aulus Gellius, & Macrobius fuſè teſtantur, ſic etiam Petrarcham fuiſſe mutuatum quæpiam ex noſtri equitis Valentini ope-

ribus, qui ferè centum annis viguit, antequam Petrarcha scripsisset, & Sonetis & Sextilibus, & Ternis carminũ choris usus fuisset, antiqua illa nostra lingua quam Lemovices proferunt, vero testimonio comprobare. Et quamvis hic multa possem hujusce rei exempla referre, quæ vt scripserat, planè patent, existimo satis esse, quod hic inseram, ut hujus rei veritas sub hoc exemplo facilius elucescat. Inquit igitur Petrarcha,

Pace non trovo e non ho da far guerra
E volo supral cielo e ghiaccio in terra
E nulla stringo e tuttul mundo abbraccio
Et ho in odio mestesso, & amo altrui
Si amor non he, che dunque e quel i sento?

Et Georgius eques Valentinus ita cecinit,

E no he pau e no tinch quim guerreig
Vol sobrel cel è nom movi de terra
E no estrenchres e tot lo mon abras
Hoy he de mi è vull altre gran be
Si no amor donç aço que sera?

Quod quidem Latinè in hunc modum sonat,

Nulla pace fruor, nullúsque in me inijcit arma
Et super astra volo, iaceo & tellure sub ima
Nilq; manu astringo, totum complector & orbem
Sum mihi sæpè odio, bona & altera diligo magna
Si hoc non dulcis amor, quid erit, quod pectore gesto?

Et multa alia carmina integra & hemistichia & epigrammata, simili quidem modo vsurpavit. Hic verò Georgius eques fuit in Curia Regis Iacobi, qui Valentiã armis cepit, & cũ illo progressus fuit structa classe, quæ ante insulam Majori-

cam

cam magno ponti æstu fuit disiecta fermè anno 1250. Et alius etiã eques hujus socius, qui Febrerius nuncupatur, quædã carmina cõposuit, quib. illam descripsit procellã. Hæc Beuterius. Verũ enimverò de Ausia Marcho doctissimus Pater Iohãnes Mariana lib. 23. c. 3. suæ historiæ in hunc modũ scribit: Osias Marchus Carolo familiaris in primis fuit pangẽdis lingua Lemoviensi carminibus in paucis ea ætate celebris, sermo incomptus, acerbus tamen, multísque sententiarum & ingenij luminibus illustris. Floruit autem hic Carolus, qui Princeps Vianæ fuit sub anno 1461. qui filius fuit Iohannis Regis Navarræ, qui Blancham duxit vxorem, qua mortua Iohannam Fadrichi filiam Limenarchæ Castellæ duxit, ex qua Ferdinandum Catholicum suscepit, qui à fratre Alphonso Regnum Aragoniæ hereditate fuit nactus, aliáque hujus Coronæ regna. Carolum autem filium suum Principem Vianæ in vincula conjecit, qui demum diem obijt ultimũ. Sub cujus mortem horrida bella cum Barchinonis populo gessit. Hujus igitur Principis Caroli nonnulla egregia opera ferebãtur, nempe Ethica Aristotelis, quæ vulgari lingua Bætica transtulit, & brevem Regum Navarræ historiam composuit, tum elegantissima carmina quæ ipse ad citharam harmonica quadam voce concinebat. Ex quo nata illi fuit cum Ausia Marcho familiaritas, cujus poëtico spiritu delectabatur, cujus dulcibus Musis sui pectoris afflatus, veluti jucundo quodam lenocinio componebat. Et de hujus nostri Poëtæ ætate hoc testi-

monium veram comprobare sententiam existimo, & si refragari sciam multorum conatus, & varijs illam opinionibus inconfusam & turbatam temporum seriem obscurare.

IN PRISCOS ET CELEBRES Valentini Regni Poëtas qui aliqua operum floruerunt præstantia, tum Latino carmine, tum etiam & vulgari.

Vincentij Marinerij Valentini ELEGIA.

PHOEBE, chori princeps, vatum pater, auráque mentis,
Annue jam votis, verbáque necte mea.
Ecce tuum canimus cœtum, populúmque supremum
Molli quos ducis per decus omne, lyra
Eque tuo gremio certum est fluxisse Poëtas
Et plena his cali dona dedisse manu.
Hísque novem cura est pulchras celebrare puellas,
Quas cœtu semper claudis, agísque tuo.
Hi Parnaßiaco subsultant vertice tecum,
Pegaseo extinguunt híque liquore sitim.
In te jam cuncti mentem vertúntque, locántque
Queis Daphnes cingis tu quoque fronde caput.

Te appellant toto proclivis pectore & ore,
 Nam sine te nulli carmina pulchra patent.
Pieridúmque chorum assiduo infestantur honore,
 Cuius te norunt esse ubicunque patrem.
Iam mihi Phœbe veni, numen quoque defer Olympi,
 Et mea divino concute jure labra.
Scis hos absque Deo nulla hic describere posse,
 Hos quoniam proprio prodidit ore Deus.
Thuria divinis pelagus dum suscipit vndis
 Florifero & terras littore semper agit.
Hos inter roseas deducit gurgite ripas,
 Atque his in totos perstrepit ille polos.
Naiadas atque inter cœtum sibi detulit istum,
 Quo famæ ingessit sydera in alta tubam.
Laurus fronde caput, mentem fulvum alligat aurum,
 Verba lepor, florens carmina nectar adit.
Aonij nemoris folijs sacra bractea junctis
 Horum mixta sacro dulcius ore crepat.
Muriades, Smyrnaus item, quem ea Bilbilis offert,
 In tanta effundunt mella cohorte nimis.
Volvitur his Asiæ semper splendentis alumnus,
 His canit & socius qui fera bella canit.
Hyblais quæ apibus resonantia murmura strident
 Inter Thuriacos stantq; vigentq; favor,
Ausonio primus sermone Agnetius astat
 Ad se qui Musas flexerat ipse novem.
Pleno autem intumuit decantans pectore summa,
 Protulit & labris carmina magna suis.
Personuit miro per mundi compita versu,
 Mentisq; illecebris astra coacta tenet.
Dum cecinit, cantumq; suo verba aurea fudit,
 Pressit veloces æthere Phœbus equos

Ingenti ingeniſ ſtrepitu; mentisq; lepore
Dulcia de ſacro pectore mella vomit.
Naturæ hic varios deſcribit carmine motus,
Et quod fœcundo viſcere robur habet.
Hic genus alituum penetrant qui ſidera pennis
Concinuit, magno quos creat vnda lacu.
Qui vario alarum complent totum aëra curſu,
Et picto ſplendet penna colore cita.
His roſtrum incurvum miſeram rapit aëre prædam,
Unguibus & rapidis his ſimul eſca ſubeſt.
Armis quæ inter ſe committunt prœlia duris
Clangor ubi immenſus concitus aſtra quatit,
Atque ubi diffuſo volitant ſæpè agmine juncti,
Et gyris redeunt per loca ſumma ſuis.
Remigio ut torquent alarum jugera venti,
Æolios campos ut quoque penna ſecat.
Hæc veluti in ſpeculo expreſſit ſermonibus altis
Dat Latiſ flores germine Thuriaco.
Ore Lacus vulgi Albuſera vocatur ubique
Spumea qui felix æquoris antra bibit.
Hunc in delicias Romanis Scipio ſtruxit
Nereos hunc habitat ſquammea tota cohors.
Huic natura dedit cœli genus omne volucrum,
Hunc volucri hic Vates datq; canitq; ſono.
Tum varios rerum deſcribit carmine ſenſus,
Et terris gratus, gratus & ipſe polo,
Divino in gremio Muſas aſtrinxit ovantes,
Sicut auis volitat, qui quoque ſcribit aves.
Vix quæ compoſuit divino Agnetius ore,
Vel niſi divinus non dabit ore alius.
Inſequitur deinceps fulgens Oliverius arte
Carmina pauca quidem, ſed bene culta dedit.

Inge-

Ingenio velox pulchra Ciceronis in arte,
Et Suadæ torsit dulciter ipse sinum.
Floruit eloquio, quo Tullius ore sonabat,
Floruit & versu cui stetit ore Maro.
Ingenti Musas decoravit nomine sacros,
Ditavitq; alto carmine, mente, stilo.
Induit æternos Phœbæo numine versus,
Et sacro carmen protulit ore suum.
Sermonem & facilis Musas volvebat in ore,
Et labris steterat semper Apollo suis.
Carmina quæ fecit divinus Apollo probavit.
Talis namque decus nominis author habet.
Nobilis huic Falco sacro venit aurea cursu,
Qui Montessiaco pectora torque tegit.
Solerti ingenio mirum monstravit acumen,
Dum Labyrinthæo carmine vexat opus.
Multa dedit, summoq; simul lita carmina melle,
Aggrediturq; alto carmen ubique sono.
Musarum amplexu gaudet, gaudetq; cubili,
Quarum illi apposuit carmina multa sopor.
Sidera conspexit proprio currentia motu
Cœlorum & gyros viderat ipse sacros,
Culmina supremi pariter calcavit Olympi,
Altior & summo vertice progreditur.
Divino sacras struxit pede deinde choræas
Iucundo saltu duxit & ipsa choros.
Illo epigramma viget salibus sæpè vndique lætum,
Atque elegia suo candida melle fluit.
Grandia suscepit dulci modulamina versu,
Nam grandis versus grandia cultus agit.
Thuriacis pratis ut olor dulcißimus ore,
Cantavit dulci, dulcia gesta labro.

Non Falconis opus potuit corrodere livor
Non Falconis opes sprevit Apollo sacras.
Huic Musæ fontis vitreum fudere liquorem,
Pymplæusq; illi constitit amne latex.
Andino insurgit summum sermone per astra
Carmina dat sacris æmula carminibus.
Dum vario egreditur decoratus pectora cultu
Musarum felix oscula sacra movet.
Inq; sinu sacro summum caput injcit ipse,
Et pleno sugit ubere sacra sibi.
Dum sopor hunc Phœbi cogit sacra somnia spectat
Perspicua & cœli tunc sibi claustra patent.
Circulus in quadrum ingenio deflectitur hujus
Quadrata & mira lege rotunda dedit.
Oenotriæ sermo docto ejus pectore fulget,
Ingenij & vivis instrepit ipse modis.
Lampada doctrinæ prudenti vertice gestat
Cui assiduo flammam Pallas ubique fovet.
Mente celer, verbisq; gravis conceptibus altus
Magnus, ovans, splendens, pervolat, astat, abit.
Est illi sacra Musa parens, atque author Apollo
Et Phœbo, & Musis sunt sua nata simul.
Lumine & ingenij depellit ab orbe tenebras,
Carminibusq; autem non datur umbra suis.
Fulget, inardescit, flammet, splendetq;, micatq;
Ingenio, verbis, carmine, voce, sinu.
Multijugam docto deducit pectore mentem
Et nil non sapiens, non grave fertq; nihil.
Antiquam toto vomuit de pectore venam,
Atque Maroniaco carmine magna canit.
Vives divino nil fecit carmine doctus,
Mens illi ad carmen spongia sicca fuit.

Maxi-

Maxima sed scripsit tandem sermone soluto,
Atque illi Musæ magna dedere sacra.
Aurelium dum illustrat fulvo scatet altius auro
Dulcifluo & Phœbi nectare uterque madet.
Et disciplinis dum mentis suggerit ignes
Corrumpi nequeunt quæ latuere diu.
Famâ vivet enim veluti quoque nomine vivit
Mens illi, & nomen vita ministra subest.
Vixit enim Musis nullo moriturus in ævo,
Atque Valentinam fovit honore facem.
Quo valuit, sic vixit item per dogmata fato
Vivere, nam solum est mente valere bona.
Palmyrenus item felix quoque gloria Musis
Non vincto liquit aurea verba pede,
Lata quidem præceps semper per prata vagatur
Et metam nullo tunc sibi fine notat.
Effluit ingenti verborum flumine plenus
Atque illi cecidit copia tota polo.
Supremus Musis Antistes constitit ipse
Mente & divinus, maximus eloquio
Librorum numero superat Phœbi æthere gyros
Atque ipso Phœbo stantq; micantq; libri.
Blassius æterno fulget quoque nomine mirus
Ore etsi sacro carmina nulla dedit.
Tulliacam retulit divino pectore vocem
Et fluvij Latij gurgite sæpe scatet.
Improvisus enim divina oracula fudit
Sic Musæ ingenium constitit acre cibo.
Phœbæo affulsit supremus Gravius igne
Sacraq; dejecit fulmina ab ore suo.
Castalium persensit enim sacro ore liquorem
Parnaßi & movit maxima saxa pede.

Illi mirificis stetit alta locutio verbis
In labris multo melleq́ sedit apes.
Illum & suggestus divino gutture sensit,
Et via divinis novit abire modis.
Mirus erat dictis, sacer ore, supremus & arte,
Fortuna & felix, ingenioq́ potens.
Alta dedit, divina tulit, splendentia presßit
Ore, sono, verbis, magnus, acutus, ovans.
Semperius pariter resonanti floruit ore
Musarum excußit dulciter ore faces.
Atria & intravit roseis vernantia pratis,
Et sacro legit pollice quæ voluit.
Artificis studio excoluit sine limite Musas
Et multa Phœbum præbuit arte suum.
Quæ fecit puris resonantia carmina verbis;
Carminibus poterat scribere Naso suis.
Linguis ecce tribus Ferrusius emicat ingens
Virtute, ingenio, pectore, mente, manu.
Sacra dedit nimium redolentia carmina divos,
Et quasi de cælis lapsa fuisse putes.
Hic plenum exhausit Phœbi divinitus amnem,
Et Musas duxit pectore sæpe novem.
Cultus erat sermo, vox mira, & candidus ordo
Et quidquid fecit constitit omne sacrum.
Hic & Aristotelem, Thomam & percalluit altum
Hebraico & Græco contulit hic Latium.
Omnia congeßit divino consita sensu
Et versu cœlis semper ubique placet.
Oriolanus adhuc splendescit Episcopus altus
Iosephus Stephanus pectore Apollineus.
Hic Latio sermone dedit sacra carmina puro
Hic & Tulliaco floruit eloquio.

Hic

Hic Thespiadum conspexerat abdita tecta,
Et summo accepit ore Heliconis opes.
Facta Dei sermone docet, cœlosq; refundit,
Eiusq; est cunctis pagina sacra stupor.
Nil at non scivit, nil non mente accipit alta
Ejus pectus habet quidquid habere potest.
Alta volat nomenq; vehit, numenq; resumit,
Naturæ vires maximus vnus habet.
Omnia vt ingenio suprema volumina voluit,
Vix quæ scripta manent non sibi mente tulit.
Græcus erat, fulsitq; illo sermo Italus ingens
Verba soluta dedit, verbaq; juncta dedit.
Vix videt iste parem, tanto sic pectore splendet,
Fulgenti ingenio solus ubique fuit.
Hic & doctrinæ supremum objecit honorem,
Hoc etenim major non datur vllus adhuc.
Sed cedant docti, Sophiæ focus ardeat uni
Qui Musis sacrâ pabula mente coquit.
Ecce nitet magnus Nunnesius ore, & honore
Cui culmen linguæ Græcia tota dedit.
Cui Latium, & Solymis vox persona constitit omnis,
Cui totus Sophiæ circulus unus adest.
Antidoto ingenij fudit fera vulnera libris,
Ægro nec patitur dogma jacere sinu.
Barbariem repulit, mixtisq; medela triumphis
Exhibuit mentis pharmaca plena suæ.
Fata aufert Græcis, Latijs quoque funera pellit,
Et vomitu Sophiæ cuncta valere facit.
Nunc etiam æquali Minguesius omine surgit
Qui Græco & Latio splendidus igne micat
Musarumq; chorum lætis amplexibus arctat,
Et totus Phœbo se, & sua cuncta vovet.

Hoc etenim vidi penetralia Græca magistri
Et Sophiæ potui summa videre loca.
Famâ dignus adest, toto & celebrabitur orbe
Post cineres, Sophiæ nam nequit aura mori.
Est etiam Phœbo Trillesius inclytus ipso
Linguarum tenuit qui sibi quinque sonos.
Et virtute probus, sic Musis optimus extat
Harumq; egregijs exprimit ora libris.
Exsurgit Sophiæ culmen modo Maßius ingens
Quo Plato divini nomen habere potest.
Chrysippi hic artem mira sub imagine preßit
Et Thomæ raro dogmata iure tulit.
Iustitiæ & juris fulget doctrina Salonis
Quem toto potuit orbe stupere Solon.
Legibus hic vrget Sophiæ cœlestia iura
Et mentis trutina condidit arte jubar
Summus ut involitat Sophiæ Paschalius astris
Quem Musæ, & virtus instituere sibi.
Floret item celebris Navarrus numine mentis
Pagina quem Vatum ceu loca prima tenet.
Monçonus verò mundi magna occupat antra,
Nam fama, & libris terrea claustra replet.
Est etiam Boschus Sophiæ celeberrimus ore
Numen Aristotelis qui super astra vehit,
En Canonum expurgat divina Iaverius arma,
Legibus & mentis lumine robur agit.
Iacobus pariter Steve immensusq; potensq;
Et Græci & Latij detulit orbis opes.
Ingenio hic magnus magnum dedit orbe Galenum
Ad quem divinæ præbuit artis iter.
Lombardi explicuit divinus verba Salaia
Atque animæ totam vimq; jubarq; docet.

Emicat egregijs Assensius undiq; verbis,
Dum Thomæ decorat mente, sinuq; scholam.
Est Aldana suo fœlix vbicunque boatu
Et valvas aperit jam Sophiæ nitidas.
Dum Thomæ libros Oromirius explicat altus
Et mundus discit, & polus ipse tacet.
Iam Castanedæ Sophiæ inter emicat ardens
Et puram Thomæ donat habere viam.
Fulminat altisono mentis Munnosius auro
In quod se incutiens lumen Apollo vibrat.
Ex quo fama tubam resona sibi construit arte
Flatibus hanc vivis plena per ora reflat.
Hic Helicona bibit totis sub faucibus omnem,
Dulcibus & Sophiæ se madefecit aquis.
Ingenio hic totas sibi miro instruxit Athenas,
Et mentis rivis prata Pelasga rigat.
Hicq; Palæstinos ditavit gramine campos,
Et quos Chaldæo percolit ore solum.
Hic Syriam vocem Hispano de pectore fudit,
Thuriaco & totam contulit ore Tyron.
Phœnicum strepit iste melos, Latiumq; supremū
Omnia per mundi jugera melle dedit.
Hic Suadæ nodos manibus construxit eburnis,
Hic Sophia ambages solvit ubique sacras.
Hic culto retulit divina mathemata sensu
Et sibi quæ condunt astra corusca Iovis.
Calluit historiam, Vatumq; poëmata novit,
Et quod divinus dogma Galenus agit.
Hunc totum inclusit Sophiæ sibi circulus ingens,
Phœbæo & totum perbibit amne chorum.
Ingenio & linguis lustravit compita mundi,
Nunc cæli latas proterit ipse vias.

Hunc sequitur docto supremus jure Ledesma
Fœcundam cui artem Græcia tota dedit.
Smyrnæi Musam pleno centone profudit
Et Christi sacros texuit ipse sinus.
Floruit excelso viridantis Apollinis horto
Et segetum secuit germina falce Iovis.
Hippocratis trivit campos, Ciceronis & antra
Magnaq; Aristotelis pervidet arva vagus.
Est etiam egregius Musis Monlorius altis
Qui totum sacro jure Platona dedit.
Helladis assumpsit voces, sonituq; canoro
Parnassi vomuit maximus amne favos.
Mirus & ad Sophiam, ad rerum fuit altus honores,
Præbet Phœbæas artibus artis opes.
Hic Phœbi fulget Virvesius inclytus arce
Quem cultâ versus luce Tibullus amat.
Vtroq; affulsit divinus Apolline summo,
Splenduit & medicus, versibus & nituit.
Iam verò toto ingens Stranneus emicat orbe
Quem mirum mirè magnus Erasmus habet.
Hic latebras Sophiæ librorum sentibus actas
Dissecuit Græcâ mirus ubique manu.
Addidit & lucem rebus, dedit aurea libris
Munera, fert vario nectare mentis apes.
Multa voluminibus magnis mirè edidit unus
Sic pleno vixit candida Musa sinu.
Hunc potuit totis sibi promere sedibus orbis,
Nam toto varijs dotibus orbe micat.
Hic Criticum anfractum facili regit undique filo
Abstruso vetuit currere calle vias.
Veros authorum demonstrat dogmate sensus
Restituit, delet lectio quæ atra vetus.

Obvius & Musis, Phœbi & vestigia figit
Et rutili currus lampada mente gerit.
Et dum supremo lætatur terra theatro
Illi hic majores objicit unus opes.
Plausibus hunc Musæ jam suscepere sonoris.
Senserat hos toto Iuppiter axe tacens.
Nominis augurium divino numine complet
Stranneus ingenio, Stranneus estq; libris.
Hæc vox extremam sonitu demonstrat Ibero,
Extremum hunc quoniam jam sibi Phœbus habet.
Extrema & fines terræ nam mente cucurrit,
Qua Musas toto currere in orbe facit.
Extremo dumque ipse petit cœli alta volatu
Parnassi linquit tota superba juga.
Hic sedet æterno famæ sociatus amore
Quem non ipsa potest victa tacere sibi.
Nam dum virtutis Sophiæ sibi concinit arcem
Hunc summo semper nomine sede locat.
Carolus at variam defert sub pectore Musam,
Nomine Bartolius, numine at eximius.
Græcorum scrutatur opes, seruatq;, rapitq;
Musæ & divitijs est sibi gaza potens.
Thesauros Sophiæ cumulo vehit undique mentis
Quæ & dat divinâ Musa metalla manu.
Iam sacram, humanamq; premit sermone Canaam
Cunctaq; divino voluit ubique labro.
Huic similis multo Romevius omine surgit
Romanam qui alto condit honore facem.
Atria Phœbais nimium modo consita sylvis
Veloci pernix atterit ipse pede.
Inspicit umbrosos Phœbi sub lumine saltus
Musarum & totum possidet ipse nemus.

Sic etiam rutilo modò Granius axe coruscat,
Atque omnem Sophiæ nunc movet ipse lyram.
Sensu conspergit divina volumina pleno
Et populo ostentat cœlica dona pio.
Editur ingenium radijs fulgentibus hujus,
Queis Musæ ardescunt fax & Apollinea.
Monçonus nostri gestat sacra stemmata sæcli,
Hujus nam cingit Phœbus honore caput.
Iugera Scripturæ mentis sub gressibus vrget,
Percurritq; celer quidquid Apollo tenet.
Divini censet primordia maxima Christi,
Et Sophiæ prima fert sibi sede jubar.
Fulminat & docto magnus sermone Coloma,
Murciadûm cui arctat jam infula sacra caput.
Ambages Sophiæ splendens Andræus adivit,
Et Logicæ solvit vincula cuncta trucis.
Increvit muta Ferrerius arte supremus
Et dignum magno dogmate fulcit onus.
Harum stat soboles toto simul inclyta mundo,
Nam tanto viguit lacte nutrita nimis,
Harumq; effluxit Musarum ex gurgite flumen
Quod terra ad Sophiam concita cuncta bibit.
Quos modò jam cecini, obstupuit cantu excitus orbis
Et natura suo duxit in alta gradu.
Hi Phœbum cecinere ipsum, Musasq; sacratas,
Et Latij vero magna dedere sono.
Emeritoq; tenent cuncti summum æthera plectro,
Quos cantum ad celebrem magnus Olympus habet.
Aonidum hos mirata fuit turba alta sororum,
Hos Phœbus coluit, queis dedit ipse chelyn.
Hos ut Sirenas modulantes dulcia cantu
Audivit teneræ terra subacta lyra.

Hi

His autem toto mirè cantantibus orbe
Dimisit cursum concitus amne liquor.
Nec potuit cælos celeri penetrare volatu,
Expansis alis ales in alta suis.
Non tenuit durum montis fastigia saxum
Et sylvam folijs arbor opaca virens.
Atque feræ posita steterunt feritate benigna,
Constitit & presso tunc polus ipse globo.
Ad cantum tandem cunctorum perstitit auris,
Qui victa ingentes lenijt aure animos.
Hyblæo perfusa fluunt hæc carmina melle,
Quisque suis quoniam versibus astat apes.
Inter Thuriacos viguerunt undique flores,
Pangæam citharam cantibus & superant.
Nunc chorus alter adest vulgari carmine mirus,
Qui plebis dulci nectare corda linit.
Comica sub presso moverunt pondera socco
Grandia festa levi constituere pede.
Iam varios fudere modos, fudereq; cantus,
In quibus altisono Musa sub ore boat.
Nec non & Tragicos nimium sumpsere cothurnos,
Heroumq; graves concinuêre gradus.
Martigenûm varium cantarunt dulciter ansam
Iucundum & Cypria composuêre jugum.
Hi fidibus dederant divina poëmata pulsis,
Sub quibus est miris Musa sonora modis.
Hi tandem puro sonuerunt gutture semper,
Dulcia & æternis mella dedêre favis.
Primus at exsurgit divino pectore magnus
Petrus Borgiades versibus egregios.
Hic Montesiadûm primam tulit vndique sedem
Atque equitum Princeps ille Magister erat.

Fœcundo accinuit splendentia carmine gesta
Et citharam versu mouit agente levem.
Pindaricum nectebat opus, superabat & ipsum
Et lyrico strepitu dulciter insonuit.
Prælia Martis enim cantu modulatur & arma
Et cæci lusit dulcia dona Dei.
Amplexu Veneri Gradivum jungit acerbum
Temperat & cantu semper amara gravi.
Qui tranat pelagus, spumosas inter & vndas
Carminis egregij cantat ubique memor.
Ipse viator enim dum transit jugera terræ
Lenimen longæ carmen habetq; viæ.
Nocturnis pueri dum ludunt versibus omnes
Cantibus his sonitum mirum ubicunque vibrant.
His fallunt noctes ad pendula fila puellæ
Et niveum Lunæ sæpe globum vocitant.
Ingenio divinus erat, divinus & ore
Nil non divinum pectore sæpe tulit.
Atque eques & miles, Princeps fuit, ipseq; Vates
Dux, Martisq; manus, voxq; canora chori.
Adfuit eximius cælesti Tarrega mente
Cui sua dona quidem magna Thalia dedit.
Comica sub tanto nituit sic fabula Vate
Vt similem nullum jam reperire queat.
Festivus verbis, & dulcis carmine surgit
Commentis mirus, sensibus eximius.
Detinuit mentes, allexit pectora cuncta,
Et pressit dulci grandia corda lyra.
Oris blanditijs deduxit ab æthere Musas
Atque ipsum Phœbum presserat ore patrem.
Carmine mellito populum sine lite coëgit
Atque sequuturos melleus ore trahit.

Histrio

Histrio fœlici hujus carmine commovet urbem
Et thymele tanto stat quoque Vate sacra.
Mores & leges, & vitæ commoda præbet.
Et nil non magnum versibus ipse docet.
Constituit summos mentis sub numine casus
Et mundi varios monstrat ubique gradus.
Sub festo dat vera quidem splendentia sensu
Et risum blando commovet ipse joco.
Lætus agit varios rerum splendescere vultus
Plautino & cunctis dat quoque melle favos.
Divina versus vincit dulcedine quemque
Fascinat & molli corda severa sono.
Cogit, agit, superat, ducitque, trahitque, movetque
Allicit, impellit, lenit, adurget, adit.
Musa potest solum, quæ fecit dicere Musis,
Non est humano vis data tanta viro.
Hujus per terras jam tandem fama cucurrit
Et ferijt summo vertice mota polos.
Græcorum superat festivos carmine ludos,
Et quæ dicta refert sensa probata gerunt.
Summatim ut dicam quis Tarrega Comicus extat,
Fas est jam de illo dicere nempe nihil.
Sed ne forte nihil dicam, dicam esse supremam
Musarum sobolem quam nutriere novem.
Iam quoque splendescens Aquilarius extitit ingens,
Et celebri Phœbo carmine dona dedit.
Comicus eximio depinxit grandia versu,
Fabula vni sedem donat habere gravem.
Ingenio fœlix in Musas surgit acuto
Et nectit dulci carmina summa favo.
Insonat egregius, cantat divinitus ipse,
Et varios rerum dat sacer ore modos.

Quem capit sensum summa producere mente
Hunc velut in speculo conspicuum tribuit.
Haurit item summo conceptus sæpè profundo
Et tenebras fœdas vt jubar ipse refert.
Involvit verbis splendentia grandibus acta,
Et versu texit maxima quaque suo.
Fortuna illi impar, sine limite, sed tamen aura
Illi afflat mentis grandia melliflua.
Ducit Apollineum sub grandi pectore plectrum
Atque modis fælix personat alta suis.
Bistonium dulci superat quoque gutture Vatem
Et Musis sacram præbuit invidiam.
Divinus modò surgit ovans Guillermus in astra
Et sacrum in cœlos inserit ipse caput.
Divinus toto famam tenet unus in orbe,
Divinum huncq; simul Comica Musa vocat.
Hujus enim verbis splendet sententia rerum,
Et documenta suis stant quoque carminibus.
Gaudia Phœbæo conflat sermone suprema,
Et mundi cunctos cernere gesta facit.
Non lento sequitur Musas pede cantibus acres,
Sed celeri cunctas undique mente capit.
Ingentes nectit per prata virentia flores,
Quorum vel cœlos allicit altus odor.
Dulcibus insplendent semper sua carmina verbis
Dices hæc Musas ore dedisse suo.
Vatibus aßiduus sacris comes astat ubique
Miris alta potens conficit auspicijs.
Boscius hunc optat, nimiumq; cupiuntq; theatra
Et toto populus percolit orbe frequens.
Musarum manibus casus describit amœnos.
Cui præbent niveas semper ubique manus.

Exi-

Eximius tandem Escolanus pectore fulget.
Qui dulcem gestis condidit historiam.
Vatesq; egregius cecinit plectro alta sonoro
Pulsavitq; sacram pollice sæpè lyram.
Dulcifluo sermone canit, versuq; suavi
Et Parnaßiacas fert sibi mente deas.
Et velut amne fluit gurges, ripasq; relinquit
Sic Musis cunctos præterit iste suis.
Iucundo eloquio cunctorum pectora cogit
Seria dum fictis miscet, ubique placet.
Mæonides tanto nunquam sibi floruit ore,
Non est qui simili personet ore sibi.
Edita jam tantum hunc magnumq; volumina monstrãt
Historicis nimium quæ viguere notis.
Thuriacas hic ornat opes, monimentaq; vexit
Æternâ famæ concelebranda tubâ.
Dulcisonus loquitur, lyricus canit, inclytus astat,
Insonat immensus, eximiusq; docet.
Huic etenim natura dedit sua jura suprema
Seu canit, est magnus, magnus adestq; tacens.
Huic etiam Vates Assorius intonat altè,
Et versu in mentes fulmina rara jacit,
Verbaq; mellifluis jaculatur ovantia Musis,
Carminis & dulci pectora voce ferit.
Denique divino fulgens Alagonius ore,
Et triplici surgit mirus in astra sono.
Hic non notus adest, nulli nam innotuit unquam
Fortuna hunc quoniam fudit in ima furens.
Democritus simili titulo sese extulit olim
Atque pari hic toto voce stat orbe simul.
Ille at ridebat, lachrymis hic irrigat ora,
Dispar nam fatum pectora dat varia.

Trinacria hunc patribus mundo dedit insula primis
Cui in damna est fatum semper ubique triplex.
Nobilis est ortu, tectum jubar evehit altum.
Quod dulci solum pectore semper agit
Moribus est insons, coluit solum ipse Camænas
Et culpa est culpâ vel caruisse sibi.
Heu nimium fortuna suum caput opprimit altum
Et veluti saxo semper in ima jacit.
Quos coluit campos, & prata Theocritus ingens
Hujus in augurium jam colvere patres.
Iam Vatem simili fecerunt numine divi
Quos Siculis splendens invocat ara sacris.
Namque Alagoniaco nimium fulgebat honore
Quem fortuna acri sustulit atra manu.
Casibus adversis vitam sic temperat omnem
Vt solum Musis sit sua vita pijs.
Ingenio surgit facili, nitidoq; proboq;
Quidquid & aggreditur absque labore premit.
Dotibus his illum jam natura afficit amplis
Vt vix his verè noscat habere parem.
Carmina vel nullo veniunt sibi nata labore
Ter centum vno haustu carmina culta vomit.
Græca simul, pangitq; simul quoque sæpe Latina
Atque omnes plena complet hic arte modos.
Vix est ulla fides, quæ hæc liberet aurea verba
Atque ideò nulli denique notus adest.
Invidiæ laqueis præceps compellitur atris.
Hostibus & lætus obvius ipse patet.
Fortunæ telum nomen dat criminis illi;
Solum illi est error fata habuisse sua.
Esuriem Phœbus per tot sua carmina ducit
Carmina nam Phœbus dat meliora fame.

Infa-

Infælix semper fieri nihil altius optat
Altâ quem fudit jam fera sede manus.
Nec caret invidiâ, quâ totis artubus ardet
Invidia at summum sæpe cacumen adit.
Omnes inviso cernunt hunc pectore semper
Atque premi cogunt commoda quæque sua.
Sunt pauci quibus ille placet, doctíq; sed ipsi
His solum vero nomine semper adest.
Scripsit multa quidem sub parvi temporis horis
Quod mense alter agit dat sibi sæpe die.
Quæ Græco celebres verbis fudere at Athenæ
Romæ etiam verbis præbuit iste suis.
Plurima vulgari quæ perstant condita lingua
Vt linguam exacuet jam Latio tribuit.
Quidquid tentavit divino protulit ore,
Herculeo & Phœbi pectore duxit onus.
Principibus charus, Ducibus gratusq; supremis,
Musarum nutrijt lacte sacro sobolem.
Vtile nil tenuit, quo posset ducere vitam,
Nam præter mentem nil habet ille suam.
Est Vatum cura illi ingens, sua pabula libri.
Pegasea & labrum cui levis vnda rigat.
Ingrata hunc mundus semper sub sorte relinquit
Quem pariter linquit hic quoque sorte pari.
Famam quærit enim quæ vel quæsita superstat
Et si hic ob famam deperit inde fame.
Hoc morbo jacuit ferventi magnus Homerus
Atque fames Flacco compulit ora sacra.
Hæc propria est Vatum, saturi sine mente vagantur,
Nec pleno mens est undique ventre potens.
Sic fortuna jubet, non est obsistere fatis
Iam natura suis cuncta dedit numeris.

Hæc pleno hunc semper sibi nutrijt ubere larga
His, quæ ipse exoptat, cætera quisque petat.
Cætera susciperet, raperet nisi fervidus hostis,
Et ne dona gerat spargit hic inde mala.
Et si magna quidem persistit opinio mundo
Hanc tentant multi sæpe necare facem.
Sed vero semper Phœbus sibi personat ore,
Et verum toto clarius orbe patet.
Si fælix illi tandem fortuna fuisset
Majus & esset onus, major & invidia.
Cuncta etenim pereunt, vivunt sed candida scripta,
Hæc Phœbus sacro munere sæpe fovet.
Qui volat alta quidem telis est obvius orbis,
Formica est avibus quæ volat esca feris.
Vt caveam linquit per montis culmina Cervus
Est canibus subitò præda patens trucibus.
Infælix qui mente volat, volat Ardea in illum,
Atque miser curvis unguibus incutitur.
Sic Vatum populus cecidit quondam acriter actus
Ingenium semper barbaries repulit.
Hac & summa tenet, toto & dominatur in orbe
Hæc petit alta quidem, sorteq́ gestat opes.
Musarum hic fontem sitibundus sæpe frequentat
Et solum Musas suscipit ille sinu.
Hancq́ viam solus multo terit undique gressu
Has optat comites, has amat ille duces.
Etsi Alagoniaco sit notus nomine nulli
His notus fieri semper ubique cupit.
Atque inter Vates quos alta Valentia duxit
Florea Thuriaci fluminis arua tenet.
Quam liquidis mirus produxit Mincius undis
Nominis auspicio clarius omen habet.

Dicitur

Dicitur iste Maro, Marinerius ille vocatur.
Sacrato secum nomine uterque viget.
Augusto hic nituit sub Musis Principe magnis
Angusto at fato dirutus ille jacet.
Hic chorus est Vatum, quem Phœbus carmine ditat
Fama tubâ, & sacris Thuria deinde rosis.

OPERA FACUNDISSIMI & elegantissimi Poëtæ Valentini & strenui Equitis Ausiæ Marchi, ex vernacula lingua prisca Valentina in Latinam versa,

Vincentio Marinerio Valentino Interprete.

Liber primus Elegiarum.

ELEGIA I.

QVI non tristis adest nunquam mea carmina curet
Aut cui non pressit pectora mœror atrox.
Quique malis tritos gestat vexantibus actus
Non ad tristitiam quærat acerba loca;

Carmina nostra legat, mentem quatiatq; tumaltu
Arte carent, stulti mente renata viri.
At causam impellit quæ in tot mea corda dolores
Novit amor, pœnæ qui mihi causa fuit.
Pars quædam & non parva quidem reperitur amœnæ
Lætitiæ magnæ, tristis in ingenio.
At si me pressum cuncti videre dolore
Magnis lætitijs mens fuit acta mea.
Utque meo simplex persistit corde Cupido
Sic lætor, vicem vivere ut orbe nihil.
Et quia gesta sua intento vel publica nosse
Tunc mea vel mixto corda dolore levat.
Iam veniet tempus deserto ut pectore vivam
Ut possim melius cernere amoris opus.
Vitæ hujus miseræ jam sit vel nemo misertus
Me nam sæpe suis ædibus arcet amor.
Ast ego per se ipsum, qui tantum diligo amorem
Nec dare quæ ipse potest munera magna nego:
Tristitiæ nunc corda suæ mea tradere tento
Et toto mecum tempore tristis ero.
Ingenioq; meo vix tandem educere possum.
Donum esse eximijs majus ubique bonis.
Mœrorem potius, quam tot sua gaudia adire:
Illi nam languor dulcis ubique subest.
Delitiæ nostræ magnæ pars maxima substat,
Hæc quam vel quisquis jam sibi tristis habet.
Dum luget, præbent illi nam gaudia luctus
Lætaq; sub toto pectore corda ferunt.
Sic est assiduis quasi subgemat obruta tellus
Planctibus, inq; illum ferveat orbe dolor.
A multis studeo reprimi, cogiq; vicissim
Tantum non tristi pondere vita nocet.

At qui oculis ego ſæpe meis ſua commoda vidi,
Iam ſua damna peto, gaudia namque licent.
Nemo ſciet, fuerit ſi non expertus, & acer
Quot ſecum geſtet gaudia ſolus amor.
Ejus qui vero Paphiæ tenet vlcere tela
Ac ſi ſe tali cernat amore premi.

EPIGRAMMA.

FLos inter ſpinas, faciat deus undique noſcas
Per te, me vita dura ſubire mala.
Robore namque meo, in lapſus me amor inijcit atros
Abſque ſuo, cui ingens vis ſine fine ſubeſt.

ELEGIA II.

VT qui avido ſub corde cibum nimis appetit aptum
Vt poſſit toto pellere corde famem.
Et duo poma videt frondente ſub arbore mira
Quæ æquali motu tunc ſua corda petunt.
Sed non vota implet donec partem eligit unam,
In fructum quoniam ſe cita vota ferunt.
Sic me nempe duæ totum vicêre puellæ,
Eligo at ex illis ut mihi vivat amor.
Vt pelagusq́ acri clamore ſtrepitq́, gemitq́
Spumea cum duplex per vada ventus agit.
Hic Oriente ruit, mittit niger Heſperus illum
Et perſtat donec ceſſerit alter ibi.
Sic nunc vi magnâ, quæ ſtant mihi robora ſumma,
Mentem concutiunt nunc duo vota mea.
Aſt amor ut ſolum mihi nunc jubet inſequar unum.
Hoc tibi nunc refero te me & amare nimis.

Nec dubites stultâ sic me vilescere mente
Vt vim majorem non tibi inesse putem.
Lascivum at corpus tristi mœrore ruebat
Gaudia ne saltim perderet ulla sibi.
Illi sed favit solum pars una, potensq;
In quo quam cervâ vivere, amoris erit:
Cùm mala vel pariter quoque gaudia sentiat idem.
Deliciis quivis nam satur esse potest.
At mens non tardo ad sermonem pectore currit
Partem hanc dissolvit tunc sine lite sibi.
Namque inquit proprio corpus sub sanguine motum
Sic amat ut Vulpes, vel Lupus asper amat.
Nam totum dulcis præscriptum est robur amoris,
Qui nihil est aliud quam sine mente furor.
At si illum, qui forsan amat tu cernis in ignes
Nec defensus erit, nec sibi planctus erit.
Ille est, qui superat, vincitq; libidinis æstum
Ni forsan primus tunc sibi motus inest:
Iudicium inq; illo existit, verumq; tribunal
Atque voluntatis stat sibi serva fides:
Quis verò at pugnam poterit committere in illum,
Qui ipsa voluntatis robora flectit atrox;
Qua vel opus perstat, vel tandem si arguit illum
Ingenio solum se regit ipse suo?
Sicq; ad corpus erit, magno tibi nempe periclo
Vana cupis, vana & sunt tua vota quidem.
Tempore sub parvo sunt omnia gaudia, pœnæ
Rete jacis, quovis discis at ista die:
Gaudia vel tecum vix jam potes ulla tenere
Quæ ut sordent illis non sibi seruit amor.
Qui ut studiosus adest bonitatis dicitur actus
Atque boni nescis protinus hujus iter.

Si mundus perfecta potest bona ducere secum
Per me perstat homo sub bona tanta vigens,
Quique spei vires sine me sic sustinet acres,
Est stultusq; & inops, magnus & est fatuus.
Et quanto ingenium divino lumine claret,
Sic sunt delitiæ quas dat, & illud habet.
Est ars subtilis mentis subtilis imago,
Quam nequit ambrosio vel saturare cibo.

EPIGRAMMA.

INgenio splendens, mihi nil decus inferet ipse
Præter te, pœnam quod ferat inde mihi.
In te diffundo mea vota Cupidinis alti
Intra te est quidquid me facit ut cupiam.

ELEGIA III.

NVllus sic tanto circundat robore mentem
Invito vt quemvis pectore forsan amet.
Non sic fortis adest, non illi est tanta potestas
Vt nodos solvat quos sibi fecit amor.
Quis me jam stultus carpit si ignorat amorem,
Et quod amem, stultus me reprehendit adhuc?
Nemo potest equidem vel tantum cogere numen
Ne incusem si aliquis me sibi vel nec amat.
O verè & mihi dulcis amor, jam te invoco semper
Vulnera qui infligis cuncta medête mihi.
Pharmaca mitte mihi, quæ jam medicantur & omnes
Qui per te patimur vel mala sæva nimis.

Ne ſim ſolus ego tanto ſine jure relictus,
Te & manibus, toto & pectore quæro pium.
Servitij munus nullâ ſtirpe denique ſolvi,
Sic amo, vel quantum coget amare & amor.
O tu ut cœleſtis qui vel dolor undique ſubſtas,
Quàm cunctis ſemper diſſona corda facis!
Non te ita conſpiciam, moriar prius acriter ipſe,
Sic mihi nam mortis dulcis amator erit.
Iamq; ſpei veræ ſplendentia lumina præbe,
Quæ non talis adeſt, non mihi vana venit.
Iam ſcio quæ ratio propius ſibi devehat illam,
Ne ſpe fallaci pectora noſtra preme.
Aſt ceu ægrotus tutò ſibi vivere ſperat
Ob mala quæ ſecum geſtat, habetq; ſimul.
Et ſi alius morbus diverſo è tramite fervet,
Mens illum in mortem trudit ubique trucem.
Sic qui nil vel erat, lacerat me morbus amoris,
Vivebam qui illo preſſus ubique nimis.
Et quia nempe novum eſt, crucior, moriorq; ſub illo,
Cum non talis erat, nam mihi majus adeſt.
O tu amor, hoc donum, cui vel deus intulit ipſe,
Vt puerum ſtultum ſæpe ſenem facias.
Prudentem, inſanum, nam verè neſcit & ille,
Qui te vel nullo jure fugare poteſt.
Tu es ventus diræ qui fert contagia peſtis,
Et mortis mundo vulnera dira refers.
Cæcum eſſe ante ictum multum prodeſtq;, valetq;
At mors incuſſo ſola medela ſubeſt.

EPIGRAMMA.

O Amor, illo equidem purus quo tempore Chriſtus
Ob bona cuncta cruci pendula terga dedit:

Me

Me incußisti atrox, nam te malè denique fugi
Illum, namq; alium censui inesse diem.

ELEGIA IV.

Cantabèr ægrotat qui per Germanica rura
Nec morbi vires indicat ille sui.
Non illi medicus medicamina tradet aperta,
Hispani saltem insit & ille soli.
Qui vires morbi, & casum cognouerit acrem,
Et melius noxæ senserit inde situm.
Talis ego subsito peregrina in jugera missus,
Nam nisi tu solum non dabit alter opem.
Vidi oculos tanto armatos sub robore, possent
Offerre ut vitam, cogere & inde mori.
Mecum & perpendens in me tot robora vidi,
Ut servus fierem subditus ipse domi.
Et faciem vidi, audivi sed denique vocem
Corporis egregij, pectoris atque trucis.
Qua armatum quemvis subitò vel vincere posset,
Cui vel nullo ictu subdor ubique suus.
Vt puer aßuetos qui scit percurrere calles,
Sicut ab ætatis viribus ire potest:
Si inter saxa quidem vestigio figere sentit,
It trepidus, tutum nec scit habere pedem.
Rectà ire haud valuit cernens vestigia nulla
Greßibus & planum currere nescit iter.
Ignorat reditum tutum, fuit unde reductus,
Nec per se talem finiet ipse viam.
Sic oculi nunc forte mei hæc fecêre pericla,
Illorum & secum lumina mixta ruunt.

Ast ego perpetior, nec possum tendere contra
Delitijs quoniam stat lita pœna mihi.
Me nam quærit amor, me me fortuna repellit,
Vis mea nec tantis hostibus ulla subest.
In mundo vitam nullam sine amore capessam,
Dices ergo mihi, quid mihi nunc videar.
Dum vigilo, dum somnus adest, mente undique surgo
Et meditor, valeat num sibi si quis amat.
Quo plura invenio, in pejus tunc decido semper
Mente mea, in stultas quæ me agit inde vias.
Hoc sic est ingens (nullo nam amo denique fuco,
Vt sunt verba ejus, vultus ut ipse micat.)
Vt non sit tantum Gallorum sceptra tenere
Vel moriar subitò si modo fingo mea.
Atque odium nunc forte tuum, mihi tradit amorem.
Atque oculi clypeum luce scidêre tui.
Mens mea dum languet toto me robore pressit,
Carcere concludor, horreo tela tua.
Et tua jam facies cohibet mea pectora, pulchra,
Cogitur ut nullo robore noster amor.
Ardeo namque hyeme, ætatis sed frigeo cœlo
Duram & componunt tanta pericla necem.

EPIGRAMMA.

PVlchra mihi , & prudens mihi ceu nihil omnia substant,
A me te vt video longius ire nimis.
Nam prope te referet jam nil, mala tempora nobis
Longe à te invenio nam bona nulla mihi.

ELEGIA V.

Dulcis amor, quo magna mihi vota undique surgunt
Perq; gradus istos notitia ipsa venit.
Gaudia suntq; mihi, sed pœnam contulit acrem
Vel timor ipse mali, quo caro pressa ruit.
Atque in corda infert sine fumo ardentia ligna
Atque foras nunquam truditur ipse calor.
Intra horæ spatium vitæ mihi commoda præbe,
Nam minimæ vitæ sunt mihi signa meæ.
At medicus doctus non morbum ludit acerbum,
Erupit quoniam non calor ipse foras.
Ægrotum ignarus vel vix ignescere sentit
Indicat & sanum, stat quia pulsus iners.
Sed tamen ægrotus poterit mala dicere nunquam
Munere qui lingua nil valet inde suæ.
At color, & vultus tecti est nota certa doloris
Pars damni ac si ipsum dicere quisque queat.

EPIGRAMMA.

Non decet, ô prudens, nostrum tibi dicere amorem
Credo equidem te ipsam credere cuncta simul.
Causam at si occultam cogis persistere tecum
Illam, qua noster non stetit æquus amor.

ELEGIA VI.

Tantum nostra quidem mens jam concessit amori,
Absque illo ut possis noscere cæca nihil.

At quia ingratum est nunquam perdiscere ab ullo,
Vel facere hinc aliud, maxima pœna mihi est.
Magnos thesauros, ingentesq; orbis honores,
Nolo alio pretio vel nisi amoris ego.
Hoc nam si careo, saturat nil pectora nostra,
Quod non est charum, nam mea vota premit.
Pauperior Iobo, perstat mihi nulla supellex.
Est dives quoniam qui sibi nulla cupit.
Me invenio in medio mortis, pelagoq; laborum;
Dum sibi multa petit, est homo in exilio.
Nunquam dulcis amor studuit vel tradere vitam,
Virtutem & vires dansq;, ferensq; suas.
Vt cum me sursum vexit, preßitq; deorsum,
In me dimittens robora cuncta sua.
Est turpis sæpe extremis amor ipse duobus,
Vel nimio, aut minimo sæpe caret medio.
Hoc benè sæpe patet, contra se deficit ipse,
Cuncta cadunt, præsens vel sibi finis adest.
Miror enim si dulcis amor non labitur ipse,
Extremis pondus nam locat ipse suum.
Plusquam cuncta simul perstat mihi tuta voluntas.
At tua sæpe minor quàm sibi punctus adest.
Et sine fraude quidem multum nequit ipse manere:
Mores nam frangit undique more suo.
Nil minus expugno quàm lumen & acriter umbram
Corde meo, & nostri torpet amoris amor.
O Deus! æqualis cur non micat ipse Cupido,
Crescere qui votum sic vetat ipse tuum?
Ne nostrum quovis pereat sub tempore tandem,
Si benè vix nosco tot mala quando aderunt.
Ipse Deus, quia sæpe bonus sic improba temnit,
Cor durum ut tandem vix tolerare queat.

Excessu ut quovis magno uel possit amari,
Ejus qui æquali perstat amore sibi.
Atque ideo mecum diu non puto vivere amorem,
Extremum cepi nunc quia amoris ego,
Et tua corda quidem sic pressa Cupidine torpent,
Vt me vel nunquam jam tibi corde feras.

EPIGRAMMA.

PRudens,ob Venerem,quæ alto tibi fœdere perstat,
Si vel amor tardi devenit ipse tuus:
Omnibus hic præsens in mortem me ipse refundam,
Quæ dum mundus erit,vivet ubique simul.

ELEGIA VII.

SÆpe patent cunctis qui norunt Cypridis artes,
Atque his,qui tandem nostra pericla sciunt.
Esse mihi haud similem,fuerit nec tempore quovis,
Qui Veneris nati senserit ignis onus.
Testibus haud egeo,nec quos in vera reducam,
Blanditijs cogam dulcia & ore loqui.
Nec lenire quidem faciles sermonibus aures,
Sub vero verbis undique quisque favet.
Nam meus altus amor quæsivit culmina summa,
Invenit nullum iamq; sibi similem.
Qui pueri cæci quærunt loca pervia solum,
His non dissuasi quærere grata sibi.
Sic gratum mecum spatium fert ipse Cupido,
Parte alia ut vitam ceu peregrinus agat.

Mundo damna ferant levia & sua pondera toti,
Ast humeris placitum fert onus ipse meis.
Non multum præstabit enim qui credit ubique
In me sic Veneris jura severa videns.
Ast aliud sileo, durum est ostendere cunctis,
Sed mihi pars gravior grandis amoris adest.
Ostensa atque hujus cunctis ingentia facta
Qui plus jam nostis cuncta notate magis.
Do veniam, carpis, si quod non attinet usquam,
Illis tutus ero, quos benè pressit amor.
Sicq; mei sensus toto stupuêre sub ore.
Illa ut me cernit quam mihi semper amo.
Vt vix cognoscam si sim in terrave, marive
Longius à me etiam frigora membra rigent.
Si illi tunc forsan vel quicquam dicere possum,
Quo excuser, quamvis tunc mihi sæpe peto.
Hic metus altus inest, nam me non effugit illa,
Nam cæca hoc damnum parte venire putat.
Tot mala, tot pœnas poterit quis dicere secum,
Ceu ego, cui semper gratia nostra nocet?
Et quia multus amo, nimium sævo opprimor igne,
Et temni video dulcis amoris opus.
Iudicor at potius vel tanquam stultus amator,
Aut qui natura sæpe calore caret.
At mihi si famæ non staret nobile nomen,
Ob nimiam pœnam vita mihi rueret.
Vix queo mœroris jam dicere pondera nostri,
Ex quo terribilis pectore pugna subest.
Crimine corq; meum, culpaq; carere fatetur,
Nam domina est verbis undique lingua suis.
Lingua at mota simul se dicere cuncta minatur,
Illam sed cordis cogit ubique pavor.

Semper inutiliter cùm vult quid dicere, torpet,
Tunc balbutit enim ceu rudis ut quid ait.
Hoc mens semper inest vili depressa timore,
Et nequit ipsa ad opus tradere consilium.
Non ratio secum, non stat vel robore fulta,
Disiectumq; ruit corporis omnis opus.
Non manus at proprijs quid præstat viribus ipsa,
Pesq; etiam graditur, nec benè noscit iter.
Omnia membra tremor casu quatit improbus acri,
Occurrit lasso tunc quia sanguis inops.
O amor! hic oculis qui perstat undique cæcus,
Cùm dare vis famulis munera amara tuis,
Nec meritum pendis, nec sentis pondera rerum,
Fortuna vitijs omnia nostra regis.
Cerne quidem tot damna truci quæ robore fervent
Quæ à te mundus habet, cuncta ut iniqua refers.
Qui à te delitias sumit, mala turpia cogit,
Deflet & ille simul qui quoque semper ovat.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, subitò vel cuncta peribunt,
Quæ intra se semper stant sine mente sibi.
Nam si amor haud curat quævis sibi demere damna,
Quo pacto tandem t[illegible]us amator erit?

ELEGIA VIII.

NUnquam divino lepidus sine munere amoris
Frigidus aut calidus ceu cinis ipse cremer.
Cui sua jam præbet fervens extrema Cupido,
Non dolet aut morbo vivit ubique suo.

Nec dubites stultâ sic me vilescere mente
Vt vim majorem non tibi inesse putem.
Lascivum at corpus tristi mœrore ruebat
Gaudia ne saltim perderet ulla sibi.
Illi sed favit solum pars una, potensq;
In quo quam cervâ vivere, amoris erit.
Cùm mala vel pariter quoque gaudia sentiat idem.
Deliciis quivis nam satur esse potest.
At mens non tardo ad sermonem pectore currit
Partem hanc dissolvit tunc sine lite sibi.
Namque inquit proprio corpus sub sanguine motum
Sic amat ut Vulpes, vel Lupus asper amat.
Nam totum dulcis præscriptum est robur amoris,
Qui nihil est aliud quam sine mente furor.
At si illum, qui forsan amat tu cernis in ignes
Nec defensus erit, nec sibi planctus erit.
Ille est, qui superat, vincitq; libidinis æstum
Ni forsan primus tunc sibi motus inest.
Iudicium inq; illo existit, verumq; tribunal
Atque voluntatis stat sibi serva fides:
Quis verò at pugnam poterit committere in illum,
Qui ipsa voluntatis robora flectit atrox;
Qua vel opus perstat, vel tandem si arguit illum
Ingenio solum se regit ipse suo?
Sicq; ad corpus erit, magno tibi nempe peritlo
Vana cupis, vana & sunt tua vota quidem.
Tempore sub parvo sunt omnia gaudia, pœnæ
Rete jacis, quonis discis at ista die.
Gaudia vel tecum vix jam potes ulla tenere
Quæ ut sordent illis non sibi seruit amor.
Qui ut studiosus adest bonitatis dicitur actus
Atque boni nescis protinus hujus iter.

Si mundus perfecta potest bona ducere secum
Per me perstat homo sub bona tanta vigens,
Quique spei vires sine me sic sustinet acres,
Est stultusq; & inops, magnus & est fatuus.
Et quanto ingenium divino lumine claret,
Sic sunt delitiæ quas dat, & illud habet.
Est ars subtilis mentis subtilis imago,
Quam nequit ambrosio vel saturare cibo.

EPIGRAMMA.

INgenio splendens, mihi nil decus inferet ipse
Præter te, pœnam quod ferat inde mihi.
In te diffundo mea vota Cupidinis alti
Intra te est quidquid me facit ut cupiam.

ELEGIA III.

NVllus sic tanto circundat robore mentem
Invito ut quemvis pectore forsan amet.
Non sic fortis adest, non illi est tanta potestas
Vt nodos solvat quos sibi fecit amor.
Quis me jam stultus carpit si ignorat amorem,
Et quod amem, stultus me reprehendit adhuc?
Nemo potest equidem vel tantum cogere numen
Ne incusem si aliquis me sibi vel nec amat.
O verè & mihi dulcis amor, jam te invoco semper
Vulnera qui infligis cuncta medêre mihi.
Pharmaca mitte mihi, quæ jam medicantur & omnes
Qui per te patimur vel mala sæva nimis.

Ne ſim ſolus ego tanto ſine jure relictus,
Te & manibus, toto & pectore quæro pium.
Servitij munus nullâ ſtirpe denique ſolvi,
Sic amo, vel quantum coget amare & amor.
O tu ut cæleſtis qui vel dolor undique ſubſtas,
Quàm cunctis ſemper diſſona corda facis!
Non te ita conſpiciam, moriar prius acriter ipſe,
Sic mihi nam mortis dulcis amator erit.
Iamq; ſpei veræ ſplendentia lumina præbe,
Quæ non talis adeſt, non mihi vana venit.
Iam ſcio quæ ratio propius ſibi devehat illam,
Ne ſpe fallaci pectora noſtra preme.
Aſt ceu ægrotus tutò ſibi vivere ſperat
Ob mala quæ ſecum geſtat, habetq; ſimul.
Et ſi alius morbus diverſo è tramite fervet,
Mens illum in mortem trudit ubique trucem.
Sic qui nil vel erat, lacerat me morbus amoris,
Vivebam qui illo preſſus ubique nimis.
Et quia nempe novum eſt, crucior, moriorq; ſub illo,
Cum non talis erat, nam mihi majus adeſt.
O tu amor, hoc donum, cui vel deus intulit ipſe,
Vt puerum ſtultum ſæpe ſenem facias.
Prudentem, inſanum, nam verè neſcit & ille,
Qui te vel nullo jure fugare poteſt.
Tu es ventus diræ qui fert contagia peſtis,
Et mortis mundo vulnera dira refers.
Cæcum eſſe ante ictum multum prodeſtq;, valetq;
At mors incuſſo ſola medela ſubeſt.

EPIGRAMMA.

O Amor, illo equidem purus quo tempore Chriſtus
Ob bona cuncta cruci pendula terga dedit:

Me

Me incußisti atrox, nam te malè denique fugi
Illum, namq; alium censui inesse diem.

ELEGIA IV.

CAntaber ægrotat qui per Germanica rura
Nec morbi vires indicat ille sui.
Non illi medicus medicamina tradet aperta,
Hispani saltem insit & ille soli.
Qui vires morbi, & casum cognouerit acrem,
Et melius noxæ senserit inde situm.
Talis ego substo peregrina in jugera missus,
Nam nisi tu solum non dabit alter opem.
Vidi oculos tanto armatos sub robore, possent
Offerre ut vitam, cogere & inde mori.
Mecum & perpendens in me tot robora vidi,
Ut servus fierem subditus ipse domi.
Et faciem vidi, audivi sed denique vocem
Corporis egregij, pectoris atque trucis.
Qua armatum quemvis subitò vel vincere posset,
Cui vel nullo ictu subdor ubique suus.
Vt puer aßuetos qui scit percurrere calles,
Sicut ab ætatis viribus ire potest.
Si inter saxa quidem vestigio figere sentit,
It trepidus, tutum nec scit habere pedem.
Rectà ire haud valuit cernens vestigia nulla
Greßibus & planum currere nescit iter.
Ignorat reditum tutum, fuit unde reductus,
Nec per se talem finiet ipse viam.
Sic oculi nunc forte mei hæc fecêre pericla,
Illorum & secum lumina mixta ruunt.

Ast ego perpetior, nec possum tendere contra
Delitijs quoniam stat lita pœna mihi.
Me nam quærit amor, me me fortuna repellit,
Vis mea nec tantis hostibus ulla subest.
In mundo vitam nullam sine amore capessam,
Dices ergo mihi, quid mihi nunc videar.
Dum vigilo, dum somnus adest, mente undique surgo
Et meditor, valeat num sibi si quis amat.
Quo plura invenio, in pejus tunc decido semper
Mente mea, in stultas quæ me agit inde vias.
Hoc sic est ingens (nullo nam amo denique fuco,
Vt sunt verba ejus, vultus ut ipse micat.)
Vt non sit tantum Gallorum sceptra tenere
Vel moriar subitò si modò fingo mea.
Atque odium nunc forte tuum, mihi tradit amorem.
Atque oculi clypeum luce scidêre tui.
Mens mea dum languet toto me robore pressit,
Carcere concludor, horreo tela tua.
Et tua jam facies cohibet mea pectora, pulchra,
Cogitur ut nullo robore noster amor.
Ardeo namque hyeme, ætatis sed frigeo cœlo
Duram & componunt tanta pericla necem.

EPIGRAMMA.

PVlchra mihi , & prudens mihi ceu nihil omnia substant,
A me te vt video longius ire nimis.
Nam prope te referet jam nil, mala tempora nobis
Longe à te invenio nam bona nulla mihi.

ELEGIA V.

DVlcis amor, quo magna mihi vota undique surgunt
Perq́; gradus istos notitia ipsa venit.
Gaudia suntq́; mihi, sed pœnam contulit acrem
Vel timor ipse mali, quo caro pressa ruit.
Atque in corda infert sine fumo ardentia ligna
Atque foras nunquam truditur ipse calor.
Intra hora spatium vita mihi commoda prabe,
Nam minima vita sunt mihi signa mea.
At medicus doctus non morbum ludit acerbum,
Erupit quoniam non calor ipse foras.
Ægrotum ignarus vel vix ignescere sentit
Indicat & sanum, stat quia pulsus iners.
Sed tamen ægrotus poterit mala dicere nunquam
Munere qui lingua nil valet inde sua.
At color, & vultus tecti est nota certa doloris
Pars damni ac si ipsum dicere quisque queat.

EPIGRAMMA.

NOn decet, ô prudens, nostrum tibi dicere amorem
Credo equidem te ipsam credere cuncta simul.
Causam at si occultam cogis persistere tecum
Illam, qua noster non stetit æquus amor.

ELEGIA VI.

TAntum nostra quidem mens jam concessit amori,
Absque illo ut possit noscere cæca nihil.

At quia ingratum est nunquam perdiscere ab ullo,
Vel facere hinc aliud, maxima pœna mihi est.
Magnos thesauros, ingentesq; orbis honores,
Nolo alio pretio vel nisi amoris ego.
Hoc nam si careo, saturat nil pectora nostra,
Quod non est charum, nam mea vota premit.
Pauperior Iobo, perstat mihi nulla supellex,
Est dives quoniam qui sibi nulla cupit.
Me invenio in medio mortis, pelagoq; laborum;
Dum sibi multa petit, est homo in exilio.
Nunquam dulcis amor studuit vel tradere vitam,
Virtutem & vires dansq;, ferensq; suas.
Vt cum me sursum vexit, pressitq; deorsum,
In me dimittens robora cuncta sua.
Est turpis sæpe extremis amor ipse duobus,
Vel nimio, aut minimo sæpe caret medio.
Hoc benè sæpe patet, contra se deficit ipse,
Cuncta cadunt, præsens vel sibi finis adest.
Miror enim si dulcis amor non labitur ipse,
Extremis pondus nam locat ipse suum.
Plusquam cuncta simul perstat mihi tuta voluntas.
At tua sæpe minor quàm sibi punctus adest.
Et sine fraude quidem multum nequit ipse manere:
Mores nam frangit undique more suo.
Nil minus expugno quàm lumen & acriter umbram
Corde meo, & nostri torpet amoris amor.
O Deus! æqualis cur non micat ipse Cupido,
Crescere qui votum sic vetat ipse tuum?
Ne nostrum quovis pereat sub tempore tandem,
Si benè vix nosco tot mala quando aderunt.
Ipse Deus, quia sæpe bonus sic improba temnit,
Cor durum ut tandem vix tolerare queat.

Excessu ut quovis magno vel possit amari,
Ejus qui aequali perstat amore sibi.
Atque ideo mecum diu non puto vivere amorem,
Extremum cepi nunc quia amoris ego,
Et tua corda quidem sic pressa Cupidine torpent,
Vt me vel nunquam jam tibi corde feras.

EPIGRAMMA.

PRudens, ob Venerem, quae alto tibi foedere perstat,
Si vel amor tardi devenit ipse tuus:
Omnibus hic praesens in mortem me ipse refundam,
Quae dum mundus erit, vivet ubique simul.

ELEGIA VII.

SÆpe patent cunctis qui norunt Cypridis artes,
Atque his, qui tandem nostra pericla sciunt.
Esse mihi haud similem, fuerit nec tempore quovis,
Qui Veneris nati senserit ignis onus.
Testibus haud egeo, nec quos in vera reducam,
Blanditijs cogam dulcia & ore loqui.
Nec lenire quidem faciles sermonibus aures,
Sub vero verbis undique quisque favet.
Nam meus altus amor quaesivit culmina summa,
Invenit nullum iamq; sibi similem.
Qui pueri caeci quaerunt loca pervia solum,
His non dissuasi quaerere grata sibi.
Sic gratum mecum spatium fert ipse Cupido,
Parte alia ut vitam ceu peregrinus agat.

Mundo damna ferunt levia & sua pondera toti,
Ast humeris placitum fert onus ipse meis.
Non multum præstabit enim qui credit ubique
In me sic Veneris jura severa videns.
Ast aliud sileo, durum est ostendere cunctis,
Sed mihi pars gravior grandis amoris adest.
Ostensa atque hujus cunctis ingentia facta
Qui plus jam nostis cuncta notate magis.
Do veniam, carpis, si quod non attinet usquam,
Illis tutus ero, quos benè pressit amor.
Sicq; mei sensus toto stupuêre sub ore.
Illa ut me cernit quam mihi semper amo.
Vt vix cognoscam si sim in terráve, maríve
Longius à me etiam frigora membra rigent.
Si illi tunc forsan vel quicquam dicere possum,
Quo excusor, quamvis tunc mihi sæpe peto.
Hic metus altus inest, nam me non effugit illa,
Nam cæca hoc damnum parte venire putat.
Tot mala, tot pœnas poterit quis dicere secum,
Ceu ego, cui semper gratia nostra nocet?
Et quia multus amo, nimium sævo opprimor igne,
Et temni video dulcis amoris opus.
Iudicor at potius vel tanquam stultus amator,
Aut qui natura sæpe calore caret.
At mihi si famæ non staret nobile nomen,
Ob nimiam pœnam vita mihi rueret.
Vix queo mœroris jam dicere pondera nostri,
Ex quo terribilis pectore pugna subest.
Crimine corq; meum, culpaq; carere fatetur,
Nam domina est verbis undique lingua suis.
Lingua at mota simul se dicere cuncta minatur,
Illam sed cordis cogit ubique pavor.

Sem-

Semper inutiliter cùm vult quid dicere, torpet,
Tunc balbutit enim ceu rudis ut quid ait.
Hoc mens semper inest vili depressa timore,
Et nequit ipsa ad opus tradere consilium.
Non ratio secum, non stat vel robore fulta,
Disiectumq; ruit corporis omnis opus.
Non manus at proprijs quid præstat viribus ipsa,
Pesq; etiam graditur, nec benè noscit iter.
Omnia membra tremor casu quatit improbus acri,
Occurrit lasso tunc quia sanguis inops.
O amor! hic oculis qui perstat undique cæcis,
Cùm dare vis famulis munera amara tuis,
Nec meritum pendis, nec sentis pondera rerum,
Fortuna vitijs omnia nostra regis.
Cerne quidem tot damna truci quæ robore servent
Quæ à te mundus habet, cuncta ut iniqua refers.
Qui à te delitias sumit, mala turpia cogit,
Deflet & ille simul qui quoque semper orat.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, subitò vel cuncta peribunt,
Quæ intra se semper stant sine mente sibi.
Nam si amor haud curat quævis sibi demere damna,
Quo pacto tandem t[illegible]us amator erit?

ELEGIA VIII.

NVnquam divino lepidus sine munere amoris
Frigidus aut calidus ceu cinis ipse cremer.
Cui sua jam præbet fervens extrema Cupido,
Non dolet aut morbo vivit ubique suo.

Quique amat aut minimum, minimũ Venus emicat illi,
Non est zelotypus, quod cupit illud habet.
Effluxit atque opibus donec fastidia sentit.
Id quo plus gaudet noscere quisque potest.
Illum, qui ardet amans, nunquam dolor opprimit ullus:
Illi nam major vix dabit inde necem.
Et tantis secum Veneris sæpe ignibus ardet,
Vt quæ ipse attingit frigidiora putet.
Extra se rapitur, nunquam sua laudat & optat,
Hæc nisi sub quovis gaudia nulla ferant.
Mortua tota sibi persistit victa voluntas,
Vtque in deserto vivit & in populo.
Semper amatoris mens alto culmine fertur,
Atque unum ex duplici corpore conflat amor.
Intra illos animus semper clamatq; gemitq;
Alter ut alterius corpore non habitat.
Atque ubi sæpe jacet, quidquid loca suscipit illa,
Tristia damna fugit, quærit & hinc requiem.
Ast anima est mecum, quæ quod præstantius extat
Corpus, centrum illi quærit ubique tuum.
At qui non sentit, tantum haud exoptat amorem,
Scitur ut ex multis queis quoque sensus abest.
Ex minimo quoniam semper majora sciuntur,
Diversa est quoniam tunc ibi vel species.
Nec quis scire potest id vero robore mentis,
Vt qui notitijs quæque duabus habet.
Scilicet affectu, verborum aut pondere sacro,
Est & inexpertus regula stultitiæ.
Est mihi sed Basanus, trutinam quoque defero amoris,
Naturam ut noscam, quantus & ipse subest.
At tuus astat amor tectis mihi conditus umbris,
Corq; patet telis vel tuus horret amor.

Qui me nempe loqui coget, tua corpora lædat,
Atque meum linquat, ſpiritus hoc nec amat,
Et mea ſæpe caro flammis comburitur altis,
Atque oculi flentis ſentio damna tui.
Nemo me carpat tepidus ſin denique perſto,
Atque ut pectus amet dicere nemo poteſt.
Nec verum eſt odiſſe illum, penitúſque tepere,
Nec turpe eſt illi vel niſi jure regit.
Retibus induitur, nec credas degere nudum,
Veſtiri credit, nec tegumenta petit.
Qui eſt nudus pulchro exoptat ſibi ſtamine veſtem,
Vel quantum ipſe poteſt occupat omne ſimul.

EPIGRAMMA.

O Amor! ad te autem me tandem accedere cenſes
Vel vacuis manibus munera ut accipiam.
Quæ dare jam poſſum, tib protinus omnia ſubdo,
Ius eſt hæc habeat quam mihi ſemper amo.

ELEGIA IX.

ET Rex, qui *magnis tribus imperat urbibus ingens,*
Cui toto Martis, tempore, bella placent.
Hoſtem à ſe dirum, quem vix tandem expulit unquam,
Non vincit, multâ quin ferat arma manu.
At ſi manè hoſtis de illo tulit ipſe triumphum,
Solis ad occaſum Rege potente cadit.
Donec & in Regem ſummis petit agmina telis
Miles, quem nunquam Rex ſibi adeſſe putat.
Rex igitur cunctas amittit turpiter urbes,
Vix ullas tandem poſſidet ipſe ſibi.

Atque duas hostis tentat tunc tradere Regi,
Ducere se hac pretio Rex dat & ipse fidem.
Pendere cuncta simul spondet ceu subditus ille
Ipsius nutu qui fuerat dominus.
Alterius ne sit dominus tentatq; cupitq;
Nec sit ita ipse patens ut facile ille notet.
Vtque hostem longo hunc sentit sub tempore cæcus,
Sed nunquam mæstum contulit ille diem.
Quin minimis illum posset torquere sub horis,
Mentem disjiciens undique sæpe suam.
Me vicit pulchri sub robore corporis acri,
Nec decuit vires corde referre suas.
Atque animæ pariter tua robora cogit, & urget,
Et duo prosternit, sed nequeo uti alio.
Nec dubites placuisse mihi, vel jure vetari,
Imò etiam gratis cedere vel studui.
Si transacta quidem nequeo memorare vicißim,
Ecce placet nimium quod mihi perstat onus.
Devicto fælix placuit victoria nunquam,
Si me vincit amor, hoc quoque sæpe placet.
Carcere me claudat telo fortiq; truciq;
Ictus, sed clypeo constitit ipse meo.
Ejus ut obsequio postquam superatus inhæsi,
Mens à consilijs constitit ipsa suis.
Illi etiam ut lictor pariter fuit ipsa voluntas,
Et sunt ignoto quæ tamen ipsa dedit.
Mercedi cessit socius memoratus in illis
Officio parens undique quisque suo.
Illorum at quivis non sic erit improbus unquam,
Vt tandem expugnet quod probat altus amor.

EPI.

EPIGRAMMA.

O Prudens, memor esse velis, meminisseq; tenta
Ob Veneris flores magna venire mala,
Et propter Venerem vel crimine quemque carere,
Quod planè ostendo, sum quia mutus ego.

ELEGIA X.

Non me venatur frondosa ut in arbore Ricam,
Quæ dominum quærit cui placeat nimium.
Quam calidam servat dum grandine frigora inhorrent,
Delitijs rigidam dum calor orbe furit.
Atque decus domini minimum ducitq; probatq;,
Et saltu quodam concipit ejus opus.
Atque videt nullum servare modumq; viamq;,
In majus poßit crescere ut ipse simul.
Ille ego sum nimium qui dum furit alta procella,
Et cuncti ad flammas tunc sacra festa movent.
Cúmque illis possem proprios desumere ludos,
Calco nivem nudo vel pede, vel capite.
Servio & hic domino, qui nunquam subditus astat,
Non illum video se dare in obsequium.
Deformis, secumq; gerit sua corda ferina,
Hoc sed ait, desit nil mihi nempe bonum.

EPIGRAMMA.

O Prudens, mea vota quidem fœdissima, truncum
Educuntq; herbas jam mihi monte malas.
Hoc tandem noscant intra mea fortia corda,
Mentem vel nunquam fundere ad ima meam.

ELEGIA XI.

ALta Poëtarum cernens sacra carmina tandem,
Qui semper quodam vera furore tacent,
Qui vel cantanti ut fundunt modulamina Phœbo,
Transiliunt verum dum furor ore calet.
Atque affectatos demens mihi corde furore,
Dicam & quem gestas, me quia vel lateo.
Omnia quæ ipse loquor, qui te haud videre venustam
Nil erit, his quoniam non erit ulla fides.
Et qui fortè videt, si te non viderit intus,
Dum credent, toto pectore tristis ero.
Quisque oculus peccat, nec fusco ita lumine cernit,
Vt neget & corpus pulchrius esse tuum.
Non ita cognoscit, subtili ut qui aspicit ore;
Ipse cutem cernit, nescit at ipse animam.
Quantum vel corpus minimum sibi suscipit omne,
Ex anima hoc stultus non malè percipiet.
Scire modum poterit, nitidum, pulchrumq; colorem,
Sed vultum mirum dicere vix poterit.
Omnes sunt stulti, dum tandem dicere tentant,
Pulchrum & festivum quod sibi corpus habet.
Hoc pulchri juvenes motiq; Cupidine quærunt,
Quos ut desistant, tunc ego cogo fame.
Mens tua & hoc præstat, favet quod denique nemo;
Subtiles quoniam sæpe regit numeros.
Vtque bonum efficias pigra es, sopitaq; torpes,
Non Virgo es, castam sed Deus ipse cupit.
Sed tibi sufficiet quæ munera Iuppiter altus
Conservat, possit ut dare dona tibi.
Prudentes fecit multas pulchrasq;, bonasq;,
Sed perfecta quidem sola Teresa subest:

Quæ tanto ingenij divino & lumine pollet,
Vt nihil hanc fallat quæ sua non videat.
Quemque virum sua forma premit, cæcatq; venustas,
Mens ejus doctis omnibus estq; cibus.
Non ita sed Veneti tandem sua jura gubernant,
Pace citi, ingenium ceu regit alta tuum.
Quæ quis nosse nequit, semper subtilia fundit,
Formosum & corpus crimine ubique caret.
Gaudia tanta quidem, quivis qui intelligit, optat,
At te ut percipiat victus ubique jacet.
Corporis at votum sese nequit indere longè
Ad fœda, at cessat morte velut misera.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, non sic mea robora possunt,
Floribus ut possim nectere serta tibi.
Serto invisibili digna es, florensq; corona
Est ubi miraclum vix quoque stare potest.

ELEGIA XII.

EX causa exoritur timor hic meus improbus alta,
Etsi judicium vel loca tuta petat.
Atque meus sensus verus sibi consistit augur,
Atque à mente bona semovet ille caput.
Ergo quid esse potest, tollit quod sæpe quietem
Et mœrore sopor protinus ipse perit.
Atque animæ ratio moritur, premiturq; dolore.
Nam nunquam studuit pharmaca quæque dare.
Me dolor impungit, me cor quia mordet acerbè,
Causam & venturi non video ipse mali.

Spiritus at nunquam quidquam prænoſcere tentat,
In commune quidem, nam nequit in ſpeciem.
Et cum ſomnus abit, videor mihi demere ſomnum,
Effuſis ſtimulis atque dolore gravi.
Tamq; mihi ſubſtat mens altis concita curis,
Venturum ut videam ſemper adeſſe malum.
Non dubito, noſtri te etiam dubitare furentis,
Dulcis amoris opus, quod ſileo ubique tibi.
Culpa mea eſt equidem mea non tibi corda dediſſe,
Talis amor quoniam vix nequit ipſe tegi.
Longius à noſtro perſiſto pectore tandem,
Paulatim & robur languet ubique meum.
Quódque ex me noſcis prorſus nequit inde mereri,
Me vel amare putes, vel nec amare ſcias.
A te ſummus amor me longius ipſe removit,
Intra ſe & ſcindi tunc quoque jure cupit.
Eſt quia ſummus amor, patuit nulli ipſa voluntas,
Ejus notitiam denegat illa tibi.
Ignoras equidem ſecreti pectora noſtri,
Nec ſentis, ſenſu ſtat dolor ipſe meo.
Abſque uſu mentis præſtat tot facta Cupido,
Te ſaturat nimium, ſed mihi datq; famem.
Maxima damna quidem quæ in me jacit ipſe Cupido,
Non patior, vellem mittere cuncta mihi.
Diligo damna nimis, quæ à te veniuntq;, caduntq;,
Noſcere & hoc debes quam mihi ſintq; bona.
Teq; volo, vitio ſi tantum haud vertis amorem,
Et cordi tandem cuncta relinque meo.
At tantum exſurgit cordis per jura Cupido,
Terreſtrem ut fatear te mihi adeſſe deum.
Non dicam ut nobis jam jam mea damna miniſtres:
Nam mihi tot ſemper ſunt tua damna bonum.

At nostro si fortè malo se expungit amicus,
Vellem ego ut huic prosim, figere membra cruci
Cogit amor tantum ut possim mihi ducere pondus,
Hunc carpo si ullo tempore fallit amor.
Sique meum corpus superat virtute laborem,
Non neco, nam damno deperit ille novo.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, quantum de te infero mecum,
Quantum & perpendo crescere amore puto.
Me gaudere aio, & durum liquisse dolorem,
Quantum ferre queo tantum etiam hoc doleo.

ELEGIA XIII.

TE quod amē nil Virgo probes, nec suscipe amorem,
Hoc etenim forsan sæpè coactus agor.
Trade Deo, fecit qui te sub corpore tali,
Gratum aliud possit non sat ut esse sibi.
Formosum est facie, purus cui spiritus astat,
Qualem vix aliud jam sibi corpus habet.
Ut dominus fruitur. proprijs sibi viribus ipse,
Quas arcet, voto sic placet ille meo.
At si quid conor totas noctésque diésque
Quantum in me est facio jam me ut amare velis,
Non tanto sum dignus, enii cùm nullibi possit
Tantus amor, pretium cui sine fine subest.
Sic meritum est formare meum, cordisq; favorem,
Ac per te moriar quod placet omne mihi.
Diligi at haud mereor, si vel tibi displicet istud,
Cœna ut plura nocent nonnisi sufficiant.

Sitq; tibi gratum, mentem tibi sæpe paratam,
Et toto appositam semper amore tibi.
Iamq; nihil scribam, divini aut carmen amoris,
Pœniteat potius me quoque præteriti.
Per te hanc nunc equidem, in te nunc quoq; confero totã
A te nec studeo sumere dona mihi.
Sed si cogit amor me ut ames jam forsan ob istud,
Et Solem cursus linquere coget amor.
Ut tantum diffundar amor cogítque jubétque,
Mecum pars semper est quia magna tui.
Tanta & talis adest, quantam non cerno & in ulla,
Quam constringit amor, & mihi sæpe premit.
Fas erit in vestros ut plus astringar amores,
Per te sic nimium me quia stringit amor.
Atque tua facie, qua ceu vel carcere claudor
Non stat amor, faciat cum nec amare duos.
Iam multum est tempus, fugerem quo sæpe dolores
Effugi Venerem, ceu stetit illa mihi.
Ast ut te video damni gravis immemor asto,
Imo hæc conficiunt dulcia mella mihi.
Parco illi tot lapsa simul, tótque alta pericla,
Et quæ nunc etiam dura venire queunt.
Per te etenim solum jam sum tot ferre paratus.
Illa quia inspexi certa manere simul.

EPIGRAMMA.

VLtima dona mihi, jacuit jam morte Cupido,
Ne vel pectus amet ulla puella meum.
Hunc volui, possem tibi ut alta remittere jura,
Suscipe ut ingratum, ni tibi gratus adest.

ELE-

ELEGIA XIV.

ABsque voluptatis, turpisq; Cupidine sensus,
Ex quo damna necis suscipit omnis amans,
Vivo dolorificus cupiens vel semper amari,
Te turpem nunquam jam volo adesse mihi.
In te nam quod amo, mens est, quam miror ubique
Et castæ vitæ jura, modósque tua.
Non sic multa peto, quoniam mea vota feruntur,
Est ubi mirus honos, castaq; vita micans.
Mens ut amem te sæpè jubet, penitusq; coërcet,
Non corpus, turpis semper amoris opus.
Ad te méque trahit tuus inclytus undique vultus,
Sensu subtili qui probra quæq; ciet.
Et tanto premitur mea mens sub carcere tecum,
Atque tuâ semper clauditur ipsa nimis.
Vt sensum obtundat, corpus morbo opprimat acri:
Sub nece tam sævâ quâ mihi sensus abit.
Nam mea cessabunt vitæ, mentísque talenta,
Nam morbo pereo qui sine fine viget.
Spiritus expellit quidquid capit undique finem,
In totum nec habet gaudia nata sibi.
A te corda peto, quibus instat tota voluntas
Quæ infinita animæ munere mente sita est.
Pars Veneris divisa potest quæ denique labi,
Corde meo nullis viribus ipsa jacet.
Vtque ignis flammámque suam, sua robora & auget
Illi ut distendunt plurima ligna focum:
Tunc crescit, sævamq; famem sine limite monstrat,
Absumit quidquid vel sibi forte datur.

Sic me agit, & crescit depresso corde voluntas
Cum votis nimium mens mea adaucta valet.
Quæ ut depelluntur, factis res se impedit omnis
Parte alia quoniam non meus humet amor.
Mentis namq; novum pondus me cladibus angit
Quando inter populum multus, inérsque vagor.
Sub nido jam cepit amor prolem ipse cupitam,
Quam capite assiduò nutrijt ipse meo.
Hic est magnus amor, quem nullus terminus implet
A me nam nunquam jam removetur amor.
Quíque amat & votum multo non munere complet,
Illum non rodit vermis amoris atrox.

EPIGRAMMA.

PRudens, ecce meam figo fundamine mentem,
Quo firmam, & tutam nullus amator habet.
Si pereo, pariter languens amor ipse peribit,
Si persto, melius nomen habebo mihi.

ELEGIA XV.

TAntum dilexi, ut mentis jam robora crassa
Subtili existant trita labore mihi.
Linquens & viles quos detero denique sensus,
Quos hodie servat undique quisquis amat.
Ut sapiens Venerem jam jam distinguere possum
Ex voto, virtus quod fugit una nitens.
Nam quæ vota tenet multis homo casibus arctis
Non sunt verus amor, tale nec omen habent
Ut Deus ostendi qui tandem noluit orbi
Virginis ut sacro viscere tectus erat.

At quan-

At quando erupit, carnis claustrúmque reliquit,
Nunquam illum potuit noscere mente Sathan.
Atque ut natura corpus conspexerat illi,
Esse hunc credebat non potuisse Deum.
Ut cruce sed toto jam spiritus æthere fugit
Novit opus cunctis quod polus ipse parat.
Sermone è vano doctrinam denique cepi,
Et sine fumo ignem cogere jam didici.
Ex hoc & quoniam descripta volumina volvi
Artis, quæ nunquam vel sine amore viget.
Ignotus vixi, vagus ipse & nomine nullo
Ob signa effinxi quæ mihi sæpè mea.
Ast ut homo stultus noscar, dicárque vicissim
Certum erit hoc serò quod reparatur adhuc.
In te si tandem bona tanta videntur inesse
Quæ tecum semper jura sacrata tenent.
At quia me cernis vel quovis munere nudum
Ne me contemnas ob tot iniqua mala.
Si per te saltem semper vocor undique stultus
In me vel nullo pectora jure tuli.
A te credar ego, sapiens ut denique dicar,
Per te nam amisi lumina mentis ego.
Si quia te toto devictus pectore amavi
Et decus, & formam; mentis opúsque tuli.
Hic amor in crimen populo vertetur ab omni,
In te si similis non reperitur adhuc.
Officio hoc secum persistit cæca voluntas,
Ut sine te nunquam gaudia nulla ferat.
Præter te tandem mea vota existimo nunquam,
Ostia delitijs tradere clausa meis.

EPIGRAMMA.

O Prudens, natura nequit tolerare sub ipsam,
Nostrâ sub vitâ ne dolor ipse cadat.
Cùm precor ipse Deum mea vox auditur ab illo,
Hanc audi, quoniam fert sacra vera tibi.

ELEGIA XVI.

Omnia vota quidem totum vaga sæpè per orbem,
Per populos cuivis ut sua jura manent.
Tunc pede vel claudo votum pelluntur in unum,
Ut mens est jam diu qui mihi claudus adest.
Illa ast ut fugio, in ventos si tendere possunt,
Quam facilè hæc poterit linquere noster amor.
Sede unâ sed stare decet mentum undiq; formam,
Quam minuet nunquam vel malus inde gradus.
Utq; mihi medear nunquam jam consequor artem,
Si bene jam novi sanguinis acris opus.
Viribus atque meis potero consistere liber,
Unâ qua vexer parte doloris ego.
Te Venus alma precor facias me denique nosse,
Damna hæc quæ à te ipsa (pulchra puella) ruunt.
In me cum noscias quanta hæc conamina nectant,
Vincere tot quoniam non sine morte queam.
Vivere vel possum illæso virtutis honore,
Virtutem insectans cùm pia sola sequar.
Si mea vota tamen quæ sunt sibi turpia quærunt,
A te nil tandem sumere posse puto.
Illorum motus poterit depellere nemo,
Indicij servi nulla queunt fieri.

Ergo

Ergo qui potero me totum linquere prorsus?
At non culpa tua est, me quia cogit amor.
Hic amor at tanto sub robore surgit in altum,
Ut servum semper cogat amare suum.
Est homo sed fortis, poterit superaréque casus,
Quos dimittet amor dum superare volet.
Ergo puella nitens cur tanto adversor amori
Nec tibi quod duco pectore monstro jubar.
Lingua mea & vitam ducit, mortemq́; ferocem,
Illi nec robur quid valet inde meum.
Ut qui fortè Deum pleno sæpe ore precatur,
Imber ut è cœlo vel sine nube cadat.
Sic sine jure etiam noto volo semper amari
Quod fieri tecto denique corde nequit.
Ingenium & simili consensus nectitur arte,
Tuq́; & amor, similis cui stat in ore nitor,
Vota reluctanti secum stant pectore semper
Et sine jure quidem sic sibi sæpe nocent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, nequaquam Scorpio mordet,
Morsu quo dirus pectora mordet amor.
At qui mordentur non tali vulnere squallent,
Sed mentem amittunt, lumina & ipsa oculi.

ELEGIA XVII.

NEmo putet me multa loqui, & producere verba
Nec dictis pariter verba manere mea.
Sæpè Deum potius subitò precor ut vace labar,
Si est quæcunque loquor fabula falsa mihi.

Iam cum Romanis mea gesta Cupidinis astant
Plurima quæ fuerunt quàm sua scripta gerunt.
Illi, qui cessant ubi damna Cupido reponit
Non credent vel si credere cogat amor.
Semper amore carent qui mecum denique pugnant,
Et qui vel Veneris dira pericla timent.
Atque ut amant, optant, totos dimittere casus
Et solum nectunt commoda nata sibi.
Sæpè parum est equidem dolor ut detorquet amantem
Illo si studuit corda dolore premi.
Intus enim mirus fervescit cladibus ignis,
Nescio quo pacto gaudia quæque patent.
Non tantum me semper agit dolor altus amoris,
Gaudia ut illius linquere amara velim.
Si ejus in aspectu persto quæ constitit absens,
In Venerem & pellit tunc mea corda decus.
Tunc doleo vulnus si quæ medicamina tollunt,
Utque decus pereat quæro venena mihi.
Delitijs magnis nunquàm cor mansit inane,
Donec mens toto sit vaga amore simul.
Gaudia magna tegunt quos deterit ipse Cupedo;
Illos qui minimo semper amore jacent.
Nil Veneris capiunt dum perstat sola voluntas,
Hæc si fortè cadit vel bona nulla movent.
In mundo non tanta virent sacra gaudia mentis,
Quantum est ingenio pendere quam vel amas.
Quæ qui habet & secum vel causa oblivia condit
Se amittit dum alto cogitat ore nimis.
Cor tepidum Veneris defendit gaudia pulchra,
Atque extrema boni signa peracta gerunt.
Parvus amor linquitq; metum, spe & deficit ipsa
Præmia magna quidem nec mala magna capit.

Extre-

Extremóque alio sese delectat ubique
Venturi & sperat immemor acta boni.
Ex his quisque tenet sua prævia robora secum
Nescit ubi existat qui manet in medio.
Ille ego sum servus qui nunquam irascor acerbè,
Si mihi servitij notitia ulla manet.
Ille & totus adest ubi stat sua plena voluntas,
Qua perstat secum denique quidquid habet.
Tantumq; insurgit summo mihi pectus amore,
Spiritus ut perstet corpore nunc quod amat.
Me me & contemno, si illud me negligit ipsum,
Atque voluntatis nil perit aura mihi.
Intra se expectat divinos numine casus
Qui bona nec Veneris vel mala sperat amans.
Alter amans toto dum tandem corde resurgit,
Virtute affectus colligat ipse sua.
Spiritus at noster virtutis præmia servat,
Naturæ ut solum jure sacro fruitur.
Dum per se ipse colit quam multis dotibus amplam,
Invitium virtus servat ubique micans.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, qui se custodit amore,
Tres partes nectit jure & agente duas.
Una perit, totis sed sæclis altera durat,
Postrema est servat quam sibi falsus amor.

ELEGIA XVIII.

SI post magna quidem multis mala fervida dãnis,
Vel mihi servatur tunc breve forte bonum:

Tunc planctus, luctusq; mihi se in gaudia vertent
Post mala nam melius sunt bona cuncta sibi.
Et bona nil possunt, pretio haud sunt prædita tanto
In quanto secum jure putata putent.
Réxque potest dici pauper meditamine mentis,
Ob parvum oblatum quod sibi munus habet.
Dives homo sedenim, tristi sed pectore avarus
Auro ipso quod habet tunc sibi pauper erit.
Mens mea sed censet dum se convolvit amore
Quo pacto hoc referat tot bona cuncta loco.
Non pius ipse at amor videt hanc sub morte jacere
Nec fas est hujus duret ut ira mali.
Frangit amor mores proprios mala ob aspera semper,
Ejus scriptores linquere vera facit.
Deficit & toto mecum experientia sensu,
Se dominum tandem tunc negat acer amor.
Si proprio ut Phœbus splendescens calfacit ignis,
Sub cœli claro cuncta locata polo.
Sic amor egregio foveat sibi pectora zelo,
Ni tua quæ pigro frigore pressa rigent.
Unde fluit glacies tanto cita cuncta rigore,
Obversans flammis queis amor ipse calet.
Semotisq; jubet desertum linquere tutum,
Atque hoc delitiæ limine sæpe ruunt.
Igne & amoris enim sævi Phædra arsit iniquo,
Hippolytum & toto tentat adire sinu.
Et Lanzalotus pariter fuit actus amore,
Mortua cui pressit corda puella quidem.
O fatum crudele! facis quod durius ipsum
Immane ut toto pondere pectus amem.
Effice at hoc molle & duros fac linquere motus
Atque meas casto lumine pelle & opes.

Est & talis amor patitur qui immania jura
Atque hic nullus adhuc jam vel in orbe fuit.
Ast ego corda mihi, caput alto & vulnere rumpo
Túq; ades hic propius quæ mala cuncta cupis.
Est mihi sensus enim tecum se involvere semper,
Cogitur atque alia vel quoque parte trahi.
Sic oculíque tui mea nunquam incommoda cernunt,
Ostendunt vires semper habere feras.
Si ipse color, Deus ipse colis te denique cogat
Servatum toto sic mihi corpus erit.
Sic cœlum gaudet cum diro forsan ab orco
Spiritus in superos se revocare potest.
Cantores dulci forment modulamina voce
Et Vates pleno carmina fonte vomant.
Rusticus ipse choros ducat, curráque premat q;
Et miretur amans nullus amore frui.

EPIGRAMMA.

PRudẽs multi homines seorsum loca & invia quærũt,
Dirum qui norunt forsan amoris onus.
Ejúsque in clypeo ducunt quæ scripta feruntur,
Nec sensere quidem, sed sua facta timent.

ELEGIA XIX.

QVicunq; est medicus damnũ in sua pectora torquet,
Ægroto si usquam dira pericla silet.
Læditur at corpus, penetrat loca spiritus alta,
Mortales casus pondera nosse jubent.
At tu, qui meritum noscis sine limite nostrum,
Certa hic ventura da mihi signa necis.

Scire volo quid amor vel habet mihi denique tectum,
Sive bonum pariter fac quoque nosse malum.
Quod fortè ignoro, meritum vix deteget ullum,
Et nullo secum fert sibi forte bonum.
Sive brevi, aut serò finem mihi damna videbunt,
Et spe concrescunt vel r [illegible] *ala.*
Si tibi fortè placet venian [illegible] *ona*
Fac citò ut hæc sensi [illegible] *sequ* [illegible]
[illegible] *tio hæc equidem* [illegible] *re ta* [illegible]
[illegible] *ohibet su* [illegible] *ora te* [illegible]
[illegible] *neris mih* [illegible] *mater* [illegible]
[illegible] *nulla h* [illegible] *pora ad* [illegible]
[illegible] *instans* [illegible] *tes jam* [illegible]
Sol vol [illegible]
At si ce [illegible]
Te [illegible]
Túqu [illegible] *o,*
[illegible]

A.

[illegible] *mala sentat*
[illegible] *hamina tenet*
[illegible] *quuúrque col* [illegible]
[illegible] *amor.*

A te

A te vel nunquam gressúsve, pedésve movebo
Lucror, dum castam te mihi sæpè sequor.
Si me expugnat amor toto tunc decido corde,
Est mihi & hic mundus te sine sæpè nihil.
Diu etenim diræ pertransco flumina mortis
Per te nempe brevem me dolet esse viam.

ELEGIA XXI.

VT qui infinitus toto sibi tempore perstat
Finito saltem pectore inesse nequit.
Utq; aliquid faciat fulgens elementa sub ipsa,
Delitijs forsan non placuêre suis.
Ex imperfecto semp[illegible] gaudia nectit
Nec mentem [illegible] nisi in arce Dei.
Sic te ut am[illegible] sum te undique amare,
Quidq[illegible] us tunc mihi sæpè nocet.
In te du[illegible] mens concluditur ipsa,
Pe[illegible] r non mihi perstat amor.
Hu[illegible] nunt, cæco coguntq; sub ictu
[illegible] sibi, nec petere audet amor.
[illegible] o si te jam diligo amore,
[illegible] video, sentio téque simul.
[illegible] nostrum mentiri cogit amorem,
[illegible] ait illi etiam semper & ante manet.
[illegible] non moriar votis sæpe undique miror,
[illegible] m credam sacrum te mihi inesse polum.
[illegible] nec homo tantum de te qui senserit ullus,
A te ut jam cunctis monstret amore coli.
Non tantum moveor, cunctos nam pectore vinco,
A te sed capior semper amore magis.

Fecit amor cunctos quos servos nominat idem,
Ex stulto doctum & ex misero ingenuum.
In desiderium nunquam mea vota labascunt,
Sed tuus immensus plura meretur amor.
Hæc benè nemo implet vel dum magis æstimat illa
Non te at amat multum qui nec amore perit.
Et propter Venerem jam, jam moriuntur amantes,
Vivo ego, sed factis vivo nec æquus ego.
Causa & quæ tanto veniunt discrimina casu,
Non tanta est veluti quæ meà corda terit.
Et quia vel similis tibi nunquam constitit ulla,
Nunc ego vel cunctis esse volo cumulus.
Iamq; novam mihi fortè Deus mentem intulit ingens,
Servitio cuivis ne mea corda ligent.
Inte sed solum mentem, corpúsq; locarem.
Namq; vagum mentis sæpè mereris opus.
Sed doleo nimium tantum non pectore posse,
Vt possem mentem pendere non aliam.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, quod me te cogit amare
Nunquam seu oculos intrat ubique meos.
Spiritus ipse tuus me diris comprimit armis,
A me etiam quoniam non tua jura moves.

ELEGIA XXII.

DVm volo mente vagus mihi detegit ipse Cupido,
Arcana abscondit quæ vel subtilibus alta.
Iam meus ipse dies nox est atra omnibus umbris,
Vivo his, quæ nulli perstant benè nota palato,

Tantus

Tantus amore meus jam ſpiritus æthera tranat,
Ut quaſi labatur disjectus corpore ab ipſo.
In nullo mea vota quidem inveniuntur acerba,
Inq; illo ſolum, cui non caro pondere torpet.
Iam mea namq; caro non ſubdita ſenſibus urget,
Spiritus at Cypridis ſequitúrque colítque venenum.
Atque ignem, quo quiſquis amans ardétque, calétque,
Nil timeo ne ſorte minus cremer undique flammis.
Hoſtem námque alium depellit noſtra voluntas,
Qui illo quod Veneri præbet lætatur ubique:
Quod nec habent illi qui jam dicuntur amantes,
Mirè affectati, nec digni nomine amoris,
Si rationis amor ſubſtantia qualibet eſſet
Abſque ullo juris ſceptro, dominíque furore,
Præmia quæque ferens, diſtorquens crimina iniqua
Inter majores eſſem vel munere Phœnix.
Solus ego quoniam diſcrimina mixta reliqui
Perverſi voti quod rectis volvitur ipſis.
Non mihi pœna placet, nam nec ſcelus eruit ira.
Hæc cauſa eſt mecum vel toto corde ſoluta,
Ut ſancti ſummi ſenſerunt lumina cœli,
Ut ficta hæc mundi noviſſent lumina pravi,
Atque decus mundi ſpreviſſent pectore toto
Illis dum major ſteterat ſacra gloria cunctis.
Sic ego cuncta mihi vel toto negligo ſenſu,
Quæ diſturbat amor votis, quæ magna ſequuntur,
Atque illa aſſumit quæ ſpiritus admovet altus,
Quæ non laſſantur, ſed toto tempore creſcunt.
Ut mentem Divo Paulo Deus abſtulit omnem,
Toto ut ſpectaret myſteria maxima cœlo.
Eſt animæ corpus ſummum quia denique pondus,
Et quantum vivit, tenebris obvolvitur, illo.

Sic mea torquet amor divinis corda lacertis
Non ullis torpet mens sordibus aspera fœdis,
Delitijs ideo semper fruor undique summis,
Verus amor quoniam nunquam mea membra lacessit,
Contigit atque mihi sapienti, & contigit olim
Qui bona ut acciperet, quæ nullo tempore cessent.
Illa bona in pelagus fudit quæ tempora torquent,
Ista putavit enim mentem depellere posse:
Ast ego ut ascendam quà sunt sacra gaudia mira,
Quæ mundus semper sibi habet, ceu crassa refudi.
Nam certo scivi depellere gaudia summa
Delitias, quæ alto currunt, pereuntq; volatu,
Naturam indagant, non vel quia pectore possunt
Nulla arcana sequi, sibi quæ Deus abdidit ipse
Quæ sanctis multis tandem patuêre sub axe,
Non ita sum prudens, sed ceu ignarus & amens:
Sic at amor mihi multa refert abscondita cunctis,
Quæ vel qui est sapiens penitus nequit ipse notare.
Quod verò & dico, mendacia dicere censent,
Atque putant me stulta loqui, hæc sententia perstat.
Hæc animos multo rerum fundamine figit,
Et veri patet inde nihil, quia falsa tenentur.
Mendax summa volat, verax terit ima profusus,
Et Sophiæ studium cæcis devolvitur umbris,
Et virtus claudo figit vestigia gressu.
Nullus honos doctum, stultum cita præmia quærunt.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, regitur meus ipse Cupido
Clavo quo nunquam ducitur ullus amans.
Hoc dat amor, præstat qui me hoc sentire vicissim,
Thesauros quoniam dat mihi sæpe suos.

LIBER

LIBER SECVNDVS ELEGIARVM.

Elegia I.

SUM velut ille, putat qui jam ſub jure perire
Cui lege & multi jura dedere necis.
Sed dono hunc recipit cautè ſub lege tribunal,
Credit nec credit dona valere ſibi.
Ante oculos miſeri ſtant ſæpè bonúmque malúmque;
Quæ non firmo audet corde videre ſimul.
Sic te etiam cupere haud poſſum niſi corde timenti,
Nec ſpondere animam jam penitus valeo.
Ut potero in longum producam pondera vitæ,
Eſt cuivis quoniam mors fera, meta malo.
Non mihi robur ineſt, ulla ut ſolamina ſervem,
Me vita in dubio preſſit, & ipſe dolor.
Quæ & noſtri poſſum tibi dicere jura doloris
Crede, ejus tecum ſtatq; medela ſimul.
Spes mea fuſa magis, quam vivens torpet ubique;
Dum vivit, tribuas, te precor, ut veniam.
Iamq; igitur moriar, cum quid mihi dicere nolis;
Eſt ſtulti, mortis pondera non fugere.
Illa mihi eſt poſtrema necis, vel meta doloris,
Non mereor ſolvas tempora noſtra ferox.
Ex me nil ſerves, cordis niſi maxima jura,
Et me ſi lædis, atque peribit amor.
Cùm te namque colo, totus tibi deferor ipſe
Te agnoſcens, mentis do tibi jura meæ.

Est ubi at Æsonides, ejúsque ingrata voluntas,
Et Theseus, quo etiam rapta Striadna fuit.
Et Dido vanam sic spem sibi protulit omnem
Æneæ ut totam vel daret illa fidem.
Gesta peracta mecum solantur denique pectus
Ira & fœmineum nostra genus sequitur.
Qui benè semper amat, nunquam se credidit illi
Semina súntque boni, lucra sed ipsa mali.
Est sapiens, ejus qui festum temnit amoris,
Fœmineum qui acrem suscipit ipse sinum.
Illæ etenim vel sæpè colunt vilémq; trucémque,
Atque illos linquunt qui vel amore ruunt.
Et dulcis vitæ est Paulus non immemor ille,
Cui mentem abstraxit torva puella suam.
Hac sorte ex isto perfringens membra labore
Ob mala, nec dubito ni tibi risus erit.

EPIGRAMMA.

PRudens, ne nostram depellas robore vitam,
Dum vivam, quoniam laus mea te ipsa manet.
Dum te laudo quidem nullus labra torquet amaror
De te cum scribo, non mihi tarda manus.

ELEGIA II.

NOn animi immotos extinguunt tempora sensus,
Quæ ex hoc, inq; illud non opus hæc abeunt.
Vult fortuna suum currum sine fine rotare:
Namq; nihil firmum dat sua amicitia.
Ut me sensit enim centrum jam accedere ad ipsum,
Tunc propriæ radios torsit ubique rotæ.

Et me

Et ne aliâ ſubvecta rotâ conſurgat in altum;
Atque ibi tunc ſedeat ordo ubi nullus adeſt.
Invidus ut magnum tentat ſibi ſumere damnum;
Hoſtis ut eximium tunc ferat inde ſuus.
Et tunc lætatur cùm magna pericula cernit,
Nec ſentit propius quod ſibi ſemper adeſt.
Fortuna hos caſus mecum peragitq; movétque;
Delitijs claudens tunc quoque jura ſuis.
Vertatur mundus qui non fundamine firmo eſt,
Gaudia & amittit tempora læta negans.
Ut qui itidem corpus medica moderatur ab arte,
Ne dolor admotus artubus adſit atrox.
Sopire at vellem mentis conamina, ducunt
Quæ illa, ad quæ noſtra labitur aſper amor:
In me & terribili quatiunt corda ardua motu,
Hærentémque animam robore ſæpè terunt.
Dum tolerat tantos fortuna duriter ictus
Corpore ſub noſtro cui comes ipſa ſubeſt.
Ut Caſtor mortem ut fugiat cane preſſus adacto,
Dentibus evellit pondera quæ ipſe gerit.
Iam natura illi has oſtendit nobilis artes,
Illa ſibi agnoſcit tradere membra necem.
Sic vellem pariter rerum cognoſcere pondus,
Illa ut negligerem quæ mea vota premunt.
Occido ut corpus, maculo quoque crimine mentem
Ut vivam melius hæc decet allicere.
Ut ſubitò noſtrum premitur diſcrimine pectus,
Vellem eſſe inſanus, mente carere bona:
Ut nullus tandem de me vel cogitet unquam,
Fortunam donis multa dediſſe meis:
Dum calor eſt, omnes cupiunt ſibi frigora cœli,
Non hyemem credunt poſſe redire ſibi.

Tunc planctus, luctusq́; mihi se in gaudia vertent
Post mala nam melius sunt bona cuncta sibi.
Et bona nil possunt, pretio haud sunt prædita tanto
In quanto secum jure putata putent.
Réxque potest dici pauper meditamine mentis,
Ob parvum oblatum quod sibi munus habet.
Dives homo sedenim, tristi sed pectore avarus
Auro ipso quod habet tunc sibi pauper erit.
Mens mea sed censet dum se convolvit amore
Quo pacto hoc referat tot bona cuncta loco.
Non pius ipse at amor videt hanc sub morte jacere
Nec fas est hujus duret ut ira mali.
Frangit amor mores proprios mala ob aspera semper,
Ejus scriptores linquere vera facit.
Deficit & toto mecum experientia sensu,
Se dominum tandem tunc negat acer amor.
Si proprio ut Phœbus splendescens calfacit ignis,
Sub cœli claro cuncta locata polo.
Sic amor egregio foveat sibi pectora zelo,
Ni tua quæ pigro frigore pressa rigent.
Unde fluit glacies tanto cita cuncta rigore,
Obversans flammis queis amor ipse calet.
Semotisq́; jubet desertum linquere tutum,
Atque hoc delitiæ limine sæpe ruunt.
Igne & amoris enim sævi Phædra arsit iniquo,
Hippolytum & toto tentat adire sinu.
Et Lanzalotus pariter fuit actus amore,
Mortua cui pressit corda puella quidem.
O fatum crudele! facis quod durius ipsum
Immane ut toto pondere pectus amem.
Effice at hoc molle & duros fac linquere motus
Atque meas casto lumine pelle & opes.

Est &

Est & talis amor patitur qui immania jura
Atque hic nullus adhuc jam vel in orbe fuit.
Ast ego corda mihi, caput alto & vulnere rumpo
Túq; ades hic propius quæ mala cuncta cupis.
Est mihi sensus enim tecum se involvere semper,
Cogitur atque alia vel quoque parte trahi.
Sic oculíque tui mea nunquam incommoda cernunt,
Ostendunt vires semper habere feras.
Si ipse color, Deus ipse coli te denique cogat
Servatum toto sic mihi corpus erit.
Sic cœlum gaudet cum diro forsan ab orco
Spiritus in superos se revocare potest.
Cantores dulci forment modulamina voce
Et Vates pleno carmina fonte vomant.
Rusticus ipse choros ducat, curráque premat q;
Et miretur amans nullus amore frui.

EPIGRAMMA.

PRudẽs multi homines seorsum loca & invia quærũt,
Dirum qui norunt forsan amoris onus.
Ejúsque in clypeo ducunt quæ scripta feruntur,
Nec sensere quidem, sed sua facta timent.

ELEGIA XIX.

QVicunq; est medicus damnũ in sua pectora torquet,
Ægroto si usquam dira pericla silet.
Læditur at corpus, penetrat loca spiritus alta,
Mortales casus pondera nosse jubent.
At tu, qui meritum noscis sine limite nostrum,
Certa hic ventura da mihi signa necis.

Scire volo quid amor vel habet mihi denique tectum,
Sive bonum pariter fac quoque nosse malum.
Quod fortè ignoro, meritum vix deteget ullum,
Et nullo secum fert sibi forte bonum.
Sive brevi, aut serò finem mihi damna videbunt,
Et spe concrescunt vel mea sæpe mala.
Si tibi fortè placet veniant ut plurima dona
Fac citò ut hæc sensu jam mihi fusa sequar.
Cognitio hæc equidem si longo tempore tardat,
Nil prohibet subitò quin mea vota tegam.
Non Veneris mihi dona rapit mora temporis acris
Vel nulla hic poterunt tempora adesse mihi.
Utq; instans mihi quæque dies jam sæpe videtur
Sol volat, at nostris casibus ipse sedet.
At si cessat amor dum spem sibi protinus aufert,
Temporis amissi non dolor ullus erit.
Túque & amor pariter simili conjungite nodo,
Quod placitum fuerit hoc subitò facite.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, qui vel bona, vel mala tentat
Non sibi damna putet, si sibi damna tenet.
Semper amor partésque duas sequitúrque colítque
Divisus nulli facta requirit amor.

ELEGIA XX.

SI petis immensum, quo deprimor ipse dolorem,
Sic est ut linguam ne loquar, ipse secat.
Sed mirum est equidem cur non vel corpore labor
Dum me ingratus amor ad sua damna vehit.

A te

A te vel nunquam greſſúſve, pedéſve movebo
Lucror, dum caſtam te mihi ſæpè ſequor.
Si me expugnat amor toto tunc decido corde,
Eſt mihi & hic mundus te ſine ſæpè nihil.
Diu etenim diræ pertranſeo flumina mortis
Per te nempe brevem me dolet eſſe viam.

ELEGIA XXI.

UT qui infinitus toto ſibi tempore perſtat
Finito ſaltem pectore ineſſe nequit.
Utq; aliquid faciat fulgens elementa ſub ipſa,
Delitijs forſan non placuêre ſuis.
Ex imperfecto ſemper ſua gaudia nectit
Nec mentem ſaturat non niſi in arce Dei.
Sic te ut amo ſemper certus ſum te undique amare,
Quidquid habet mundus tunc mihi ſæpè nocet.
In te dum meditor, mea mens concluditur ipſa,
Per te namq; ſatur non mihi perſtat amor.
Hunc mea vota premunt, cæco coguntq; ſub ictu
Nec petit ulla ſibi, nec petere audet amor.
Nec miror tanto ſi te jam diligo amore,
Te noſco & video, ſentio téque ſimul.
Cognitio hæc noſtrum mentiri cogit amorem,
Hæc præit illi etiam ſemper & ante manet.
Quare non moriar votis ſæpe undique miror,
Cùm credam ſacrum te mihi ineſſe polum.
Eſt nec homo tantum de te qui ſenſerit ullus,
A te ut jam cunctis monſtret amore coli.
Non tantum moveor, cunctos nam pectore vinco,
A te ſed capior ſemper amore magis.

Fecit amor cunctos quos servos nominat idem,
Ex stulto doctum & ex misero ingenuum.
In desiderium nunquam mea vota labascunt,
Sed tuus immensus plura meretur amor.
Hac benè nemo implet vel dum magis æstimat illa
Non te at amat multum qui nec amore perit.
Et propter Venerem jam, jam moriuntur amantes,
Vivo ego, sed factis vivo nec æquus ego.
Causa & quæ tanto veniunt discrimina casu,
Non tanta est veluti quæ meâ corda terit.
Et quia vel similis tibi nunquam constitit ulla,
Nunc ego vel cunctis esse volo cumulus.
Iamq́; novam mihi fortè Deus mentem intulit ingens,
Servitio cuivis ne mea corda ligent.
In te sed solum mentem, corpúsq; locarem.
Namq́; vagum mentis sæpè mereris opus.
Sed doleo nimium tantum non pectore posse,
Ut possem mentem pendere non aliam.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, quod me te cogit amare
Nunquam seu oculos intrat ubique meos.
Spiritus ipse tuus me diris comprimit armis,
A me etiam quoniam non tua jura moves.

ELEGIA XXII.

DUm volo mente vagus mihi detegit ipse Capido,
Arcana abscondit quæ vel subtilibus alta.
Iam meus ipse dies nox est atra omnibus umbris,
Vivo his, quæ nulli perstant benè nota palato,

Tantus amore meus jam ſpiritus æthera tranat,
Ut quaſi labatur disjectus corpore ab ipſo.
In nullo mea vota quidem inveniuntur acerba,
Inq; illo ſolum, cui non caro pondere torpet.
Iam mea namq; caro non ſubdita ſenſibus urget,
Spiritus at Cypridis ſequitúrque colítque venenum.
Atque ignem, quo quiſquis amans ardétque, calétque,
Nil timeo ne forte minus cremer undique flammis.
Hoſtem námque alium depellit noſtra voluntas,
Qui illo quod Veneri præbet lætatur ubique:
Quod nec habent illi qui jam dicuntur amantes,
Mirè affectati, nec digni nomine amoris,
Si rationis amor ſubſtantia qualibet eſſet
Abſque ullo juris ſceptro, dominíque furore,
Præmia quæque ferens, diſtorquens crimina iniqua
Inter majores eſſem vel munere Phœnix.
Solus ego quoniam diſcrimina mixta reliquì
Perverſi voti quod rectis volvitur ipſis.
Non mihi pœna placet, nam nec ſcelus eruit ira.
Hæc cauſa eſt mecum vel toto corde ſoluta,
Ut ſancti ſummi ſenſerunt lumina cœli,
Ut ficta hæc mundi noviſſent lumina pravi,
Atque decus mundi ſpreviſſent pectore toto
Illis dum major ſteterat ſacra gloria cunctis.
Sic ego cuncta mihi vel toto negligo ſenſu,
Quæ diſturbat amor votis, quæ magna ſequuntur,
Atque illa aſſumit quæ ſpiritus admovet altus,
Quæ non laſſantur, ſed toto tempore creſcunt.
Ut mentem Divo Paulo Deus abſtulit omnem,
Toto ut ſpectaret myſteria maxima cœlo.
Eſt animæ corpus ſummum quia denique pondus,
Et quantum vivit, tenebris obvolvitur, illo.

Sic mea torquet amor divinis corda lacertis
Non ullis torpet mens sordibus aspera fœdis,
Delitijs ideo semper fruor undique summis,
Verus amor quoniam nunquam mea membra lacessit,
Contigit atque mihi sapienti, & contigit olim
Qui bona ut acciperet, quæ nullo tempore cessent.
Illa bona in pelagus fudit quæ tempora torquent,
Ista putavit enim mentem depellere posse:
Ast ego ut ascendam quà sunt sacra gaudia mira,
Quæ mundus semper sibi habet, ceu crassa refudi.
Nam certo scivi depellere gaudia summa
Delitias, quæ alto currunt, pereuntq; volatu,
Naturam indagant, non vel quia pectore possunt
Nulla arcana sequi, sibi quæ Deus abdidit ipse
Quæ sanctis multis tandem patuêre sub axe,
Non ita sum prudens, sed ceu ignarus & amens:
Sic at amor mihi multa refert abscondita cunctis,
Quæ vel qui est sapiens penitus nequit ipse notare.
Quod verò & dico, mendacia dicere censent,
Atque putant me stulta loqui, hæc sententia perstat.
Hæc animos multo rerum fundamine figit,
Et veri patet inde nihil, quia falsa tenentur.
Mendax summa volat, verax terit ima profusus,
Et Sophiæ studium cæcis devolvitur umbris,
Et virtus claudo figit vestigia gressu.
Nullus honos doctum, stultum cita præmia quærunt.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, regitur meus ipse Cupido
Clavo quo nunquam ducitur ullus amans.
Hoc dat amor, præstat qui me hoc sentire vicissim,
Thesauros quoniam dat mihi sæpe suos.

LIBER

LIBER SECVNDVS ELEGIARVM.

ELEGIA I.

SVM velut ille, putat qui jam sub jure perire
Cui lege & multi jura dedere necis.
Sed dono hunc recipit cautè sub lege tribunal,
Credit nec credit dona valere sibi.
Ante oculos miseri stant sæpè boniúmque malúmque;
Quæ non firmo audet corde videre simul.
Sic te etiam cupere haud possum nisi corde timenti,
Nec spondere animam jam penitus valeo.
Ut potero in longum producam pondera vitæ,
Est cuivis quoniam mors fera, meta malo.
Non mihi robur inest, ulla ut solamina servem,
Me vita in dubio pressit, & ipse dolor.
Quæ & nostri possum tibi dicere jura doloris
Crede, ejus tecum statq; medela simul.
Spes mea fusa magis, quam vivens torpet ubique;
Dum vivit, tribuas, te precor, ut veniam.
Iamq; igitur moriar, cum quid mihi dicere nolis;
Est stulti, mortis pondera non fugere.
Illa mihi est postrema necis, vel meta doloris,
Non mereor solvas tempora nostra ferox.
Ex me nil serves, cordis nisi maxima jura,
Et me si lædis, atque peribit amor.
Cùm te namque colo, totus tibi deferor ipse
Te agnoscens, mentis do tibi jura meæ.

Est ubi at Æsonides, ejúsque ingrata voluntas,
Et Theseus, quo etiam rapta Striadna fuit.
Et Dido vanam sic spem sibi protulit omnem
Ænea ut totam vel daret illa fidem.
Gesta peracta mecum solantur denique pectus
Ira & fœmineum nostra genus sequitur.
Qui benè semper amat, nunquam se credidit illi
Semina súntque boni, lucra sed ipsa mali.
Est sapiens, ejus qui festum temnit amoris,
Fœmineum qui acrem suscipit ipse sinum.
Illa etenim vel sæpè colunt vilémq; trucémque,
Atque illos linquunt qui vel amore ruunt.
Et dulcis vita est Paulus non immemor ille,
Cui mentem abstraxit torva puella suam.
Hac sorte ex isto perfringens membra labore
Ob mala, nec dubito ni tibi risus erit.

EPIGRAMMA.

PRudens, ne nostram depellas robore vitam,
Dum vivam, quoniam laus mea te ipsa manet.
Dum te laudo quidem nullus labra torquet amaror
De te cum scribo, non mihi tarda manus.

ELEGIA II.

NOn animi immotos extinguunt tempora sensus,
Quæ ex hoc, inq; illud non opus hæc abeunt.
Vult fortuna suum currum sine fine rotare:
Namq; nihil firmum dat sua amicitia.
Ut me sensit enim centrum jam accedere ad ipsum,
Tunc propriæ radios torsit ubique rotæ.

Et me

Et ne aliâ subvecta rotâ consurgat in altum;
Atque ibi tunc sedeat ordo ubi nullus adest.
Invidus ut magnum tentat sibi sumere damnum,
Hostis ut eximium tunc ferat inde suus.
Et tunc lætatur cùm magna pericula cernit,
Nec sentit propius quod sibi semper adest.
Fortuna hos casus mecum peragitq; movétque;
Delitijs claudens tunc quoque jura suis.
Vertatur mundus qui non fundamine firmo est,
Gaudia & amittit tempora læta negans.
Ut qui itidem corpus medica moderatur ab arte,
Ne dolor admotus artubus adsit atrox.
Sopire at vellem mentis cônamina, ducunt .
Quæ illa, ad quæ nostra labitur asper amor:
In me & terribili quatiunt corda ardua motu,
Hærentémque animam robore sæpè terunt.
Dum tolerat tantos fortuna duriter ictus
Corpore sub nostro cui comes ipsa subest.
Ut Castor mortem ut fugiat cane pressus adacto,
Dentibus evellit pondera quæ ipse gerit.
Iam natura illi has ostendit nobilis artes,
Illa sibi agnoscit tradere membra necem.
Sic vellem pariter rerum cognoscere pondus,
Illa ut negligerem quæ mea vota premunt.
Occido ut corpus, maculo quoque crimine mentem
Ut vivam melius hæc decet allicere.
Ut subitò nostrum premitur discrimine pectus,
Vellem esse insanus, mente carere bona:
Ut nullus tandem de me vel cogitet unquam,
Fortunam donis multa dedisse meis.
Dum calor est, omnes cupiunt sibi frigora cæli,
Non hyemem credunt posse redire sibi.

Si persisto equidem dum me dolor opprimit ater,
Vix mihi nam credo gaudia posse dari.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, mens si communiter ipsa,
Sic crassa est, te unquam noscere ut illa queat.
Fac, si forte fides sat erit, Deus optimus omne
Absolvat stulti crimen amoris idem.

ELEGIA III.

COncussus Cervus non sic fontem appetit ipsum,
Ceu ego jam cupio semper adesse tibi.
Et requiem ingentem ducunt quam gaudia summa
Hoc solum possum ponte subire mihi.
Tarda est illa dies quam tantis viribus opto,
Emi quam multo sæpè dolore meo.
Et citò vel tarde venturam hanc arbitror esse,
Si mors fortaßis non secat ipsa viam.
Spe labi haud possum, certúmque relinquere donum,
Nam te sic cupio majus ut omne bonum.
Te peto nam nullis in me te concito telis,
Dum tua donentur pectora chara mihi.
Mens si vel parvo secedit tempore nostra,
Pectus vel nobis credere adesse tuum.
Hoc sine non possum desumere gaudia læta,
Sed si vivit adhuc jam citò morte ruet.
Ante oculos video pœnarum culmina montis,
Casibus & nostris munera firma fero.
Et meus altus amor poterit depellere cuncta,
Si tuus éstque meus, nec mihi mons ut adest.

Ille ut descendet, noster labetur & idem,
Si cadit ex alto vulnera magna feret.
Extremum quoniam extremo dum traditur ipsi,
Sorti infœlici non bona dat miseri.
Sæpe Deum quocunque die precor undique summè,
Cujus causa quidem vel tibi major adest:
Solum ut forte meo sensus tuus astet amori,
Et precor ut vires jam tibi donet amor.
Extremisq; adero si præstitit ista Cupido,
Si quo in te sedeat invenit ille locum.
Multa sede quidem in nobis furor assidet ejus
Pugna etiam perstat, nolumus arma tamen.
Atque tuos casus timeo vel noscere quosdam,
Nam dubito ne illis stet tuus altus amor.
Hæc quoniam ignoro, multo est mea vita dolore,
Nescio quod servem semper ab igne latus.
In te non equidem mea gaudia plena supersunt,
Etsi plena velis protinus esse mihi.
Consilium invitum tua corda Cupidinis urgent,
Inq; illo & tecum stant mea tuta bona.
Ne timeas nostram cuncta hæc depellere mentem
Et varium nostri cogere cordis opus.
Servitijs etenim committent robora firma,
Tales nam servos maximus optat amor.
Si invidiam tantis sentis sermonibus ullam,
Semper amore cares, quod velit & dubitas.
Hic quem morbus agit stabili non sede vagatur,
Atque putas motus esse tibi requiem.
Si tibi non fidis vel quantum pectore polles,
Hunc zelum rigidum dat mihi tantus amor.
Corporis atque tui haud timeo vel denique vires,
Ne in me quid facerent quod daret inde necem.

Pectus amo ſaltem quod vel mea pectora tangat,
Nam timeo te altum ſemper amare Deum.
Delitijsq; tuis creſcunt mea damna viciſſim,
Si ipſa doles, damno laberer ipſe tuo.

EPIGRAMMA.

PRæcipuum ut donum finem à te ſeparo noſtrum,
Præſenti nimium lætor ut ipſe dic.
Si vel præſenti fortunæ mœreo caſu,
In me jam caſus denique nullus erit.

ELEGIA IV.

QVisq; colat ſacra feſta Deo *lætentur & omnes,*
Utq; Deum *laudent gaudia mille vehant.*
Sit via læta nimis, vireat quoque frondibus hortus,
Feſta platéa novet, vultibus aſtet iter.
Triſtia ſolus ego videam, quæramque ſepulchra,
Plutonisq; animas undique ſæpe rogans.
Et forſan dicent alium non ſemper habere
Se ſocium quàm me luctibus in gravibus.
Quiſque ſibi ſimilem ſemper quærítque cupítque
Atque ideo vivos nullibi quæro mihi.
Fortunam ſperare meam vix denique poſſum,
Et ceu defunctum me quia ſæpè timent.
Rex Cyprus *hæreticus quem carcere preſſerat olim,*
Caſibus hic noſtris non male conveniet.
Hoc quod amo quoniam nullo ſub fine labaſcet,
Et noſtris votis vixerit ulla ſalus.
At Titij *Vulturq; hepar duro arripit ore*
Et demum exoritur tunc caro tota ſibi.

Illa & avis pastum nunquam vel præterit illum,
Sic hepar nostrum jam dolor arctat atrox.
Vermis enim est frangit qui nostra robora mentis
Córque alius, nunquam stat quibus ulla quies.
At labor hic nulla poterit vi denique frangi,
Jam nisi quam nimium semper habere timet,
At nisi mors atrox non casu læderet acri,
A vultu vellem semper abesse tuo.
Non est grata mihi terra ut non obtegit artus,
Qui pavidi nulla surgere mente queunt.
Atque timent aliud quam mentem amittere secum,
Impleri nequeunt cùm mea vota sibi.
Méque decet finis, dumq; ultima decidit hora,
Tunc recti, & justi finis amoris erit.
At Deus in summo si me locat æthere fulgens,
Cernet enim partem qua mihi vota ruunt.
Auxilio ut veniat præceps erit inde necesse
Mortis quam placuit te gemere inde meæ:
Et te pœnituit vel si hæc nihil esse ferantur,
Insons sed pereo Martyr amore tuo.
Ille ego sum, qui animam de corpore tollere vellem,
Si scirem te istam fortè dolere necem.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, tu scis, ego denique nosco,
Posse esse ut pereat vulnere amoris homo,
Credere me tanto jam sæpe dolere dolore,
Rem minimam facies sive fidem dederis.

ELEGIA V.

UT qui alto in pelago navem commiserat undis
Et turrim firmis viribus esse putat.
Et cœlum nullis perspectat nubibus altum
Anchoram inesse unam vel satis esse notat.
Cùm venit at subitò ventorum turbine flatus,
Insolito atque æstu turbat, agítque mare.
Indicat hic multo si perstat tempore ventus,
Quærere se portum non maris ire vada.
Ast aliquando etiam fortuna est prospera cunctis,
Et nisi diversò non ratis ire potest.
Ut clavis quæ aliquo nos tandem carcere claudit
Ostia & ipsa quidem non reserare potest.
Talis ego, qui solus amans pereóque ruóque
Per te, quæ nunquam vis vel adesse mea.
Ast odij saltu perstat via quælibet arcta
In qua nec gressus vel meus unus erit.
Vel minus ac pisces degunt in saltibus altis
In ponto aut diro stat ferus ipse Leo.
Sic meus astat amor nullo sub tempore versus,
Ut norim gratum me vel inesse tibi.
Nec dubito nimium me tandem noscere posse,
Atque eris ut nosces tunc quoque grata mihi.
Per te cum patiar dirúmque, gravémque dolorem,
Cernes vel flammas crescere amoris adhuc.
Si malè proposui nostri discrimen amoris,
Hunc à me longe diutius esse puta.
Ut calet at Phœbus quando ardet Iunius æstu,
Absque ullo merito sic mea corda calent.

Præter

Præter me est alius culpam qui detulit ipsam,
Hunc tanquam vilem ne cole, néve & ama.
Hic tacet ut falsus nostros jam semper amores
Cum te & semper amem crimine me maculat.
Iustitiæ solum mea mens sibi munera simul,
Hanc amat ut sequitur ejus ubique jubar.
Talia non faciunt gesta, ut sub tempore parvo,
Vel caro de toto corpore depereat.
Atque aret corpus nunquam ut sopor irrigat artus
Ingenium at crescit cernam ut amoris opus.
At crassum corpus somno ut se subjicit atro
Nil hæc dura quidem littora adire potest.

EPIGRAMMA.

O Prudens, frustum panis mihi denique trade,
Ipsa tui qui animo dulcia mella ferat.
Iam cujusque cibi me vel fastidia torquent
Non ejus quem alto lucror amore mihi.

ELEGIA VI.

AVdite, audite ô cuncti jam deniq; amantes,
Lugete & cuncti si ipse gemi mereor.
Et quia spectatis casum haud venisse supremum,
Ceu hic præteritis, his quoq; qui superant.
Me vobis similem planctu, gemitúque dolete
Cui sunt vel semper gaudia quæque dolor.
Casibus & Dæmon nostris miserabitur atrox,
Præterito ut videat sic mea corda malo.
Et quis homo vivet tolerans tot damna doloris?
Illud nam cupio spes quod habere nequit.

Sic patior nunquam ut verum videatur ubique,
  Quod ſpes vel dederit me vel amaſſe mihi.
Non te fallo quidem cui tot mea nuntio damna
  Redditur in damnum quidquid ego perago.
Robore diminuor fuerit cum ſæpe ſupremum,
  Non ut vim monſtrem pectora tracto, meam.
Pœna eſt prima mihi, ſemper mihi ſpiritus idem,
  Cui iraſcor, nullâ causâ agor ipſe reus.
At fuga terribilis quam monſtras, pœna ſecunda eſt,
  Delitias tecum cum mihi quæro tuas.
Iam circa finem videor ſine lege reduci,
  Cuſtodire nequit me quia noſter amor.
Non tardabit enim quæ ſic tarda advenit hora,
  Cùm pes neglectum vel meus ibit iter.
At ſi aliquo fortè expugnavi tempore amorem,
  Me ſemper carpſit hoſtis ut hoc doluit.
Ipſe mihi nunquam potui conſiſtere amicus:
  Nunquam nam ſtudui talia poſſe mihi.
Solus amor nimius tandem mihi ſemper abundet,
  Viribus at nunquam deſtituor validis.
Ecce equidem pereo, & cæco ſum pectore demens,
  Nam taceo, in te etiam ſpes ſita tota mea eſt.
Quidquid amor fundit cunctis eſt dulcis amaror,
  Dividere & guſtus hunc nequit ipſe meos:
Inter delitias nimius dolor inſitus ardet,
  Et dolor iſte ſibi mellea quæque trahit.
Ut me vitupero forſan quia dicere tento,
  Quod mens ſcire nequit preſſa dolore mea.
Inſontem me fecit amor nimiusq; poténſque
  Atque amor, atque odium fortuitò veniunt.

EPI-

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, muto crede undique amanti,
Atque illi varius cui stat in ore color.
Atque etiam trepido Veneris cum seminat arva,
Audax amittat tempora cuncta sua.

ELEGIA VII.

NUllas fert ut opes titulo qui est divite cultus,
Illarum ut Dominus sic valet hic titulo.
Nil amor ipse valet, nisi ut organon inflat amator,
Cui semper secum fistula falsa sonat.
Nil amor ipse valet falso ut stat pectore cacus,
Et fictis ventos planctibus urget amans.
Aut simili sponsæ firmatis viribus haret,
Stultitia est, proprio hoc nomine semper adest.
Nunquam amor ipse potest constructas frangere leges,
Quas natura sibi vel Deus ipse dedit.
Stultus homo nunquam perfectum cernet amorem,
Nec sapiens si illi sæpe repugnat amor.
Utq; in aqua signum non format quaque figura,
Sic amor & nunquam frigida corda premet.
Fracto vase nequit vitreus liquor esse repostus,
Sic nec amor stulti sedem habet in capite.
Sollicita ut Venerem quarebat cura micantem,
Quisque alius proprij pondus amoris erat.
Naso probat dum doctus ait vel crescere amorem,
Semper amore alio dum docet ejus opus.
Verus erat dictis vera atque oracula fudit,
Ceu ad notitiam tunc prope venit amor.

Hoc autem casu est odium, bellúmque furescens
Ut non credam illis vivere amicitiam.
Si te, & me pariter jam sæcula prisca tulissent,
Quando amor acceptus semper amore fuit:
Iam sine fraude quidem tua pectora pura fuissent,
Non odio effluerent vel tua corda mihi.
In te etenim video fulgentes munere dotes,
Ut sponte efficias quod decus omne jubet.
Non dubito sedenim naturam fallere quosque
Obruta vita malis exitium est hominis.
Etsi etiam ingrato semper defungar amore,
Non possum Veneris linquere dona sacra.
Iustè ergo memorabo illos, queis tempore lapso
Optatam veniam contulit ipse Deus.
Utq; ex hoc mundo potero conscendere Olympum,
Bustum monstrabit hoc epigramma meum.
Prudens, ne multo jacteris pectore torva,
Nam per te morior, nec scio quò gradior.
Invidia est ingens, quæ primum comprimit illos,
Illam vel nimium qui sibi suscipiunt.
At quos invidia oppressit conamine parvo
Illa subit semper quæ invidus ipse tenet.
Est amor at talis me ut toto deprimat orbe
Qui illum suscipio stultitiamq; parit.
Hæc tu sic sentis veluti concussa bipennis
Scindere quæ debet arida ligna nimis.
Atque ut Adam vetitum desumpsit gutture pomum,
Uxor cui ostendit criminis ipsa viam.
Nam dixit, Comedamus enim tot pabula sacra,
Atque Deo similes undique sic erimus.
Sic ego, mens quoniam forsan mea credidit ipsa,
Illi promisit nam bona dulcis amor.

Méque

Méq; accepturum donum, si subderer inde
 Quod nullo notum tempore vel fuerit.
Obsequium ob pravum non perdere munera credo
 Si propter numen tot mala sustulerim.
Gloria me toto cinxisset in athere magna
 Nunc jaceo at mutus planctibus ipse meis.
Hoc tempus si fortè mihi ut specularer haberem,
 Quæ natura sinu condita sæpe gerit.
Nil esset forsan quod non mihi sæpe pateret,
 Ex multis nossem plurima facta Dei.

EPIGRAMMA.

PRudens, te propter totam volo fundere mentem,
 Sic te & amare simul vel sine muneribus.
Durabit donec Siroris vitreo effluat amne
 Et cursim strepitet flumine dulcis aqua.

ELEGIA VIII.

QVis nisi stultus erit, quæret si pectore labor,
 Illi absens à qua vel mea vita fluit.
Si non lamentor, quis risus construit acres?
 Si forsan mecum non dolor alter inest.
Omnia damna quidem jam tandem contuli in unum
 Mutari hæc etiam sic amor ipse jubet.
Et nil mundus habet, cùm nil mutatio substet
 Optati semper quod tenet ille boni.
Estq; bonum tam sæpe ingens quod pectore gesto
 Vt speranti illud sit mihi tota quies.
Hoc si non habeo, infœlix sic omnibus exto,
 Ac si Plutonis inveniam furias.

Parte una nostrum dilatant gaudia pectus,
Parte alia nobis candida vita subest.
Est una cum morte quidem sub lance reposta,
Spem nostram quoniam fundere cuncta timet.
Tempore jam toto spes me toto expulit orbe
Méque mali vincit quod timeo, ipse timor.
Quis minimo Veneris studio sic se extulit altum,
Securam ut capiat spem sibi ceu sociam?
Inq; alium me vexit amor, quia plurimus arsit,
Si esse puto verè quæ fuit illa mihi.
Semper erit mundo res mira, & maxima toti,
Sortis si haud timeo damna futura mea.
Vivere delitijs mortis fert sæpè timorem,
Illi nam semper improbus hostis adest.
Etsi forsan amor secum sacra gaudia ducit,
Sum solus qui istud vel memorare queo.
O mors dira bonis, vel cunctis invida semper!
Te sequitur tali sors quoque jure sua.
Quámque precor cuncta ut mutet sub lege potenti
Nil illi similis quæ mihi damna vehit.
Scire meam poterit vitam quis casibus actam,
Hostes si in magnos incidit ille meos.
Et dives, paupérque simul sua sentit ubique
Atque sibi proprio denique quisque modo.
Iam vel quisquis amet me, me vel sæpè sequatur,
Risúsve, aut planctus vel mihi quisque ferat.
Nam mihi semper adest vel mel, vel fellis amaror
Propter eos, Veneris qui sibi dona tenent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, urgens facit ipse Cupido,
Utq; fidem, atque metum deferat una domus.

Immensi

Immensi dubium non est vel munus amoris
Illorum, & lucrum quos vehit ipse manu.

Elegia IX.

Agricola munus jam tandem solvitur ipsi,
Atque patroni etiam cui sua jura nocent.
Servitio at Veneris penitus sine munere persto,
Amissis jaceo vel sine jure bonis.
Sum mentis Dominus veluti fuit ipsa voluntas,
Pravo ut perstat amor mentis ab obsequio.
Hunc puerum duxi quamvis læsi undiq; numen,
Ex quo non equidem jam bona spero mihi.

Epigramma.

O Amor, dum sat erit tantis te viribus esse,
Me ut tantum cogas semper amare ferus.
Iam fuge, & arma illis tandem tua projice dura
Ullis qui nolunt mercibus esse tuos.

Elegia X.

Ut quem divino delectant somnia visu,
Delitiæ & stulta mente sibi veniunt.
Sic ego transactum cui cogit pondere tempus
Mentem, qua majus non stat ubique bonum.
Ut video nostri properare pericla doloris,
Non dubito in manibus nostra perire suis.
Venturum nunquam defert mihi commoda tempus,
In me est præcipuum quod nihil esse patet.

Præteritum tempus supremo diligo amore,
Nulla colens, quoniam jam periere mihi.
Quoque die hæc meditans nimium delector ubique
Quémque ut ego amitto tunc dolor ipse furit.
Utq; illi à cunctis qui morti astrictus habetur,
Longius hanc cernit nec timet inde necem.
Non moriturum autem ut credat cogúntque moventq;
Et faciunt pressa denique mente mori.
O utinam mentis moreretur spiritus ipse!
Vitam ut tormentis undique transigerem.
Infaustè at vivit cui mens sæpè ipsa repugnat,
Duræ illum efficiens invidiæ memorem.
Atque ut delitias illi studet indere magnas,
Est veluti mater anxia cum puero:
Qui si vel plorans mortis petit ipse venena,
Illi ut stulta quidem pectore nulla negat:
Iam melius fuerit nostrum sufferre dolorem,
Quàm miscere illis gaudia quæque parum.
Extra illos casus mentem qui protinus urget,
Ceu ex mente ipsa vel resilire decet.
Delitiæ nostræ in damnum vertuntur acerbum,
Nam post delitias est dolor ipse duplex.
Ceu ægrotus enim qui ut fructus mordeat aptos,
Omnes ipse cibos vertit in exitium.
Sicut qui deserta petit, nec linquere amicos,
Illi ut pœna subest, sed sibi vita placet.
Sic populos nullo percurri tempore plenos,
Fortuitò atque unum solus ubique peto.
Delitias qui sæpè novas daret esse labores,
Præteritum, præsens redditur omne mihi.
Nam qui forte potest animo labi undique fortis?
Nam bona cum fugiunt dántque vocantq; mala.

EPIGRAMMA.

PRudens, sæpe ut amor multis delabitur annis,
Illi etiam nimium semper abesse nocet.
Si morbus multo non durat tempore sævus,
Aut saltem credit consilia invidia.

ELEGIA XI.

SIcut qui ad fauces mortis se cernit in undis
Multo dum vento dura procella tumet,
Atque videt portum, qui est illi meta salutis,
Quem velut infelix tangere nempe nequit.
Sic ego qui mortis jam fluctibus obruor altis,
Et te delitijs cerno subesse meis,
Cogor & immergi, & vitam dimittere tutam,
Ibo vagus, pectus sæpe tuum referens.

ELEGIA XII.

UT ratis in portu moto perit æquore fusa
Anchora, vela simul quodque habet omne perit.
Ex pauco in multum videor me crescere damnum,
Nulli certa patent quæ sibi finis habet.
Qui est sapiens alio non vincit munere quemque,
Hoc nisi, nam stultus scit minus esse sibi.
Ingenium & pariter perit experientia cuncta,
Fortuna & casus vel loca magna tenent.

ELEGIA XIII.

QVis me jam doceat fortunam ut laudibus ornem,
Ob donum eximium quod dedit illa mihi?

Insanum esse puto, vel nullo munere mentis,
Qui nihil aut mecum se dat adesse parem.
Iam prope felici me ornabunt gaudia casu,
Nam mala jam nostrum plurima pectus habent.
Quæ ut video multo veniunt discrimine mentis,
In te radices nam sibi semper agunt.
Mortis ab hoc telo poterit se aut pellere nemo,
Cunctos nam perimunt sic fera tela necis.
Nemo potest similis, vel par existere mecum,
Est melior quoniam quam vel amore colo.
Cordis opus nitidum mens inclyta fulget in illa,
Atque ut amo pariter substat & illa mihi.
Vt cæpi, sors nostra fuit, diuina puella,
Principio finem jam retulisse Deum.
Si hoc mors non præstat, quæ cunctos vincit, agitq;
Terra mihi tandem propria vestis erit.
Non facit ipse Deus nec mundo condit in ipso,
Quem pars non linquat denique quæq; boni.
Vnde homo stultus erit fidei qui amiserit ignes,
Immodicè carpens vel sine jure Deum.
Haud ego namque satur videor sacro ejus amore,
Non equidem credo quod mihi at illa refert.
Ex quo vel justas spero formare querelas,
Credam haud in nostris viribus esse meum.
Metam nemo sciet, finemq; Cupidinis ipsum,
Etsi est qui noscat nil scit & ipse sibi,
Tali namque via gressus datur indere quemque,
Per medium transit, finis at omnis abest.
Cum duo junguntur studio vel amoris in uno,
Hos amor ipse vehit, hos amor ipse nutrit.
Qui fugit, at forsan penitus tunc deperit ipse,
Inter amatores non habet hic numerum.

Injusto premitur supremus jure Cupido,
In quovis quando frigida corda videt.
Traditor & falsus tali hic sub crimine perstat;
Illum si forsan cogit amare simul.
Est quia qui tepidus, Veneris nimis extitit hostis,
Atque etiam in Venerem fertq;, movetq; scelus:
Si illi nulla fides substat, jura ardua linquat,
Ingenio haud credit quisquis & hostis adest.
Si meus ast oculus verum mihi denegat omne,
Et quod nosco quidem non meminisse placet.
Non credam te errare meis vel casibus unquam;
Pigritia & nostras devehat ipsa manus.
Suspicio nostro fervescens crescit amore;
Et scio non vires linquere posse suas.
Namque meum non forte doles damnumq;, malumq;
Stat tibi nam toto pectore parvus amor.
Quod scio vel toto persistit pectore mecum,
Quod nisi tu solum radere nemo potest.
Tu potes in crimen vel quodvis cogere labi,
Nam Veneri semper me violare placet.
Sic à te cupio nimium vel semper amari,
Invitumq; extat hoc dubitare mihi.
Ex vero falsum reddit Venus ipsa vicissim;
Nec sat erit, si istud suspicor ipse malum.

EPIGRAMMA.

STulte amor, ardenter quem semper vota coërcent,
Mens illi nunquam pervia inesse potest.
Consilium verum Veneris dolor eripit ater.
Præcipuè atque illi cui Venus ipsa placet.

ELEGIA XIIII.

QVænam consilia, ô cor, benè tuta refundis,
Cùm te jam vitæ nausea sæva premat,
Et planctum quæris, risum depellis amœnum?
Ergo quî poteris vel tua damna sequi?
Mortem igitur qui te ipsa petit curâ inspice magnâ,
Dilatans damnis tempus ubique tuis.
Sed tantum distat spatium lætantis amoris,
Quanta tibi dulcis vel fuga amoris erit.
Atque vias petijt, cunctis sua brachia tendens,
Et præ lætitia lumina sæpe madent.
Dulce melos, cantusq́; simul sacræ audio vocis,
Inquit, amice, aliam jam tibi linque domum,
Nam placet aßiduè nostras tibi mittere vires,
Quas tandem nunquam viderit ullus homo.
Qui me namque vocat, fugio, penitusq́; relinquo
Atque illum assamo qui mea jura fugit:
Et madidis oculis, torvo, & sub pectore, vultu
Planctibus effusas frangit & ipse comas.
Me vitæ hæredem dono statuitq́; vocatq́;
Muneris atque hujus me statuit dominum.
Horrificas toto & fundit de pectore voces,
Vt mors robustum vel sibi sæpe vocat.
Est homo si tandem damnis, pœnisq́; paratus,
Mortis vox illi fert ubicunque melos.
Miror enim cur tanta subest sibi quæq; voluntas
Ejus qui Veneris suscipit inde gradus:
Cùm nunquam quærant Veneris vel robora nostræ,
Atque in me noscent robur ubique suum.

Di-

Dicant quæq; mala & jurando jurè refundant,
Illos nam nunquam pectore ducet amor.
At si delitias fucatas mente prehendunt,
Amissos dicent planctibus inde dies.
Fœmina, nec stat homo similis mihi denique quivis,
Qui ob Venerem pressus plangeret & rueret.
Ille ego sum planctu quem quisquis ducere debet,
A nostro quoniam pectore sanguis abit.
Sævam ob tristitiam proprios quæ complicat artus,
Vitæ & sicca cadant humida membra mea.
In me nam mœror flammis ferventibus ardet,
Inq; meum auxilium non manus ulla subest.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, ut tandem venerit hora
Iam finita mihi vel cita vita cadet.
Iam quia spes penitus toto fugit orbe repulsa,
Afflictus toto spiritus orbe manet.

ELEGIA XV.

QVi est autem infaustus nil quærat denique fælix,
Quod si audit debet ducere fronte crucem.
Nec forsan capiunt qui jam fælicia damnet,
Quos sacra Musa beat, quos decus omne vehit.
Nemo ita tam subito mentis sibi suscipit auram,
Vt vel damnet eum qui sibi faustus adest.
Non virtute valet, rerum dum denegat artes,
Nam minimum proles ejus habet Sophiæ.
Eligo fælicem nec dici semper & esse
Tantum si pectus cogere jam nequeo:

Vt vel contra illud totum me pellere possem,
Veloci aut fugeret funditus inde pede.
Magnusq́ est dominus mundi rectorq́,paterq́,
Iudicium atque ejus conditur omne viris.
Et quà lætaris dira ferit acriter ictu,
Etsi delitias conferat altus amor.
Continua pœna subsunt mihi tempora longa,
Ex qua quinque anni præteriere mihi.
Ac si hodie adfuerint,fugerent me gaudia cuncta,
Post tepidos Soles vel mihi frigus agunt.
Diversos ducunt cæco molimine casus,
Vt Veneris fruerer munere,si quod adest.
Conservator opum Veneris sine jure vocabor,
Delitijs expers omnia qui cupio.
Ob Venerem nullas cuiquam fudi ipse querelas,
Quæ extinxit nostram semper amara sitim.
Non autem hoc doluit,sed pœnam incurrit in acrem,
Hoc nam quod cupio denegat illa mihi.
Nec mereor,carpat nostrum reprehensio pectus,
Ex duro nullum robur adesse potest.
Et veluti ad Venerem quisquis sua pectora defert,
Vtque potest ejus jußibus obsequitur.
Fortunæ casus me prorsus fecit abesse,
A Veneris flammis,quæ mihi lux aderant.
Has fatum extinxit rerum meliore sub arte,
Nec dubito Venerem vel doluisse nimis.
Non Venerem,solum fortunam non queror atram
Ejus deseruit me quia sæpe favor.
Nec languere quidem,nec vult me forte jacere,
Sed Venus extinguit omne salutis opus.

EPIGRAMMA.

Flos inter spinas, mundum ferat ille magistrum,
Qui spem omnem prorsus linquere vult Veneris.
Talis namque fides perstat vel semper amoris,
Ut desiderio quis sibi figit eam.

ELEGIA XVI.

Invidiam alterius, vel quæ sibi gaudia sumit,
Nititur atque ejus sumere amicitiam.
Est opus ut prorsus vel gaudia deleat ipsa,
Imo etiam ut semper deferat illa dolor.
A spe qui est longè, nimiumq; movetur ab illa
Delitiæ sit adhuc immemor ipse suæ.
At si ille est præsens, oculos versatur ob ipsos,
Ejus amicitiam vel nimium duplicat.
Sunt tria quæ Venerem depellunt longius ipsam,
Damnum, & forte timor, & sine jure scelus.
Quisque suo stat sæpe bono pronusq; probusq;
Nec bona tunc quærit quæ dare damna queunt.
Tristitia in magna robur nil sufficit ipsum,
Ut nil quæ inde placent vel sibi quisque ferat.
Nec nostræ vires ita nos vel cogere possunt,
Ut faciunt odium ne fluat ex Venere.
Est & iniquus homo ut vitam sibi depulit ipsam,
Atque Deum temnit qui sibi stat dominus.
Hoc mens ipsa facit sæva ut compellitur ira,
Se ut temnit primum qui sua sic coluit.
At post se similem sibi quisquis amatq; probatq;
Sic ut vel nanus membra Gigantis agat.

Ast hic tanta potest in nos sua robora torquens,
Mentem vt vertamus sæpius intra odium.
Atque ut fortis homo æquali qui est robore secum,
Cum sævo hoste, sibi quem vel adesse videt,
Alter vel donec totus trudatur ab armis,
Æquum illis nunquam judicium esse potest.
Sic nec ego possum Veneri suffragia ferre,
Intra odium, & Venerem nil meminisse valens.
Horum quisquis adhuc tanto est mihi jure superbus,
Vt quis sit major noscere jam nequeam.
Vltimus in bellum non adfuit ipse Cupido,
Armis ast odium prosiluit nimijs.
Atque illum in totam subito dejecit arenam,
Illum nec vidi surgere posse nihil.
Non decepi illum, nam crevit amore voluntas,
Adfuit auxilio tunc citò noster amor.
Clamavitq́; odium, & quantum tardaverit, inquit
Nunc odium tollat qui mihi sæpe metum.

EPIGRAMMA.

SVpplico sæpe Deo, ut mentem mihi subtrahat omnem,
Atque ejus jussu vel mala jam fugiam.
Atque illam pariter quæ me sine mente reducit,
Dimittens Venerem quæ daret ipsa fidem.

ELEGIA XVII.

NEmo potest altum decoris conscendere culmen
Cui non est virtus, nec genus, & nec opes.
At virtus melior, cunctos & numine vincit
Absque alijs equidem vel sibi nulla potest.

Sunt

Sunt aliæ pretio in multo virtutis ob ignes,
Sicq; valet robur omnibus est ut opus.
Sic valet atque genus, quanto est præstantius ipsum,
Nam virtus hominis dat quoque cuique gradum.
Vt pulsare fides nec erit jam quisque peritus
Vel si illas alio tempore non tetigit.
Non capitur nomen vox fortè ut personat ipsa,
Sed cithara ut pulchra dulciter arte sonat.
Sic quisquis secum præstanti est numine mirus,
Atque opibus caruit, & genere eximio.
Non vires defert ut vel sua pectora monstret,
Virtutę huic semper est opus inde viro.
Et sunt, & vel erunt, alia qui parte vicissim,
Qui bona habent, generis & decus alterius.
Et cum nil valeant quærunt sibi turpius omne,
Absque probo, turpe est quidquid adesse potest.
Culpam & naturæ tribuunt vel sæpius omnem,
Sed bonus eßet enim, nescit at esse sibi.
In mente est etenim semper sapientia fulgens
Absque ullâ culpâ robore quisque caret.
Virtus extrema ad medium ducitq; vehitq;,
Difficile est ad opus, noscitur & minimum.
Cum quis id agnoscit virtutem amplectitur ipsam
Mensuram ut quid agit continet ille suam.
Est homo, sed dives, minus ast ut munera fundit,
Vt nec avarus adest sumptibus at fatuus.
Et vitium, & virtus desumitur actibus omnis,
Post at opus remanet subditæ debilitas.
Non etenim virtus Musis adquiritur aptis,
Nec Vates illam dulciter arte docent.
Hanc illi at retinent vitium qui denique linquunt,
Virtuti atque hærent semper amore boni.

Nec dubitant equidem turpem ſæpe eſſe pudorem
Virtutis, ſed amant eximium pretium.
Non hac ſede ſedet, qui toto eſt pectore ſtultus,
Qui longè diſtat delitias nec habet.

EPIGRAMMA.

FLos inter ſpinas, ſemper conabor ubique,
Ne dolor à noſtro pectore diſtet atrox,
Nónque puta potius noſtros crudeſcere caſus,
Majori damno ſtat pudor ipſe meus.

ELEGIA XVIII.

SI Deus aut animam noſtro de corpore tollit,
Nullum auget noſtro non niſi de genere.
Nam me qui vel amant non ſic ſunt pectore proni,
Vt vel non ſit opus dicere, plange, dole.
Quam minima eſt noſtro merx jam conceſſa labori,
Me nam nemo dolet planctibus aſſiduis.
At ratio ſi nulla ſubeſt his cognita tandem,
Non culpa eſt illis ſi nec amare queunt.
Lugeo ſæpe etenim, tacito premor undique caſu
Intra me & lachrymor mutus ut & ſileo.
Firmaviq; illum, clypeus qui debuit eſſe,
Corda premens, & vox pectore nulla fluit.
Hic amor eſt noſtram qui frangit robore mentem,
A tenóuque putem jam vel amore coli.
Quare & ſpe careo, vita & ſine munere perſto,
In te ſpes quoniam dat mihi corde premi.
Ex his qui Venerem tractant, volo forte doceri
Huic ſi eſt forſan amor qui ſine ſpe premitur.

Etſi etiam vivit, nam verè haud deperit ille,
Cur hic vel Veneris non dat amore notas.
Non jam plura loquar, ſed quiſquis cogitet iſtud,
Damnum ejus tali qui jacet exitio.
Heu me! nam ſemper ſunt cuncta pericula noſtra,
Nec dubito nullum plangere noſtra mala.
Eſt Veneris damnum minimum ut plebs judicat ipſa,
Nam paucos dirus ſuſcipit iſte dolor.
Nec ratio hunc patitur, nec ſentit corde dolorem,
Nam ſeipſum ſolum cernere quiſque poteſt.
Ille necis ſentit ferventes jure labores,
Qui laqueos ſperat colla per ipſa feros.
Quique bonis fruitur ſemper ſibi gaudia nectit,
Illi nec tandem ducitur iſte dolor.
Eſt equidem verum ſi mente id pendimus ipſa,
Præteritos multos vel toleraſſe necem.
Noſcemuſq; illum, quo jam cecidêre, dolorem,
Illis auxilium cùm fera mors fuerit.
Magna abſque hic causâ nil magnum ſurgit in orbe
Quare quiſque ſinum noſcet ubique ſuum.
Qui nil forte timet, refugitq; Cupidinis arcus,
Hoc ardore dolor vel ſibi major adeſt.
Non medicus poterit vel ſit nimis ipſe peritus,
Ægroti ingentis vel mala ſæva pati.
Sed ſignis ſaltem, vel qua manifeſtius aſtat,
Quo ægrotus premitur judicat iſte malum.
Sic eſt ille acres qui non cognovit amores,
Nil ſentit, damnum ſed videt ipſe ferum.
Ejus qui immenſos Veneris ſibi detrahit ignes,
Qua ſibi conſilium ſemper ubique negat,
Vtque arcus pellit telum, celeremq; ſagittam,
Quantum vis ejus ſufficit ipſa ſibi.

Casti hominis sic dulcis amor, castáq; puellæ,
Quantum cogit amor his manet ipse diu.
In Venerem mens nulla valet, sapientia nulla,
Namque aliter David damna sua effugeret.
Nec plures docti tot maxima gesta tulissent,
Si in Venerem quodvis robur adeßet adhuc.

EPIGRAMMA.

PRudens, nam noster vix noscitur ipse Cupido,
Absque ullo merito denique forte cadet.
Vt doleo nostris illos sermonibus angi,
A me qui laudes non Veneris videant.

ELEGIA XIX.

FOrtunam, accipio, multos onerare querelis,
Ob dirum & durum quod facit aspera opus.
Cúmque illá voluêre simul magnum icere fœdus,
Vt cunctis eadem semper & una foret.
Naturamq; ejus nequeunt meminisse superbam,
Quæ alta premit, fervens alta vel ima facit.
At qui hoc testatur, nilq; æquo pectore suffert,
Cuncta sibi linquat, atque bonis careat.
Non Deus instituit, non ipse ita condidit orbem,
Illum ut non premeret vel dolor horribilis.
Plusq; est exitium cuivis, quam lucra supersunt,
Vt veri est ratio, mens quoque stultitia est.
Qui sese in mundum vertit, stulteq; furescit,
Crux illi est dæmon si tenet ille fidem.
Perfecta in mundo tandem bona credit inesse,
Cúmque mori statuit hoc habet ex opibus.

Si quis fortunæ figit clavo undique firmo,
Velocem ut toto pervolat orbe rotam:
Illum nempe decet vel semper scandere in illam,
Vel damnum patiens istud ut inveniat.
Qui non sunt similes non tali pectore perstant,
Viribus ut gestent pondera tanta suis.
Instrumenta struunt queis non descendat ab alto,
Quem falsum secum jam decus accipiet.
Non fortuna suos linquet sub tempore motus,
Nec faciet planum quod patet in cumulum.
Et cùm vota simul persistunt ordine in uno,
Non aliud proprio robore pressa facit.
Quæ ruit, ipsa domum reficit, nimis expolit ipsam,
Quæ vacua in parvo tempore tota cadet.
Qui desertus agit, non aurum quærit amœnum,
Horrea sæpe implet, vina, oleumq; capit.
Non latus accingat splendenti turbidus esse,
Vt stultus debet vivere jure suo.
Fortunam hic dubitat bona posse repellere fixa,
Et penitus manibus trudere quæque suis.
Quem fortuna videt, ridenti & suscipit ore,
Ingenio fælix vel putat esse suo.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, similis mihi Tantalus extat,
Votis hic fervens ardeo qui aßiduis.
Nescio cur totis mihi sunt augmenta diebus,
Cùm mihi sit propius semper inesse necem.

ELEGIA XX.

PRaeteriti quidam laqueo sua corda dedêre,
Vt fugerentq; nimium quæ mala mundus agit.
Vel quia viderunt totamq; patescere portam,
Qua portum accipiunt plurima vota suum.
Non me namque decet mundi hujus linquere sedem
Divinum ut possim quærere corde bonum.
In te est omne quidem, fidei nec libero legem
Hoc video, quoniam sensus es ipsa meus.
Gratulor ipse Deo quod jam sine pondere mortis,
Ante animam teneo gaudia cuncta mihi.
Ille est omne bonum postremum, & denique firmum,
Nostra in quo solum corda manere decet.
Ille est quem semper votis nempe appeto cunctis,
In quo vel damnum cessat, & omne bonum.
Mens mea non alio cernatur currere sensu,
Si extra se est aliquid non probat esse bonum.
Tanto namque gradu meus est dolor undique fixus
Astent ut tandem vel mala grata mihi.
Vt si tunc vellem vel mortis jura subire
Non possem, quoniam stat mihi clausa simul
Asperitas ingens, ingrata, & pectora vivunt,
Portam ideò haud pulso quæ sit aperta mihi.
Sensus nempe veri ostendunt me numinis alti
Non servare manum, ferre nec auxilium.
Dissimilem jam nemo sibi vel quærit in orbe,
Ergo hæc quis secum vel sibi jura secat?
Ast ut pronus ago, votis ruo denique multis,
Quam vel amo votis stat quoque tarda meis

Et

Et tardabit enim, nulli dabit ipse Cupido,
Quæ secreta sibi continet omnis amans.
Quæ nisi divino non sistunt corpore fixa,
Vel Veneris stellæ subdita cuncta sacra.
Vtque ignis ceram ferventi devorat æstu,
In sphæram splendens appetit ire suam.
Sic nunc noster amor me punctum temporis optat,
Vtque potest vento dat sua vela poli,
Vt portum attingat votis quem ardentibus optat,
Non portum affigit anchora me extra, alium.
At si vel penitus jam linquere littora possem,
Hoc certè in pelago naufragus inveniar.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, verum tibi denique narro,
Si Veneris nostræ cernere jura potes.
Vix credam mecum te non sentire dolorem,
Nec mihi delitiæ jam Venerem abÿcient.

ELEGIA XXI.

IAm bona sæpe voco, si qua scio vivere sede
Atque malum sileo vel sine jure mali.
Non maledicta quidem delectant corpora nostra,
Nec clamare licet, nam mihi causa latet.
Non ut vel coner nec plurima commoda ducam
Mutis & surdis nil quoque clamor agit.
Nam bonus est nunquam vel tali nomine notus,
Augent hunc etenim vel sua jura nihil.
Lex Christi offertur Mauris, datur omnibus Afris,
Quam capere haud tenui funditus aure volunt.

At virtus tacito semper pede provenit ingens
Improbus, & stultus pellit ubique probum.
Et Salomon dixit, Substat sapientia paucis,
Virtutisq; hostes plurima turba manet.
Te & stultum cuncti, & pariter sine mente vocabunt,
Si à cunctis hominum moribus unus abes.
Sic vitium est ingens virtutem ut vicerit omnem,
Commoda & è toto depulit orbe decus.
Hanc pauci norunt, paulatim & deperit ipsa,
Pigritiæ in frigus, non calor ullus adest.
Est vis tanta horum, qui illum vel funditus urgent,
Vt cujusque quidem robora nil valeant.
Quod si vis dicam quod vulgo dicitur ipso,
Ille ruat, qui altum non timet ipse decus.
Defunctos nemo privet virtutis honore,
Invidia absentum non licet esse viris.
Hoc opus at fœdum vix est qui sufferat ullus,
Viscere, quo invidiæ non sibi fætor inest.
Non vivum laudant, virtutem qui accipit ipsam,
Illi hanc sed potius detrahere instituunt.
Si illustre at factum penitus non fundere possunt,
Fœdant probro illud cui bona cuncta tegunt.
Virtus & bonitas stirpem amisêre feracem,
Defecêre nimis corpora nunc hominum.
Et Deus à nobis vix quemvis noscit honorem,
Morsq; arctis cogit nos fera sub manibus.
Quod Deus effecit præter cœli apsidis orbem,
Ex proprio amisit robore robur adhuc,
Deperit & Sophia, experientia deficit ipsa,
Vita brevis, cujus transit & medium.
Mens at Aristotelis fulgens ubi forsan habetur?
Est Plato ubi, & Seneca, magnus & Origenes?

Qui & Sampsonem etiam toto ostendemus in orbe,
Quis forma est pulcher Absolon ut nimius
Lynceus ille fuit quem nil vel denique fugit,
Quod non acri acie cerneret ille sua.
Atque intra pelagus spatium sine fine videbat,
Qua præsens major tunc quoque vita fuit.
Ille est insanus, mortem qui haud cogitat ipsam,
Cum res depereat quæ vel in orbe sumus.
Vt ramus, pomumq; sua arbore decidit omne,
Si quis radicem dissecat arboream.
Nos moriemur enim, moritur quod nos vehit omne
Atque fugam mundi sic Deus ipse docet.
Nam quod nos ducit mortis prolabitur armis,
Natura & sensum deficit ipsa quidem.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, nil jam mihi sufficit unquam,
Inveniam ut fontes sæpe tui decoris.
Quidquid es, ipsa mihi vix possum dicere quantum,
Sit mihi delitijs atque ideo id sileo.

ELEGIA XXII.

O Mors, multorum quæ extas medicina malorum,
Fortunæ adversæ diceris ipsa salus.
In me nè insurgas, legem sed conspice veram,
Inclina in me aures, supplico namque tibi.
At tu illum vitas, qui te clamatq;, vocatq;,
Qui longè & refugit hunc quoque semper amas,
Obvius ut tibi eam conor nocteq;, dieq;,
Vt dulci incutiar vulnere forte tuo.

Hic meus iste dolor penitus nequit ipse perire,
Ni mala majori robore vel superent.
Non alio damno puto labi corpora nostra,
Sed solum cui insit vel sine fine malum.
Quod mentem obturbet sensum dematq; doloris,
Et videam nobis esse salutis opus.
Aut dolor hic alius cupio ut jungatur acerbus,
Aut precor hic mortem me sinat ipsa mori.
Tempore me nullo nec mente revolvere cogat,
Damnum aliud vel quod longius haud sit adhuc.
Lætitiam amisit, lachrymas deducit amaras,
Nec volo sentiri, cuncta simul fugio.
Te precor ut studeas miseris casibus atris,
Hoc peto, quod possum suscipere hic facilè.
Nec res parva quidem est, si vis mea nectere corda,
Solvere majori me potes ipsa malo.
Talis es, ô Nympha, ut cunctas mihi demere coner
Delitias, mundus quas juveni tribuit.
Sæpe tuo nostrum torquetur pectus amore,
Atque tuum corpus hic colo ut ipse deam.
Quapropter crimen si in numen construo, dirum
Hoc fateor, quoniam pœnituisse sat est.
Nec qui pœnituit vestræ jam sentiat esse
Mentis opus contra quæque venena mihi.
Quidquid difficile est mentem mihi mutat & urget,
Ne nostrum doleas te precor ipsa malum.
Plangere si inclusum me quisquam conspicit usquam,
Gaudia cogit amor me memorare sua.
Et nobis sic semper amor ferus undique substat,
Vt faciat stultum nostra dolere mala.
Nemo ergo invideat nostris sic casibus vltrò:
Nam dolor ipse meus est minor absque tuo.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, amor ipsa pericula monstat,
Quotquot amans quivis semper habere potest.
Corde hæc accipio, quæ mentem rodere possunt,
Quæ ut sileo, nimium tunc mihi signa patent.

ELEGIA XXIII.

OB Venerem nimium nihil est mihi vivere certum,
Nec me ideò credas inde timere necem.
Spes mea paulatim disrupto languida sensu,
Me fugere intentat non tamen ipsa latens.
Sed malè jam cedant huic præmia grata doloris,
Cùm nec vulneribus sit mihi tuta salus.
Non mora venturos vetuit quosque undique casus,
Crescunt vota quidem, fit dolor atque duplex.
Hac me sorte Deus tandem fecitque, tulitque,
Vt solum servet pectora noster amor.
Atque aliter faciens vitam comitatur amoris,
In reliquis semper eximiè, & nimium.
Ardeo ego Venerem, nec me modo diligit illa,
Ob quam fœmineum diligo sæpe genus.
Hoc tamen à cunctis semper noscatur ubique,
Me illam velle quidem quæ mea nil vel amat.
Conqueror & Venerem semper vel fasque, nefasque,
Iure & præsenti, jureque præterito.
Non quia vel quovis fuerim sub tempore lætus,
Sub nullo friget vel mea flamma die.

Prolapſum ob tempus nil conquerar, actus, amorem,
Favit namque mihi, læſit at ipſe timor.
Erubui, atque ideo texi mihi ſemper amorem,
Non ulli robur vel dolor hic patuit.
Triſtitia ut tandem finirem tempora noſtra,
Aut juſto Venerem jure meam querer.
Vult ut amem toto qui ſum neglectus amore,
Atque ut amans, perdam gaudia læta mihi.
Negligo me ſemper, nullo aut ſolamine ſurgo,
Præter te quidquid vel Deus ipſe creat.
Noſtri & neglectus cauſam tibi defero cunctam,
Plus at amo, hoc dubitas? jam mihi mitte ſcelus.
O boni amatores! ne mente aut decidat ipſa,
Hoc tantum, atque urgens aſperitatis opus.
Ipſe loquax, annis ut murus ſæpe duobus
Iamq; fui haud credas vel dare damna necem.
Hic ego ſum qui animam liquiſſem protinus omnem,
Quæ magnum membris eſt onus ipſa meis.
Sed non infælix tandem ſtat longius hora,
Commodius fuerit jam mihi forte mori.

EPIGRAMMA.

FLos inter ſpinas, multi cecinere Poëtæ
Eſſe in principio quodque bonum Veneris.
Dico ego delitias illud propè nectere dulces,
Atque ut vota cadunt, illud ubique mori.

ELEGIA XXV.

VEllem aut centum annos, me, poſt natura dediſſet,
Pejori mundum nam puto abire pede.

In minimum crescens, nescit vel protinus ipse,
Quo minimam sedem deprimat ipse suam.
Et video justæ vel præter pondera mentis,
Pravum adferre donum vel prope supplicium:
Iustus nempe fugit, speluncas quærit opacas
Ob mala, quæ nunquam vel sibi mente tulit.
Ille est stultus enim, voluit qui pondera mentis
Notus ubi fuerit apposuisse malè.
Cernere mente decet, probra illum effundere ubiquè,
Nemo hunc absque probro vel tolerare potest.
Pravus homo debet clamari voce tubarum,
Ne penitus forsan fallat & hic alios.
Tot sunt illi etiam recto qui nomine substant,
Queis si fama nocet, cessat ubique tumor.
Purus amor tentat fictum corrumpere amorem,
Qui solum niteat forte colore boni.
Et tunc casta fides servatur pectore toto,
Est enim qui referat turpia facta sono.
Ille pius, rectus, justusq́;, probusq́; vocatur,
Qui studet ut nunquam sint mala quæque probis.
Qui & veniam tribuit crimen cui admisit acerbum,
Omnibus & vitijs unica causa subest.
Virtutem ille colit, famem qui exhorruit atram,
Quod certè nec habet quem pudor ater habet.
Probra igitur nunquam linquant oblivia magna:
Nam virtus hominem monstrat ubique malum.
Naturæ in vitium motu deducimur ipso:
Sed turpis famæ nos movet ipse timor.
Fælix ille, bonum procedit cujus ab ore,
Et dirum ut novit, nuntiat ille malum,
Dat turpe indicium moritur qui casibus atris,
Tædia, quem dicit mos malus, interimunt.

Ira arsit, sceleris summam quin senserit omnem,
In quo vel forsan se videt esse malum.
Vt qui in supplicio socium videt ipse perire,
Quem forsan duris criminibus superat:
Indignumq; vocat casum, facinusq; superbum
Tali illum mortis crimine damna pati.

EPIGRAMMA.

TEmpore præsenti lætus non pectore vivam,
Semper ero quoniam præterito similis.
Quod quoniam credo, reperi nec denique tale
Me, & mundum totum deprimo, verto, tero.

ELEGIA XXVI.

INter fortunam, jaceoq; Cupidinis arcus,
Iam cado, jam surgo ut saxa per alta puer.
Tristitiam ingentem, si & gaudia nulla reduco,
Nil mirum est equidem, nec stupor esse potest.
Illi sum similis qui tranat jugera ponti,
Quem flatu fervens Æolus unus habet.
Ne seipsum doleat, si se videt æquore lapsum,
Quem cæcus ducit, cæcus & ipse cadet.
Non ut qui mentis divinam colligit auram
Secum, & virtutis delitijs fruitur.
Atque illum obseruat, quem ignari denique lædunt.
Et doctos etiam linquit & ille malos.
Atque fugit pravos, qui stultis commoda præbent,
Cujusq; ignobilis linquit & indicium.

De-

Delitias populi comitantur, & inde sequuntur,
Me ante ipsum forsan non alios videa.
Mentem sæpe meam fervens dolor undique cingit,
Sic mereor quoniam vivere sic volui:
Atque hominis finem tardo sub tempore sensi,
Nullo vota ibant æthera jure mea.
Et simili tandem semper favêre miselli,
Quem natura dedit his vel inesse prope:
Versusq; in mentem jam tali me induo veste,
Vtque illos sic me scire facit vitium.
Delitias mea vota sibi voluere superbas,
Quarum aliud secum deniq; robur habent:
Et quas jam tenui, nulla mihi jura dedêre,
Nec serio cuncta deperiere mihi.
Qui rate sub minima pondus locat æquore magnum,
Nam natura agitur nil sibi ferre potest.
Divitias qui optat dextrâ conjungere amari,
Nunquam hic conspiciet prospera vota sua.
Non læto vivent illi sub pectore tandem,
Fortunæ & cupiunt qui bona corporea.
Omnes alta volant ut protinus illa sequantur,
In se & suscipiunt turpiter arma necis.
Ceu ægrotus item medicam qui haud calluit artem,
Pro vita sumet dura venena necis.
Sunt & amara illi vel dulcia mella palato,
Et dulcis pariter piscis amarus inest.
Vilia qui ingenij summo molimine tentat,
Non ut summa sibi gaudia mentis habet.
Quod verum est, nulla tandem sibi percipit arte,
Efficit & servam, quæ sibi stat domina.
Delitias hominis linquit qui hæc gaudia linquit,
Parte animæ quoniam nunc homo nomen habet,

Sicq; ipsum amittit, qui si non protegit illa,
Nec frugi mentis sufficit ille sibi.
Séque ipsum interimit totis qui est moribus ater,
Quod placet hoc peragit, cætera destituit.
Virtutem tollit, vitio vel firmiter hæret,
Si gaudet minimo tempore cuncta cadunt.
Quod facit adverso sibi stat conamine semper,
Nec qua destruitur percipit ille necem.
Et cui justa pedi ferri vel debet aluta,
In capite ut vestis ducitur egregia.
Ut qui herbas stulto perquirit pectore multas
Ad pelagus vastum, quos sibi sylva tenet.
Presbyter utque etiam festorum numina quærit
In ferijs, sacros linquit & ipse libros.
Hic hominis gaudet qui forsan nomine dici,
Quæque decent homines delitias recipit.
Bruta sinit, camposq; simul, simul omnia linquit
Gaudia, nec minuit, nec ciet ipse sua.
Gaudia namque hominis mens est, sola ipsaq; substat,
Ille ut vel toto pectore vera tenet.
Has at delitias auget sapientia semper,
Sed pereunt si ipsis non amor ipse subest.
Si quod opus lectumq; facit, rectumq;, probumq;,
Et factis semper gaudeat ipse suis.
Quidquid & est hominis proprium sibi sumit ubique,
At perfectus erit, si hæc sacrat ipse Deo.
Vita hominis nullo semper jacet aucta dolore,
Imperfecti hujus gaudia at orbis habet.
Vitæ quisque gradus, cumulat vel pectora morbis,
Aut mutat stricta qui hoc capit ipse manu.
Aut moritur qua ipsi veniunt sua gaudia læta,
Quæ ex se vel nunquam jam saturant animam.

Vt bona divina ante usum sæpe ipsa tenentur,
Quæ possessa quidem sunt dolor eximius.
Stulti etiam cuncti desumunt gaudia quæque,
Quodq́ue boni simile est appetiêre malum.
Spem lætam & referunt vel quos decet inde timere,
Tunc bona suscipiunt cùm sibi spes fluitat.
Imò quod multis optant sæpe undique votis,
Pro immensa perstat sæpe dolore sibi.
Cum bona cuncta optent, nec partem forte notarunt,
Et pro delitijs stat quoque sæpe dolor.
Gaudia sed quædam delinquunt gaudia quædam
Quam potius forsan destituunt alia,
Et qui delitias vehementi pectore tentant,
Non se his solantur, si hæc sibi forte placent.
Quo magis at fælix illis homo gaudet ubique,
Illis sic hæret fortius ipse dolor.
Longius aspiciens calles sine colle viarum,
Hos forsan rupto colle viator adit.
Nam carnalis amor pœnas ciet undique ad atras,
Spemq́ue etiam cunctis datq́ue, probatq́ue suam
Primusq́ue affectus, substant mortalia vota,
Illi haud suspicio est quem citò pœnituit.
Sæpe decus magnum conamina magna sequuntur,
Divitibus solum vellera clara patent.
Estq́ue dolor mortis rapiuntur ut omnia jura,
Sunt mundo domini serviat ubiq́ue sibi:
Corporis at splendor vilis patet omnis, & astat
Illi vel nullo jam date corde fidem.
Qui bonus est, firmo persistit robore semper,
Temperie & florent undique semper aves.
Iam vili facio splendorem, numen & oris
Deperit omne brevi, destruitur nihilo.

Pauca ejus fruges oculos solantur amantum,
Et parvo damno cogitur ipsa salus.
Ostendit corpus minimum vel robore posse,
Quod virtute quidem vel fera jam superat.
Et quoniam est dominus, nimium ne forte labascat,
Hac nam parte fera deficiunt potius.
Est animal rationis homo, mortale, caducum,
Est carnis specie bestia, fœda, rudis.
Atque animam ratio secum cohibetq́; premitq́;
Hac parte & secum res sibi sunt similes.
Quantum finitum infinito hærere videtur,
Cúmque illo æquali substitit in pretio.
Sic aliquid carnis poterit vel denique jungi
Cum divino animæ numine perpetuæ.
At si non præsens caro tangere sufficit una,
Delitias sensus sive ferens & agens.
Notitiæ atque aliæ nil sunt per se undique cæcæ,
Tres sunt delitiæ, sed capit inde duas.
Gaudia sunt æqua, expugnant nam sæpe dolorem,
Virtus si hæc nescit sunt bona nempe nihil.
Cuncta implet virtus, sine qua nil dulce patescit,
Quæ alto in thesauro forte locata viret.
Ergo quantum animam secum caro devehit ipsam,
Propter delitias perficit ejus opus.
Non autem est ratio, proles sed noscitur ejus,
Improba pars bruti fert rationis opes.
Illas delitias caro quas sæpe appetit una
Quisque videt, dubitat delitias animæ.
Illud quod tandem vel nulla deficit hora
Perpauci norunt, tangitur & minimum.
Inscitè multi hoc jam dimisere vicissim,
Qui sapit at temnit hoc quia non tetigit.

Sic

Sic viles quando summos comitantur honores,
Temnunt quæ longè gaudia pellit honor.
Spe jam quisque sua semper lætatur ubique,
Stulto illasq́ aptat pectore delitias.
Namque pyrum reperire putat sub culmine fagi,
Atque Afri truncum quà sibi Gallus adest.
Vnum namque bonum est, vallatum sepibus altis,
Nec sunt delitiæ ni dolor extet ibi.
Qui plura hæc norit jejuno pectore torpet,
Et lætè vivunt qui minus hæc capiunt.
Sæpe prius quàm ullus virtutem sentiat altam,
Aßidet in nostris viribus, hic, vitium.
Et si vel ratio sub tempore labitur ipso,
Defectus dubiè noscimus inde suos.
Tempora dum vivunt vitijs quoque corpora fœtent,
Absque homine existit, inq́ homine hic habitus.
Atque anima & corpus sibi ceu thoraca resumunt,
Queis bombyx pulchrum tunc habet inde nihil.
Qui sunt qui tanta crescunt virtute micanti,
Vt sint vota quidem sæpe viris vitia.
Pars major, sic credo quidem, ferme undique novit,
Quod petit atque sapit hoc nimis esse bonum.
Et quia pravus homo est, bonitas sibi displicet una,
Namque bonum haud cernit quod capit illa sibi.
Principio solum torquetur sæpe voluntas,
Atq́ habitum, vellet, si Deus ipse favet.
Sensibus existunt hæc gaudia dulcibus alta
Iucundum, & mirum quæ comitantur opus.
Atque his delitijs non solus spiritus hæret,
Sensibus at substant corporis eximiæ.
Vique has quisque potest animo sibi sumere toto,
Si id curat, minor est, ni bonus actus adest.

Hicq́ʒ actus binis surgit laudantibus ingens,
Sumi nam virtus non nisi mente potest.
Et se ipsum penitus tandem obturbare videtur,
Qui decus extollens non vehit ipse sonum.
Et quidquid seipso nimis optat crescere secum
Filius atque nepos, bos, canis atque lepus:
Est ut amor, sic sæpe bonum sibi postulat ingens,
Seq́ʒ ut amat, nimium linquit ubique bonum.
Vtque bonum exoptat damno saturatur iniquo,
Damna à se, vitam postulat ex alio.
Virtus delitias, & secum commoda defert,
Atque ideo virtus, & bona summa placent.
Sæpe in delitias amor atque in commoda surgit,
Mens sola at verum noscit ubique bonum.
Sed non sunt nobis hæc dulcia pabula vitæ,
Principio quoniam vel fatua esse patent.
Iam optat delitias & nostra pericula sentit,
Hoc perstat semper cura labore gravis.
Atque his delitijs stulti haud sedem invenêre decentem,
Expertes nullo sunt quia sæpe gradu.
Cúmque fidem linquant, his experientia nulla est,
Esse insensatos his ubicunque patet.
Vtque etiam ægrotant vel morbum attingere inhorrent,
Et sub pauperie divitias cumulant.
Et fœdi & molles semper sibi grandia cogunt,
Lætitia à seipsis longius una volat,
Quisque amat ut forsan vel delectetur ubique,
Cúmque animæ propria non bona sentit adhuc,
Corporis hæc quærit, sese his armatq́ʒ, tegitq́ʒ
Atque alijs etiam quæ sibi stultus habet.
Quæ quia vel nodo forsan junguntur in uno,
Hæc res est hominis maxima tota sibi.

Per

Per se quisque etiam dum spem sibi continet altam,
Mens cuivis proprio statq; sedétque loco.
Pro parte & meliore locat sibi robora mentis,
Vt dominum semper cuilibet esse decet.
Si dare quod debet, vel multo munere præbet,
Quo plus id tentat sic magis illa nocent.
Per se ignobile opus mærorem inducit acerbam,
Quem qui plus noscit sentit ubique magis.
Vt stultus per acum intendit dimittere filum,
Sic agit hic oculos quò magis instat ibi.
Quilibet affectus majori accenditur igne,
Corde in subtili quàm rudi in ingenio.
Percipitur quoniam proprio sua semita gressu
Aut Odij, aut Veneris, qua fluit omne malum.
Dum solum mentis vel frustrà jura feruntur,
Non in virtutem nec venit in Sophiam.
Quod placitum est solum majori noscitur arte,
Non est quod doleat nec mala lite ferat.
Si Deus at stultum nunquam defendere tentat
A feritate famis, à feritate sitis
Non alius dolor illi astat vel durius unquam,
Ni circa has forsan sit situs ille sibi.
Ergo homo vel culpam sibi sumit ut omnia noscit,
In stultum hoc quoniam sæpe dolore manet.
Est brevis huic Sophia & mentem in se construit omne
Quod multum est quisquis culpat & omne parum.

ELEGIA XXVII.

Dives ut in prolem studium sibi collocat omne,
Vultq; illi solum vivere divitias.
Vt mors at tandem prolem illi decipit ipsam.
Donat opes pariter gaudia cuncta secat.

Sic ego qui prorsus jam jam mea gaudia fundo,
Te amittens mentis gaudia sola mea.
Non amor ipse meus vel jam petit altera magna,
Imo cuncta mihi sunt ubicunque mala.
Sic tua membra mihi Venus altis dotibus auxit,
Ante hæc ut quæ sunt candida, nigra putem.
Illa etiam nitidi nigredo, splendor ocelli,
Vt rubram video, quæ acria corda notat.
Fama nocet semper splendori cuique micanti,
Tantaq; es ut nullus debitor esse queat.
Qui nimium tua laudet adhuc nisi summus amator,
Non aut hoc cristas te erigere hic faciat.
Est mea vita mihi lachrymis lususq; madensq;,
Te si amitto, etiam desero & orbis opes.
Hujus quodquod iter semper mihi clauditur alte,
Si spes me fallit nullibi certa mihi.
Crimina qui admisit, tutum & perquirit asylum,
Hæret vel si ejus jam sibi nescit iter.
Sic ego vel simili fortunæ casibus exto,
Turbor enim amittens sive loca auxilij.
Non mentem cogit nunquam jam nostra voluntas,
Quæque sibi vires datq;, movetq; suas.
Et quia sæva odio mea jam nequit esse voluntas,
Quod valet hoc peragit, quam ratio ipsa juvat.
Viscere tristifero me jam natura refudit,
Vt te & amem, nasci me quoque fecit amor.
Nescio cur tandem non jam modo fata coerces,
Vt facerent te etiam velle, & amare simul.
Supra ipsam Venerem duo maxima culmina quæro,
Horum in te medium jam reperire queo.
A spe vel minima nequeo vel denique pelli,
Propter votum ingens est quia & hujus opus.

Parte alia votum sic tanto culmine surgit,
Vt nullam poßit vel tolerare sedem.
Te vel quoque dic me tandem forsan amare,
Ex alio inq́ue aliud ceu rota curro cita.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, quando sunt grandia vota,
Vt pœnam fugiant omnia suscipiunt.
Atque ut habent quod amant proprio moriuntur amore
Atque in me solo jam tua, teq́ue ferent.

ELEGIA XXVIII.

IAm dolor eximius mentem mihi depulit omnem
Nec dolet ingenium, nec revolare potest.
Ima illud decuit, penitusq́ue subire profunda,
Nec labor hic planctu jam patet ipse meus.
Nulla medela subest quoniam dolor improbus ardet,
Sic ut me in partes dividere aut nequeam.
Non una sum sede mihi, vagor vndique pressus,
Ni in mortem, in vitam, quæ fugit, aßideo.
Vt datur at molli ut certamina in atra feratur
Ex validis unum seligat ipse sibi.
Cum quo ineat pugnam penitus dubitatq́ue, timetq́ue,
Et pavidus nullo constitit ingenio.
Sic ego qui vitam toto hic exhorreo corde,
Non hic corde queo vel tolerare necem.
Vivere ut intendo, mortem ut mea gaudia sumo,
Vtque mori studeo tunc mihi vita proba est.
Vt qui vel falso tribuit cratere venenum,
Præceptori atrox in fera damna suo.

Vt notat at pœnam domini pietate remotus
Illius auxilio currit ubique citus.
Sic tu mens equidem per quam fugit undique sensus;
Ob tot damna simul quem sine fine quatis.
Iam proprijs accurre malis, fer opemq́; secundam,
Sentiat ut medio vel sua corde mala.
Sic ego ceu nauis, pelago concussa sonanti,
Iam malo, & velo, jam caret illa duce.
Adverso venti flatu non æquora tranat,
Et nautæ attonito pectore cuncta timent.
Quisque suas vires tandem tentatq́; probatq́;,
Atque metum in mentis vertit ubique facem.
Passibus aut centum hic prope littora vellet inesse,
Longe ille aut quantum stat furor Æolius,
Sic amor ipse meus per quem cæca æquora sensi,
Deperijt, poterat me dare in auxilium.
Sede sua ratio penitus ceditq́;, ruitq́;
Adverso flatu mens mea pressa volat.
Nec mea vota sciunt delectum prodere mente,
Num sit vita mihi vel fera mors melior.
Natura in me etiam fraudes convertit, & artes,
Vt damnum fugiam, seligit ipsa mori.

EPIGRAMMA.

PRudens, non animo jam quivis deferet æquo
Vivere vel pariter, jamq́; dolere simul.
In pœnam mea vota suis sunt gressibus acta,
Vt dixisse aliquid jam tibi vel memini.

LIBER

LIBER TERTIVS ELEGIARVM.

ELEGIA I.

IGNARI & *Venerem, atq; ejus mihi dulcia dona,*
Munera dumq; ejus creditis esse nihil:
Me contempsistis quod forma verterer ipsa
Subdere méque ipsum delitijs facerem.
Omnino videor miraclum quodlibet esse,
Præcipuè ut quosdam suffero corde gradus.
Morti non credo, quæ gratis ducitur ipsa,
Et Veneris pœnas gaudia inesse sibi.
Ignisq; occlusus, venis nutritus in ipsis,
Ingentes fumi ducet in alta globos.
Páxque intus toto lætum sub pectore damnum,
Et lux quæ secum devehit & tenebras.
Hæc qui est fortis amans sentit, patitúrque probatq;
Inq; uno est illis tempore tuta Venus.
Et qui non fieri credunt hæc posse vicissim,
Naturam hos natos sive fuisse pudet.
Ut cælum inspexit naturam viribus aptam,
Invictas vires mi dare constituit.
In me diverso veniunt hæc tramite semper
Quo sibi desumit quod sibi sæpe placet.
Atque animam cogunt vel pectore simplici amare
Quod vitio cernit forte carere truci.
Pars alia at mecum nunquam manet ipsa soluta,
Sed se arenti equidem liberat igne simul.

Ille amor, excellens cui subſtat pura voluntas,
Et ſolum ſervat quod decus omne jubet.
Hic amor egregius me tandem fecit amari
A noſtro ſimili cui ipſe miniſter erat.
Alter amor ſedenim cui præbent gaudia nomen,
Cuiq; eſt perpetuus candidus, hoſtis, honos.
Stultitiam cæcam cæcis mihi contulit armis
Et pacem, & bellum conſerit ipſe ſimul.
Hic amor in noſtros ſeſe inſerit undique ſenſus,
Communem invadit, tranſit & inde potens.
Quódq; offertur enim medijs tunc denique menti,
Sic creſcit, quantum vel ſibi gaudet homo:
Et quia delitijs corpus cumulatur, & auget
Intra ædes ſenſus quos Venus appoſuit:
Omnes virtutes, vires cujusq; vel omnes,
Servitio rerum ſtantq; caduntq; ſuo.
Qui inſano Venerem, & turpi ſibi pectore tractant,
Et mentis penitus gaudia quæque fugant.
Vota caro tunc ſola petit, mirè hæret & illis
Qui niſi brutales delitias dubitant.
Qui Venerem reperire cupit nunquam undiq; inertem,
Non credam quà vis vel ſua fortè cadat.
Nam quodcunq; ſui ut cauſam dimittit obortam,
Hoc opus haud equidem jam dabit inde bonum.
Eſt vel lecta cohors, vel pauco nomine nota,
Quorum amor eſt ſolus ſpiritus ipſe ſibi.
Hoc velut Angelico pariter potiuntur amore,
Et nullo hic etiam tempore ceſſat amor.
Quiq; animâ & Venerem pertingunt corpore dulcem,
Cùm corpus partes diligat inde animæ.
Nempe gradum Veneris, nec vult quis ducere certum,
Tunc Veneris referunt vel duo colla jugum.

Datq;

Dátque anima & corpus vitam cuicunq; supremam
Cogitur his odio quódq; placere simul.
Corpus amet simile, & totis amplexibus arctet,
Carpetur, quærit vi quoque summa sibi.
Nostra anima at similem vel semper quærit, amátq;
Viribus & quod opus excutit illa suis.
Ex his at Veneres, quæ alto nascuntur amore,
Vel magis ardescunt quàm citus ardet amor.
Vita est virtutis vel libera munere nostra,
Namq; animæ corpus prælia dura quatit.
Nec votum minimum, vel mentem concitat ipsam;
Et minus ut patulo perstitit ore Venus.
Hic amor haud audit mentis præcepta suprema;
Sed solum sensus delitias recipit.
Securóque animo dum se vìdet alta movere,
Concutit & molli durum adamanta manu:
Semper amor Veneris flammas longo ejicit acres;
Ut primum est votum tunc sibi robur habet.
Et quia delitiæ proprio hunc sub limite servant;
Quæ ut cessant, sceptrum cessat amoris item.
Turpe opus haud substat nec præsens fœtidus actus;
Castus amor casto semper amore micat.
Si hunc non assequitur, spe tunc nutritur ab ipsa
Atque hostem sequitur tunc metus assiduus.
Qui Veneris laqueis nequit alto aut robore vinci;
Consilium à pura nec sibi mente fugat.
Non meruit palmam victoris fronde virentem,
Nec quos pressit amor hic imitatur iners.
Nec putat & vitam finiri, finiri denìq; totam;
Si finitur amor qui hos ita sede locat:
Pro certóq; habeat cuncta hæc umbram esse cadentem;
Illius Solis qui omnia luce fovet.

O tu amor, à quo etiam non ipse Cupido triumphat,
Ut Dantes docto carmine jam cecidit.
Nec mens est tandem quæ nos jam denique cogat,
Te sortem nostra vincere velle manu.
Iamq; anima geminum corpus tibi suscipe in una,
Vita uno flatu pendet ubique sibi.
Qui jam forte tuum sperat vel cernere finem,
Te ignorat, non est vel tibi discipulus.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, triplex est semita cuncta,
Per quam quod verum est nullibi calcat iter.
Ira & amor secum non stant, nec sede locantur,
Est plena at cunctis altera stultitia.

ELEGIA II.

IAm sileant qui acres scripsere Cupidinis ignes
Extinguant prorsus scriptáq; præterita.
In me aciem vertant, tandem cuncta illa relinquant
Me, nam si nostis nullus amator adest.
Nam sine spe certa, affectu, atque ardescere votis,
Nullus homo quodam tempore substituit.
Quod Deus, his, noster quos lædat, servat ubique,
His prorsus qui omni jam sine spe pereunt.
Inter damna quidem, nostrum primum undique substat,
Estq; invictus amor, nam mea jura secat.
Insanis nunquam dedit ille famémque, sitímque
Non æstum, aut frigus, commoda cuncta tenent.
Non quodvis donum vel confert nobile numen
Munera habens, vel si munera nemo petat.

Spe

Spe vana vivo, nutriórque Cupidinis igne
Si calidum, aut rigidum me tamen esse puto.
Nec me fortè movent, nec me quatiuntq; vicissim,
Quæ in te oculi forsan constituere mei.
Mens mea sæpe tua nimium premitúrque ruítque,
Et meritò substat tam fera pugna mihi.
At tu nil cernis studio solum acta furenti:
Namq; oculos odium denigrat acre tuos.
Atque ideò tristi semper sub pectore vivo,
Nostrum nam nunquam conspicis ipsa malum.
Non veniam sacri cujusvis appeto tutam,
Nam nostrum puri est crimen amoris adhuc.
Sed veniam exposcam, quoniam sub sensibus ipsis
Mentem depressi sub Veneris laqueis.
Cor sibi amor servet, jam tandem cætera linquat
Et mens officijs stabit ubique suis.
Atque meus sensus qui est acrior occidat ipse,
Nec jam cum cæco denique sit socius.
Cum moriar loquar omne scelus, bona maxima tradens,
Et speculum justi semper amoris ero.
Tunc nostro suberit vel certa medela dolori,
Nam proprio quivis stat mihi jure dolor.
Qui tantus sæpe est, quantum mentem extuli in altum
Et nitido Veneris munera corde tuli.
Fœminea hæc mens nostra foret si me impulit ingens
Cordis atrox facinus in fera damna mihi.

EPIGRAMMA.

PRudens, sic statuo, & naturæ jura dederunt,
Absolvam ut cunctos semper amore dies.
At si non pereo, per tempora nulla redibo
In Nympham, semper quam fugit altus amor.

ELEGIA III.

AT ventos & vela simul mea vota capessunt,
Dum currunt dubium sæpe per æquor iter:
Adverso perflant flatu Boreasq; Notúsque,
Atque illis Zephyrus debet inesse in opem.
Et socio flatu Græcus fluit Æolus Austro,
Atque Aquilonis opus vel sine fine terunt.
Flatibus ut junctis trudunt mare fluctibus altum,
Ut cuncti reditum conficiantq; meum.
Bulliet & pelagus veluti super igne lebetes
Et speciem amittet æquoris ipse color.
Et quod sub dorso ducet, temnetq; premétque,
Non ullo vellet vel remanere die.
Et magni, & parvi percurrent æquora pisces,
Et quærent nimium concava saxa sibi:
Et mare quo vivunt fluctu ducente sequentur,
In terram ut vivant, denique desilient.
Alta viatores fundant in sidera vota,
Ceratasq; dabunt numinibus tabulas.
Tunc timor educet quidquid vel forte latebit,
Quæ quis fassus erit, nec quoque vota cadent.
Semper eris mecum vel sub discrimine rerum,
Vota Deo faciam, qui sibi nos tenuit:
Ut minuam nullis vel jam mea corda periclis,
Et toto præsens vel tibi tempore ero.
Mortem autem timeo ne absim tibi victus ab illa,
Vulnere nam mortis deperit omnis amor.
Sed mea vix credam sic semper maxima vota
Deficiant unquam morte secante vices.

At ego

Ast ego nempe tuum parvum sæpe horreo amorem,
Ne ut moriar subsit immemor ipse mei.
Hæc dum forte puto mundi mihi gaudia mitto,
Dum vivis, quoniam non puto & hæc fieri:
Post mortem, mecum nullis amor artibus adsit
Me & totum pariter deterat ira ferox.
Atq; etiam invitus mundi hujus compita linquam,
Atque odium fuerit mi mea damna, tuum.
Iuppiter omnipotens cur sine Cupido vetatur,
Circa illum quoniam solus ubiq; forem:
Et scirem quantus tuus adsit corde Cupido,
Venturi horrescens sæva pericla mali.
Ille ego sum cunctis verè supremus amator
Post illos, vitam queis Deus ipse scidit.
Et quia vivo quidem, nunquam mea pectora mœrent,
Ac mortis duro corda dolore cadant.
Sive neci, aut vitæ Veneris jam robore subdor,
Sed fatum ob nostrum sors mea cuncta vetat,
Totum convulsum disjecto & cardine vitæ,
Me inveniet toto corde sed hic humilem.
In magnos timeo me vitæ obtrudere sumptus,
Hanc spem quæ est nostris sæpe medela malis.
Vitam namq; mihi divelli exhorreo semper,
Quod nimis ipse & amem, quod precor hinc pereat.
Non igitur præstare fidem quis debet ubique,
Præter me solum cui vel amabit adhuc.
Quæ sit vis ejus factis sine fine patebit,
At factis stabunt vel mea dicta meis.

EPIGRAMMA.

HOc, amor, inspicio propter tua robora dura,
Qua parte ignorans sit mihi vis gravior.

Téque ille agnoſcit, qui te aut ignorat ubique
Es quoniam cunctis alea ut ipſa levis.

ELEGIA IV.

SÆpe Venus queritur, cur non citò decido morte
Quòd caſu nimium ſit ſaturata meo.
Ejus duræ artes in tot me crimina trudunt,
Ut ſint delitiæ qui fugiunt gemitus.
Nec noſtros pravè obſervo ſub corde dolores,
Iraſci cogor carcere preſſus adhuc.
Mens vincta eſt penitus, ratio & mea ſumma voluntas
Quæ ſibi terribilis omnia cogit amor.
Quod mens nempe jubet perago, factisq́ reſumo,
Vel ſi ipſe hic fuerim ceu fuit & Salomon:
Eſſent cuncta nihil ni jam vel ſubderer ipſe
Obſequio magno quæ daret illa mihi.
Qui quod magnus amor cogit, non pectore ſentit,
Parco illi noſtrum ſi ſibi vincit opus.
Pyramus at mortem petiit duro incitus ictu,
Et ſimili Thisbe morte perire cupit.
Stultus enim ſolus caſus mirabitur acres,
Quos toto ſecum pectore cogat amans.
Mente at privatus nullos erit aptus in uſus,
Talis ego, quare ne mea carpe ferox.
Si quid committo ſceleris Venus arripit anſam,
Iudicio quoniam, mentéque priuor ego.
Contra illam ſedenim tandem nihil exequor ipſe,
Ut bona & exopto gratulor ipſe mala.
Ut ſolus dego tota vagus occido mente,
Perpendens facili debita jura mei.

Nec

Nec spes ulla mihi finem vel cogere posse:
Sors mihi nam tristis prima nec insequitur.
Atque Venus mentem probris divellere tentat,
Sic tanto semper corda pudore terit.
Ergo qui fiet possim ut vel fronte serena
Maxima nunc mentis tendere jura meæ?
Non Venerem, non ejus opus cognoscere possum,
Summo nam mentis viribus hoste premor.
Illa dies mihi totus honor, qua ignoro pericla,
Cùm videam nostram vincere tunc animam.
At si aliud forsan mentis vaga devehit ala
Ut fidei tandem det quoque signa meæ.
Tunc precor hic mortem nobis ut percita subsit,
Quæ si forte fugit tunc mea vera cadent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, cernam ut patula ostia magna,
Delitiæ nostræ limina tanta adij.
Nil steti, at ut mutus redeo, penitusq; relinquor
In reditu & vitam jam reperi miseram.

ELEGIA V.

IAm fortuna rotam linquat variabilis atram,
Et Veneris durus cesset ubique dolor.
Ipsa satisfaciet vel si non suevit ubique,
Præsenti si atrox nil dabit illa die.
Hoc peto quod nunquam defert natura sub ipsam
Et quod non possum vel reperire peto.
Nam cupio nullis ut jam mihi viribus obsit,
Delitijs obstans quos vehit altus amor.

Certe equidem ſubſunt majori hæc gaudia jure,
Quam quæ vel poſſum corde referre mihi.
Præterita at nullo mentis ſub pondere duro:
Nam nihil hæc fuerant ut bene cuncta patent.
Delitias Veneris tanto non jure notavi,
Venturum ut poſſem forte timere bonum.
Nunc timeo ne deſit amor, ne aut pondere fallat,
Nam dubito quantum ſæpe nocere poteſt.
Quod ſi non noſtros horreſco pectore ſenſus,
Ceu hoſtem ſemper te timeo rigidam.
Supra omnes Venerem timeo ne hæc vincula ſolvat,
Juncta quibus nimium conſtitit ipſa mihi.
Ille amor at mecum, quem vix deducere poſſum,
Nil timidum præſtat vel mihi quidquid erit.
Affectusq́ alios, Veneris quem devehit horror,
Hic nocet ut tandem corda perire volet.
At quoniam eſſe poteſt proprio ut cadat ordine ſecum,
Noſter amor vel ſi nunc mea jura negem.
Jam doleo quare noſtri ſub pectore ſenſus,
Vel non coguntur nunc mea jura ſequi:
Et ſecurus ego me, & te ſub commoda amoris
Ducam, & me tutum jure putabo mihi.
Nil me nam fallit niſi jam ſecura voluntas,
Nunc nam glorifico vivere jure ſat eſt.
Jam ſtudui tandem vel nullo ardeſcere voto,
In bona quæ in dubio ſemper habemus adhuc.
Parte aliqua mens noſtra ruit, ceciditq́ revicta,
Parte aliqua quoniam delitias petij.
Jam novos mihi pulchra Venus dedit impia fines,
Et tecum votum tento replere meum.
A te ſed firmum tantum volo ducere verbum,
Ut non me in pœnas hoſtis amoris agat.

Hic

Hic tuus altus honos me in tantum injecit amorem,
Atque Venus solam, quam puto adesse meam.
Arcanumq; aliud quod jam vel temnere possum,
Invitus fugio ne cremer igne truci:
Si tuus altus honor torpet, torpetq; Cupido,
Illis admixtus jam meus ipse cadet.
Dum poteris, dumq; ipsa voles, non iste peribit,
Fundamenq; ingens his struo sæpè tribus.
Servus enim quisquis proprios putat esse labores
Majores quam quos devehit agricola.
Sic est quisquis amans casus nam negligit omnes,
Subliméque etiam vel putat esse suos.
Pauper enim Regum semper vel judicat arcem,
Qui omnes delitias undiq; mente vehunt.
Fata ferunt etenim vel nullo vivere damno,
Ditior est cunctis undique pauperior.
Ecce ego forsan amor, vivoq; doloribus actus,
Fortè alijs nescit quos sibi quisquis amans.
Et Veneris timeo pectus, caput amplius ipsum,
Ejus præsenti quæ me amat ipsa, die:
Plusq; amo vel quoniam ut possim magis inde & amari
Atq; odium nostros delitias nutrijt.
At si ipsam in Venerem languet sua cæca voluntas,
Quis nostrum poterit mente putare malum?

EPIGRAMMA.

STulte amor, in duros cecidi, perijq; dolores,
De te nil rectum dicere nemo studet.
Et quia vel justis torpéntque cadúntque querelis,
O utinam tali ne mihi sorte ruam!

ELEGIA VI.

ET si ipsa ostendis nostrum non temnere pectus
Atque fidem haud verbis dasq; probasq; meis.
Nec commenta putas quæ tandem carmina scribo
Si quis me laudat tunc mea & ipsa probas.
Et perpendo tuos temni me propter amores,
Qui nil dimitto nosse ut amare queam.
Tempore sub tali languet meus ipse Cupido,
Nam tuus in rectum non quit abire gradum,
Æquum solamen mecum non indico tandem,
Etsi aliquod quodam tempore conspicio.
Emptus amore aderit, multo pretióque paratus,
Ægrè méque illum deseruisse feret.
A me jam penitus Venerem pellámque premámque
Nec servo tali vivet & ipsa Venus.
Hæc mens solamen jam tandem deferet ingens,
Quod tamdiu vivet donec & ipse ruam.
Quod peto vel pretium secum sine fine reducit,
Hoc renuo nullis si meritis jaceo.
Dóque animam quæ sola Deo stat nobile munus,
Quæ corpus forsan sæpe dolere dolet.
Nil precor ipse aliud nisi ut hanc ostendere tentes,
Atque tuæ Veneris gratia summa mihi est.
Pectore si celas Veneris splendentia dona,
Atque malum vel amo si hoc quoque & ipsa tegis.
Non dubitas nostros jam tandem noscere sensus,
Nec tria tu dubitas tempora sola mea.
Credo etiam nostram penitus cognoscere mentem,
Ne te ergo laudes ni mea fortè vides.

Noster

Noster amor fortè æterno aut accedit amori,
Vel parvo,aut multo vivet at ipse tuo.
Ergo scrutari mea nil decet undique quemque,
Est via plana quidem, semita calle caret.
Et dare quod potui pretium est mihi dulcis amoris,
Sæpè tuis restat nil nisi nempe dolor.
Hostes namq; duos tecùm cernóque notóque
Vis vivam,& mortis sunt tua verba mihi.
Súmque oculis cæcus,noctem nec cerno,diemq;
Non est qui referat temporis inde gradus.
Sentio nil firmum qùo cernam temporis horas,
Non ideò firmat mens mea pressa moras.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas,mecum mihi defero flammas
Queis dulci panes sæpe sapore coquo.
Idemq; est nobis vel succo mortis amarus
Atque decem hoc horis dat mihi quæq; dies.

ELEGIA VII.

Tristi mente Deus nostros jam torqueat artus,
Nam ut tristis vivam vivere me ipse facit.
Tristitiæq; hæret vitæ dulcedo suprema,
Non alias illâ sentio delitias.
Nil mihi gratum aderit si illam penè exuo cunctam,
Atque illam prorsus corde relinquo mihi.
Gaudia tot veniunt ex illa sæpè suprema,
Præter me ut cupiam jam mihi forte nihil.

Quantum & perpendo, atque oculis jam deniq; cerno,
Hoc quantum est pulchrum delitiasve ferens:
Tanto me invenio quassum, pressumq; dolore,
Nostro nam nunquam gaudia corde sedent.
Iamq; actum est de me fieri quod debuit unquam
Et Venere amissa, commoda nolo poli.
Non ut mundus opes tribuat donétq; repletas,
Nil quoniam nostris viribus utile habet.
Præter tristitiam nullis peto gaudia curis,
Tristitia & mixtus hæc nimis ipse loquor.
Hic gradus horribilis, cunctisq; & casibus ater,
Horum quos quivis scire vel orbe potest.
Hoc etiam amitto, quod jam amisere vicissim,
Quod magis hæc doleo quò vel amore fero.
Ob nimiam Venerem hoc sum sub discrimine rerum,
Non alios novi nec mihi jure tuli.
Fecit amor tantos ut casus forte subirem,
Vt mundum amittam ne vel amare queam.
Et fieri poterat, poterat si id deniq; ferri,
Vt vel amem, & nunquam jam mihi prosit amor.
Hoc simul omne fuit nullo me jure videre,
Et toto linqui prorsus amore simul.
Ex quo mens tristi sic mansit corde coacta,
Vt subeat mortis vel sine fine manus.
Tristis delitijs mortis mihi pondera sumam,
Nec manet at forsan ulla medela mihi.
Mutat legem equidem affectus sine jure coactus,
E lapide & duro ducere corda potest.
Hic ego sum moriens qui tandem gaudeo semper,
Mortis nam perstat improba causa mihi.
Nosterq; affectus tristi nos detinet ore,
Dum durat tandem sentio forte nihil.

Non

Non meà damna quidem sic sunt ut continet alter,
Grandia at hæc feci quæ mihi linquo colens.
Me namq; inspicio spoliatum deniq; amore,
Et me terra fugit nec peto corde polos.
Delitijs potior dum mentis motio cessat,
Spiritus at tristi labitur ore meus.
Hanc sumpsit longo tandem sibi tempore vestem,
Atratæ tunicæ vellera crassa necis.
Nil mihi delitiæ est corpus quod provocet ipsum,
Expers si perstat spiritus inde meus.
Me natura quidem sapienter promovet ipsa,
In spem me tollit, cui mea jura nego:
Et veteri damno victus, penitùsq; coactus,
Non præter morem desero delitias.
Dum mala pendo mea, his committo tempora cuncta,
Gaudeo & his quoniam sunt mihi delitiæ.
In me consilium non est vel tuta voluntas,
Ut cupere aut possim quod sibi mundus habet.
Mecum collecto persistunt agmine mentes,
Ne inspiciam saltem quod sit in orbe mihi.
Atque dies nitidus vellem nocte atrior esset,
Planctusq; & gemitus, carmina quæque, truces.
Jam nil mundus habet quo me vel vertere possit,
Ut doleam, haud toto tempore tristis ero.
Nulli ob stultitiam nimium sibi gaudia curant,
Nec norunt equidem quam sibi vel noceant.
Mente caret prorsus qui se sine limite solvit,
Quo amisso mundum linquit & ipse simul.
Hoc verum est, mœror sed nostros comprimit artus,
Utq; ita me video diffluo delitijs.
Qui sic me pressit me ut gaudia linquere cogat,
Nec sentire queo, sentiat hæc alius.

Nulla amittentes nulli amisere vel orbem,
Consilio mentis sub ratione bonæ.
Hunc ego at amitto falsè deceptus & ipse,
Namq; puto mundum perdere quidquid habet:
Mens mea stulta quidem tali me pectore constat,
Utq; Deam fecit me Venerem colere.
Atque invitus ego sejungi forsan ab illo,
Iudico inesse bonum quod patet omne malum.
Iam quia nec mundus, nec vel Deus altus & ingens
Causam non demunt undique tristitiæ.
Iam placet hic mœror, quem totus induo membris:
Dumq; adsum tristis gaudeo tristitia.
Sed precor ipse Deum vitam ne longius arctet,
Det firmo hanc mentem munere sæpe mihi.
Illum & perpetuo studio jam prosequar ipse,
Ejus nam cultu nil mihi vel sit obex.

EPIGRAMMA.

Vt sum, sæpe mihi persistit dulcis amaror,
Sic toto gustus gutture languet adhuc.
Ad tempus sunt corda mihi ferro, æréque, ligno,
Ausias sedenim sum tibi Marchus ego.

ELEGIA VIII.

SÆpe dies metuit splendorem amittere mirum,
Ut pandit laxas humida nox tenebras.
Pauci non oculos ciliis claudentibus urgent,
Ægrotósque premit major ubique dolor.
Improba gens vellet totum ne duraret in annum,
Ut sceleri ferrent tegmina quaque suo.

Ast ego

Ast ego vivo minus tormentis concitus atris,
Atque probus vellem cuncta perire simul.
Parte alia committo scelus velut ense necarem;
Mille homines justos præmia constituens.
Fraudes nempe meas duxi, ut me denique ducam
Nec me excusarem tempore sive aliquo.
Nocte autem frangit semper mens nostra labores
Ut vel fortè die sive scelus peragam.
Iamq; morâ potero, duro nec vivere jure,
Nec vires minuam, ne mea facta negem.

EPIGRAMMA.

PRudens, semper enim mens nostra effertur in altum,
Perpendens Veneris rete subire trucis.
Nempe gradum haud sisto, directo at tramite vitæ
In finem tendo ni mihi dona valent.

ELEGIA IX.

NE stupeat quivis, si me videt undique labi,
Extra me dulces sunt quia delitiæ.
Illæ ut majores ditarunt pectora nostra:
His etiam amissis fit dolor ipse duplex.
Credo equidem tempus studio transisse supremo,
Sic fermè ut nunquam fortè redire queat.
O utinam vel forte dies me abscinderet omnem
Quo me delitijs undique pressit amor!
Et tempus quando disponit in æthere nimbum;
Et venti, & tellus imbribus ipsa patet.
Sic dolor ipse meus toto mihi convenit orbe,
Ut toto efficiar sæpe dolore magis.

Téque ille agnoscit, qui te aut ignorat ubique
Es quoniam cunctis alea ut ipsa levis.

ELEGIA IV.

SÆpe Venus queritur, cur non citò decido morte
Quòd casu nimium sit saturata meo.
Ejus duræ artes in tot me crimina trudunt,
Ut sint delitiæ qui fugiunt gemitus.
Nec nostros pravè observo sub corde dolores,
Irasci cogor carcere pressus adhuc.
Mens vincta est penitus, ratio & mea summa voluntas
Quæ sibi terribilis omnia cogit amor.
Quod mens nempe jubet perago, factisq; resumo,
Vel si ipse hic fuerim ceu fuit & Salomon:
Essent cuncta nihil ni jam vel subderer ipse
Obsequio magno quæ daret illa mihi.
Qui quod magnus amor cogit, non pectore sentit,
Parco illi nostrum si sibi vincit opus.
Pyramus at mortem petijt duro incitus ictu,
Et simili Thisbe morte perire cupit.
Stultus enim solus casus mirabitur acres,
Quos toto secum pectore cogat amans.
Mente at privatus nullos erit aptus in usus,
Talis ego, quare ne mea carpe ferox.
Si quid committo sceleris Venus arripit ansam,
Iudicio quoniam, mentéque priuor ego.
Contra illam sedenim tandem nihil exequor ipse,
Ut bona & exopto gratulor ipse mala.
Ut solus dego tota vagus occido mente,
Perpendens facili debita jura mei.

Nec

Nec spes ulla mihi finem vel cogere posse:
Sors mihi nam tristis prima nec insequitur.
Atque Venus mentem probris divellere tentat,
Sic tanto semper corda pudore terit.
Ergo quî fiet possim ut vel fronte serena
Maxima nunc mentis tendere jura mea?
Non Venerem, non ejus opus cognoscere possum,
Summo nam mentis viribus hoste premor.
Illa dies mihi totus honor, qua ignoro pericla,
Cùm videam nostram vincere tunc animam.
At si aliud forsan mentis vaga devehit ala
Ut fidei tandem det quoque signa meæ.
Tunc precor hic mortem nobis ut percita subsit,
Quæ si forte fugit tunc mea vera cadent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, cernam ut patula ostia magna,
Delitiæ nostra limina tanta adij.
Nil steti, at ut mutus redeo, penitusq́ relinquor
In reditu & vitam jam reperi miseram.

ELEGIA V.

IAm fortuna rotam linquat variabilis atram,
Et Veneris durus cesset ubique dolor.
Ipsa satisfaciet vel si non suevit ubique,
Præsenti si atrox nil dabit illa die.
Hoc peto quod nunquam desert natura sub ipsam
Et quod non possum vel reperire peto.
Nam cupio nullis ut jam mihi viribus obsit,
Delitijs obstans quos vehit altus amor.

Certe equidem ſubſunt majori hæc gaudia jure,
Quam quæ vel poſſum corde referre mihi.
Præterita at nullo mentis ſub pondere duro:
Nam nihil hæc fuerant ut bene cuncta patent.
Delitias Veneris tanto non jure notavi,
Venturum ut poſſem forte timere bonum.
Nunc timeo ne deſit amor, ne aut pondere fallat,
Nam dubito quantum ſæpe nocere poteſt.
Quod ſi non noſtros horreſco pectore ſenſus,
Ceu hoſtem ſemper te timeo rigidam.
Supra omnes Venerem timeo ne hæc vincula ſolvat,
Iuncta quibus nimium conſtitit ipſa mihi.
Ille amor at mecum, quem vix deducere poſſum,
Nil timidum præſtat vel mihi quidquid erit.
Affectusq́ alios, Veneris quem devehit horror,
Hic nocet ut tandem corda perire volet.
At quoniam eſſe poteſt proprio ut cadat ordine ſecum,
Noſter amor vel ſi nunc mea jura negem.
Iam doleo quare noſtri ſub pectore ſenſus,
Vel non coguntur nunc mea jura ſequi:
Et ſecurus ego me, & te ſub commoda amoris
Ducam, & me tutum jure putabo mihi.
Nil me nam fallit niſi jam ſecura voluntas,
Nunc nam glorifico vivere jure ſat eſt.
Iam ſtudui tandem vel nullo ardeſcere voto,
In bona quæ in dubio ſemper habemus adhuc.
Parte aliqua mens noſtra ruit, ceciditq́ revicta,
Parte aliqua quoniam delitias petij.
Iam novos mihi pulchra Venus dedit impia fines,
Et tecum votum tento replere meum.
A te ſed firmum tantum volo ducere verbum,
Ut non me in pœnas hoſtis amoris agat.

Hic tuus altus honos me in tantum injecit amorem,
Atque Venus solam, quam puto adesse meam.
Arcanumq; aliud quod jam vel temnere possum,
Invitus fugio ne cremer igne truci:
Si tuus altus honor torpet, torpetq; Cupido,
Illis admixtus jam meus ipse cadet.
Dum poteris, dumq; ipsa voles, non iste peribit,
Fundamenq; ingens his struo sæpè tribus.
Servus enim quisquis proprios putat esse labores
Majores quam quos devehit agricola.
Sic est quisquis amans casus nam negligit omnes,
Subliméque etiam vel putat esse suos.
Pauper enim Regum semper vel judicat arcem,
Qui omnes delitias undiq; mente vehunt.
Fata ferunt etenim vel nullo vivere damno,
Ditior est cunctis undique pauperior.
Ecce ego forsan amor, vivóq; doloribus actus,
Fortè alijs nescit quos sibi quisquis amans.
Et Veneris timeo pectus, caput amplius ipsum,
Ejus præsenti quæ me amat ipsa, die:
Plusq; amo vel quoniam ut possim magis inde & amari
Atq; odium nostros delitias nutrijt.
At si ipsam in Venerem languet sua cæca voluntas,
Quis nostrum poterit mente putare malum?

EPIGRAMMA.

STulte amor, in duros cecidi, perijq; dolores,
De te nil rectum dicere nemo studet.
Et quia vel justis torpéntque cadúntque querelis,
O utinam tali ne mihi sorte ruam!

ELEGIA VI.

Et si ipsa ostendis nostrum non temnere pectus
Atque fidem haud verbis dasq; probasq; meis.
Nec commenta putas quæ tandem carmina scribo
Si quis me laudat tunc mea & ipsa probas.
Et perpendo tuos temni me propter amores,
Qui nil dimitto nosse ut amare queam.
Tempore sub tali languet meus ipse Cupido,
Nam tuus in rectum non quit abire gradum,
Æquum solamen mecum non indico tandem,
Etsi aliquod quodam tempore conspicio.
Emptus amore aderit, multo pretióque paratus,
Ægrè méque illum deseruisse feret.
A me jam penitus Venerem pellámque premámque
Nec servo tali vivet & ipsa Venus.
Hæc mens solamen jam tandem deferet ingens,
Quod tamdiu vivet donec & ipse ruam.
Quod peto vel pretium secum sine fine reducit,
Hoc renuo nullis si meritis jaceo.
Dóque animam quæ sola Deo stat nobile munus,
Quæ corpus forsan sæpe dolere dolet.
Nil precor ipse aliud nisi ut hanc ostendere tentes,
Atque tuæ Veneris gratia summa mihi est.
Pectore si celas Veneris splendentia dona,
Atque malum vel amo si hoc quoque & ipsa tegis.
Non dubitas nostros jam tandem noscere sensus,
Nec tria tu dubitas tempora sola mea.
Credo etiam nostram penitus cognoscere mentem,
Ne te ergo laudes ni mea fortè vides.

Noster

Noster amor fortè æterno aut accedit amori,
Vel parvo, aut multo vivet at ipse tuo.
Ergo scrutari mea nil decet undique quemque,
Est via plana quidem, semita calle caret.
Et dare quod potui pretium est mihi dulcis amoris,
Sæpè tuis restat nil nisi nempe dolor.
Hostes namq; duos tecùm cernóque notóque
Vis vivam, & mortis sunt tua verba mihi.
Súmque oculis cæcus, noctem nec cerno, diemq;
Non est qui referat temporis inde gradus.
Sentio nil firmum quo cernam temporis horas,
Non ideò firmat mens mea pressa moras.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, mecum mihi defero flammas
Queis dulci panes sæpe sapore coquo.
Idemq; est nobis vel succo mortis amarus
Atque decem hoc horis dat mihi quæq; dies.

ELEGIA VII.

TRisti mente Deus nostros jam torqueat artus,
Nam ut tristis vivam vivere me ipse facit.
Tristitiæq; hæret vitæ dulcedo suprema,
Non alias illâ sentio delitias.
Nil mihi gratum aderit si illam penè exuo cunctam,
Atque illam prorsus corde relinquo mihi.
Gaudia tot veniunt ex illa sæpè suprema,
Præter me ut cupiam jam mihi forte nihil.

Quantum & perpendo, atque oculis jam deniq; cerno,
Hoc quantum est pulchrum delitiasve ferens:
Tanto me invenio quassum, pressumq; dolore,
Nostro nam nunquam gaudia corde sedent.
Iamq; actum est de me fieri quod debuit unquam
Et Venere amissa, commoda nolo poli.
Non ut mundus opes tribuat donétq; repletas,
Nil quoniam nostris viribus utile habet.
Præter tristitiam nullis peto gaudia curis,
Tristitia & mixtus hæc nimis ipse loquor.
Hic gradus horribilis, cunctisq; & casibus ater,
Horum quos quivis scire vel orbe potest.
Hoc etiam amitto, quod jam amisere vicissim,
Quod magis hæc doleo quò vel amore fero.
Ob nimiam Venerem hoc sum sub discrimine rerum,
Non alios novi nec mihi jure tuli.
Fecit amor tantos ut casus forte subirem,
Ut mundum amittam ne vel amare queam.
Et fieri poterat, poterat si id deniq; ferri,
Ut vel amem, & nunquam jam mihi prosit amor.
Hoc simul omne fuit nullo me jure videre,
Et toto linqui prorsus amore simul.
Ex quo mens tristi sic mansit corde coacta,
Ut subeat mortis vel sine fine manus.
Tristis delitijs mortis mihi pondera sumam,
Nec manet at forsan ulla medela mihi.
Mutat legem equidem affectus sine jure coactus,
E lapide & duro ducere corda potest.
Hic ego sum moriens qui tandem gaudeo semper,
Mortis nam perstat improba causa mihi.
Nosterq; affectus tristi nos detinet ore,
Dum durat tandem sentio forte nihil.

Non

Non mea damna quidem sic sunt ut continet alter,
Grandia at hæc feci quæ mihi linquo colens.
Me namq; inspicio spoliatum deniq; amore,
Et me terra fugit nec peto corde polos.
Delitijs potior dum mentis motio cessat,
Spiritus at tristi labitur ore meus.
Hanc sumpsit longo tandem sibi tempore vestem,
Atratæ tunicæ vellera crassa necis.
Nil mihi delitiæ est corpus quod provocet ipsum,
Expers si perstat spiritus inde meus.
Me natura quidem sapienter promovet ipsa,
In spem me tollit, cui mea jura nego:
Et veteri damno victus, penitusq; coactus,
Non præter morem desero delitias.
Dum mala pendo mea, his committo tempora cuncta,
Gaudeo & his quoniam sunt mihi delitiæ.
In me consilium non est vel tuta voluntas,
Ut cupere aut possim quod sibi mundus habet.
Mecum collecto persistunt agmine mentes,
Ne inspiciam saltem quod sit in orbe mihi.
Atque dies nitidus vellem nocte atrior esset,
Planctusq; & gemitus, carmina quæque, truces.
Jam nil mundus habet quo me vel vertere possit,
Ut doleam, haud toto tempore tristis ero.
Nulli ob stultitiam nimium sibi gaudia curant,
Nec norunt equidem quam sibi vel noceant.
Mente caret prorsus qui se sine limite solvit,
Quo amisso mundum linquit & ipse simul.
Hoc verum est, mæror sed nostros comprimit artus,
Utq; ita me video diffluo delitijs.
Qui sic me pressit me ut gaudia linquere cogat,
Nec sentire queo, sentiat hæc alius.

Ast ego vivo minus tormentis concitus atris,
Atque probus vellem cuncta perire simul.
Parte alia committo scelus velut ense necarem,
Mille homines justos præmia constituens.
Fraudes nempe meas duxi, ut me denique ducam
Nec me excusarem tempore sive aliquo.
Nocte autem frangit semper mens nostrá labores
Ut vel fortè die sive scelus peragam.
Iamq; morá potero, duro nec vivere jure,
Nec vires minuam, ne mea facta negem.

EPIGRAMMA.

PRudens, semper enim mens nostrá effertur in altum,
Perpendens Veneris rete subire trucis.
Nempe gradum haud sisto, directo at tramite vitæ
In finem tendo ni mihi dona valent.

ELEGIA IX.

NE stupeat quivis, si me videt undique labi,
Extra me dulces sunt quia delitiæ.
Illæ ut maiores ditarunt pectora nostra:
His etiam amissis fit dolor ipse duplex.
Credo equidem tempus studio transisse supremo,
Sic ferme ut nunquam fortè redire queat.
O utinam vel forte dies me abscinderet omnem
Quo me delitijs undique pressit amor!
Et tempus quando disponit in æthere nimbum,
Et venti, & tellus imbribus ipsa patet.
Sic dolor ipse meus toto mihi convenit orbe,
Ut toto afficiar sæpe dolore magis.

Extremi casus memorem me denique cogunt,
Et proprij damni ceu fugæ & inde boni.
Sed potius doleo Veneris si damna supersunt:
Nam sæpè in pœnis est mihi par socia.
Si simili video quemvis horrescere casu,
Eximium doleo, gaudeo dumq; gemo.
Me gemit atque odium, & pœnas quoque diligo semper
Ejus, qui nunquam sensit amoris opus.
Et credo aut uti fortunæ munere nullo,
Quiq; bona Veneris majus habebit adhuc:
Ut scio sæpe ejus bona perdere dulcia tandem,
Et dulci attinget dura venena labro.
Sæpe bonum majus non rarò amittitur ipsum,
Si minus accedit, nec sibi sede stetit.
Si in multo longum persistit denique tempus,
Omne bonum inter nos plenius esset idem.
Intra nos autem dirum deducimus hostem,
Qui à nobis tollit undique delitias.
Extra nos verò multis obstacula damnis
Est ut firmus amor quo vel amamus item.
Talia sunt dicta hæc quæ vinctis nectimus arctis,
Nec nodus cæcus dicitur ullus adhuc.
In Venerem vel nullus homo & vel denique stultus:
Intra nos etenim tota medela subest.
Noster amor vel cordi suo, cervicéque summa
Se in senium nunquam ducere forte potest.
Aut languebit enim tandem mea tota voluntas,
Et multi eventus quos sibi nemo fugit.
Miror enim tantos capiat quis corde dolores,
Ut, qui ægrotus adest tempore tristificus.
Prospera qui vidit vel sano pectore secum,
Quod solum cunctis dulciter usus habet.

Nec casu sperant mutari gaudia quovis;
Vel fidei motu quo sibi prima manent.
Aut quia nil extat, quo saltem pectore pleno;
Et ratio, & posset vivere læta caro.
Esse at me memorem, nostra est confusio rerum,
Venturum & quoniam non mihi cerno bonum.
Sensibus amisi tandem cita gaudia nostris,
Atque est mentis obex quem ferus alter habet.
Iam nova cognoscet nemo, nemo audiet illa,
Mirum erit hoc si ipso tempore forte manent.
Non mihi vita nocet dum tandem gaudia spero,
Quin prius in nostros cuncta sinus veniant.

EPIGRAMMA.

O Amor, hi tandem stulto sunt pectore cæci,
Queis Venus atra nimis, alea & ipsa placet.
Nil fortuna quidem vehit a t infirmius ip'a,
Vno ictu in damnum commoda cuncta cadunt.

ELEGIA X.

QVi mihi vel reddet duri mea sæcla doloris,
Servitio pectus subdet & ipse meum.
Sum servus dulcis, sed servus liber amoris,
Quem fugere, est etiam delitias fugere.
Vt Dominus servum vel toto negligit orbe,
Cui nec supplicium, nec quoque servit opus.
Sic amor in nostros se præstat denique sensus,
Vt vires nequeat vel mihi ferre suas.
Iram sæpe Iovis sceleratus commovet acrem,
Illi hoc in mundo ni labor ullus adest.

Nulla Dei speret jam forsan commoda summi,
Præmia non meruit quem labor ipse fugit.
Sic etiam Veneris qui non durum accipit ictum,
Haud poterit proprijs se dare delitijs.
Omnis amor caveat, sitq; illi exemplar & istud,
Lætitia est nulli non sine tristitia.
Est dolor immensus cuivis vel deniq; amanti,
Ut spem dimisit vel sine fine boni.
Ast amor hanc gratis cuivis donatq; refertq;
Perdere spem, non est perdere delitias.
Lætitia & mæror præsentes occupat artus,
Et spes, atq; metus longius inde volant.
Dant bona, dantq; mala, hæc quæ quis sibi senserat arctè,
Quod fortè amisit, denique consequitur.
Post damnum, cui fortè bonum movet acre palatum,
Non infaustus erit nec sine jure ruet.
Non cibus at Veneris sic substat semper amarus,
Ut veluti dulcis non habeatur adhuc.
Non gustus tandem mecum persentio sensum,
Felle accepturus sum graviora mihi.
Tristitiæ pœnas videor tolerare nefandas,
Dum quodvis forsan jam mihi spero bonum.
Qui Venerem fugit, semper ruit obvius illi,
Hanc ego qui quæro pectore non reperi.
Hanc video infamem vel quavis parte vocari,
Meq; fugit, colui qui hanc mihi sæpè nimis.
Non veniam posco dum mundum vivo per ipsum,
Sed solum ut mecum sede sibi sedeat.
Ut mors est equidem fugitivum quæ undique tollit,
Illum & sæva fugit qui hanc sibi quærit ovans.
Ignibus at Veneris magnis volo fervidus uri,
In flammis ejus frigeo corde meo.

Ut sam-

Ut sanctus qui mente Deum colit ipse calenti,
In pœnis vitæ suscipit ipse bona.
Utq; amor est fortis, nulloq; est robore firmus,
Ejus delitias sentio adesse mihi.
Si invenio hunc miserum, mihi gaudia tradidit alter,
Extra me inveni gaudia cuncta mea.
Sic etenim Veneris fauor ingens efficit alta,
Ut vel amatori demat ubique metum,
Et cogat ne illum spes dura provocet ira,
Sic illi afficient pectora delitiæ.
Immemor hic maneo, etsi sensibus acriter actus,
Quod mihi vel proprium est qui cupio alta mihi.
Stultum vota quidem jam tandem nulla sequuntur,
Qui Venerem ignorat hic meus hostis adest.
Diuturno nunquam vivet quis tempore in orbe,
Ni illum fortè humor linquat ubique malus.
Atque bonum, atque malum conservant pectoris ignem,
Qui est radicalis, queis sine fortè perit.
Sic etiam Veneris qui non mala sentit acerba,
Illi hic affectus vel nec adesse potest.
Illum vota ligant, queis semper commoda languent,
Susceptumq; bonum vel sua vota fugant.

EPIGRAMMA.

O Amor, ecce igitur me damni pœnitet acris,
Ingratum quoniam dicere te volui.
In me nam sedes non est sat viribus apta,
Causa est cur nunquam verus amare queam.

ELEGIA XI.

DElitias Veneris quodam sub tempore sensi,
Mens mea ut hoc præsens vel sibi tempus habet,
Quódque est venturum, memorem ne me inferat unquam,
Præteritum quoniam non sibi vita tenet.
Non me jam sensus coget prorepere somno,
Finis principio nullibi notus erit.
Hæc sibi ducit amor duro discrimine fata,
In pœnam referunt quæ omnia sæpè bona.
Commoda nam Veneris semper sub gaudia subsunt,
Dant & amatori sæpe futura mala.
Signum est mendacem non posse existere amorem,
Delitijs quoniam vel sibi tristis adest.
Qui gaudet, nil distat enim à contemptibus atris,
Vel citius quàm ipso vespere manè subest.
Gratia vel duplex languit mutata favore,
Errans, rectus adest, bella parare placet.
Gaudia & optare in pœnas convertitur acres,
Nec firma sensus sede in amore manet.
Inde ejus jam sæpe rotas gyrósq; volantes,
Atque illum multus quem color ipse tegit.
Post illum sequitur compunctus pectore damnis,
Nec talem vidi, dumq; abij, comitem.
Sæpe oculis cæcis sua post vestigia curro,
Me rego, quà nequeo linquere rete necis.
Ut prius exoritur manè, & nox inde resurgit,
Cujus vel certum cuiq; dat indicium.
Gaudia sic Veneris prima stant sede reposta,
Post dolor insequitur, cunctaq; sæpè premit.

Omnia

Omnia delitiæ proprio ſub robore geſtant,
Quæ dulci nutriunt gaudia lacte ſibi.
Quidquid & exoritur producunt gaudia ſecum,
Corrumpitq́ʒ ſimul omnia ſæpè dolor.
Ex Veneris damnis,quæ jam cecinere Poëta,
Præter ſpem variam vel nihil eſt gravius.
Firmus amor longo nequaquam tempore durat,
Quem nova perpetuo vota ſequuntur adhuc.
Quod quis fortè ſequi tentat, deletqʒ premítque,
Et votum cupijt,quod mihi nolo, meum.
Contempſi ut volui ferventi pectore amore,
Quod nolens mecum perſtitit acer amor.
Damna hæc nunc Veneris, culpâ ejus denique dixi,
Sunt alia,hæc ſecum ſors mala ſemper habet.
Inducit caſus,quos vel mutatio firmat,
Immemoremqʒ facit, triſtitiamqʒ parit.
Sæpè breui Venus alta mori corda ardua cogit,
Et qui non moritur hunc premit ipſe dolor.
Qui moritur, magnum non indicat eſſe dolorem
Invitum dulci pectus amore mori.
Geſta at nunc Veneris mea non oblivia pellent,
Nec qua hæc ſuſcepi,nec locá mente cadunt.
Hæc nec ſuſcipio veluti jam deniqʒ ſenſi,
Dum hæc mens ſola capit,mens mihi, ſenſus abeſt.
Mens mea namqʒ poteſt non tradere gaudia ſumma,
Quæ ob Veneris quondam munera ſuſtinui.
Amiſi & guſtum tetigi quem propter amorem,
Et ſubito vidi delitias fugere.
Fortè aliquis non ſenſit adhuc ratione reductus,
Quæ mala ſunt Veneris, gaudia quæqʒ tulit.
Sede alia exiſtit ſenſus, ſenſusq́ʒ voluptas,
Intra me hæc penitus languit ubique ſimul.

Quot bona vel video nostrum dimittere pectus,
Nunc illud doleo quod fugiebat atrox.
Et sedes Veneris quoniam me sæpe fefellit,
In me ubi consistat non habet illa locum.
Iam varius motus verè est corruptus ubique,
Qui varij solum pabula amoris habet.
Nullus namq; potest fœlix sede esse sub una,
Quem firmo statuit vel Venus ipsa loco.
Si quæ firma patent, trudit, pellitq; Cupido,
Quid firmum secum vel sibi ducet amor?
Ergo [illegible] in firmis semper delabitur ipse,
Iustum est hunc firmum semper habere nihil.

EPIGRAMMA.

O Amor, est tempus quo nos mala pessima trudant
Te ut vidi studui linquere deinde viam.
Gaudia sæpe tua adducunt fastidia secum,
Aut pœnam, quam acrem dicere nemo sciet.

ELEGIA XII.

NOn vel stare potest mundus pietate minori,
Inane ut præsenti tempore sæpe patet.
Præter se cunctos semper Venus impia torquet,
Invidia & totum deterit una solum.
Absque labore autem nemo quid nobile præstat,
Ipse alto sumptu vix dabit ullus opus.
Corda hominum video ligno graviora recocto,
Nemo dolet, si alter vel mala perpetitur.
Qui ignorat, nullum poterit deducere donum
Ejus quem dura comprimit arte dolor.

Ergo

Ergo ego do veniam, cuivis parco ipse libenter,
Si ob quæ sum passus vel mala nemo tulit.
Jam tacitè occulto torquet mea pectora damno
Fortuna & mittit sensibus omne malum.
Non Venerem accuso, si me decet inde perire,
Et pereo patiens tum bona, tumq; mala.
Auxiliumq; aliud vestri nil substat amoris,
Iam ni oculi Venerem dentq; ferantq; tui.
De te scire nihil possum, nec noscere quicquam,
Sed si aliud quæro, nil mihi delitiæ est.
Et multos video semper sine amore & amari,
Et mendax quam vult dat sine lege fidem.
Jam Veneris stimulis penitus devictus oberro,
Non possim ut quis sit dicere, noster amor.

EPIGRAMMA.

O Amor, ecce tuæ vestem mihi desero lanæ,
Atque animam dura subtego veste meam.
Veste autem Venerem persensi in pectora laxam,
Utq; illam accinxit duraq; stricta fuit.

ELEGIA XIII.

NOn citò detexi defectus pectore nostro
Ob juvenis vitam, cui minor usus inest,
Subq; novo casu nemo cognoscit apertè,
Et potius ratio, si quoque languet iners,
Infirmæ Veneris vel summo robore, & acri
Vel quantum secum sæpe movetur amor.

Auxilium tunc mentis homo depoſcere debet,
Virtutis ſi altæ nomina ferre volet.
Quiq; ſuam jam fortè viam dimiſit ut erro
Ut quò tentavit conficeret vel iter.
Cogitur ut calles tandem percalcet acerbos,
Et vix contingat quæ cupit ille loca.
Sic ego cum vellem Veneris vel munere fungi,
Et pro alio noſter ſubſtitit actus amor.
Non ſimilem inveni vel cui nec comparer ipſe,
Pectora nam ſemper ſunt mea verus amor.
Mens cui non ſubſtat vel claro lumine ſenſus,
In varios ſenſus ſæpe coacta ruit.
Semper amor falſos agitat de pectore motus,
Atque illos veram cogit habere fidem.
Et velut ille quidem qui altos fert ore colores,
Lege ejus notâ peſſimus ipſe patet.
Sic ego qui Regem me tota mente vocavi,
Argumenta ferens quæ ſecat ipſa fides.
Si mala perpetior, noſtrum jus promovet illa,
Eſt quoniam ſtultus qui Domino obſequitur.
Qui recto ſervo nec donum contulit unquam,
Non ullo ſenſum tempore mente probat.
Et potius qui aſtat ſæpè impius inde miniſter,
Qui agricolæ medici munera ſæpe refert.
Sedibus in planis loca quæque anguſta reponit
Sub terram, & turrim mittit, agitque ſimul.
Ut rudis agricola & craſſo ſub pectore ſtultus,
Qui bona petroſâ ſemina mandat humo,
Sic etiam curans tento vel ſumere fruges,
Terræ ejus ſemper quæ horrea pervacuat.
Nam qui mente caret, nec ſenſus continet acres,
Et illi ut vel ſubſtet clara nitens ratio.

Qui &

Qui & socij damnum proprio vel judicat ore,
Præsens præterito comparat omne suum.
Sicq; sequens naturæ artes, quasq; invehit illa,
Quas mens vel clarè fortè videre potest.
Frumentum nigrum panem non præbuit album,
Non asinus cursu stat levis ipse pede.
Sic etiam cernet vel nunquam nulla puella,
Subtilem Veneris quo perit illa modum,
Si hæc ut amet magnos non suffert corde dolores,
Millibus è multis vix stat & una semel.

EPIGRAMMA.

P*Rudens, si quivis memorat me deniq; secum,*
Qui hæc audit semper me vocat esse bonum.
Nam sum fortis amans, tacitus, libérque, datórque
Me & famulum Veneris undiq; constitui.

ELEGIA XV.

Q*Vod fugere optari, & quà sunt mihi vincula vidi,*
Oppressus jaceo carcere liber ego.
Crudelis fati video sed robora semper,
Sed non hæc vidi quin prius hoc premeret.
Ut Vates mortem qui sic sibi prævidet acrem,
Et claris medijs conspicit ipse necem.
Non ejus robur prænoscens effugit ipse,
Et jam certa putat quæq; futura sibi.
O fatum invictum, damniq; nota or acerbi!
Quod veluti præsens nunc mihi conspicio.

Iudicio tali substat, mendacia ut arctet,
Nam volui tandem temnere quod volui.
Ut tandem ad notum perveni denique signum,
Cæcus eram cernens, stultus & ipse sciens.
Nescio quid nostrum deducit pondere pectus,
Illuc ut vel eam, quò nequeo esse simul.
Ut fera quæ de alto descendit vertice montis,
Ob minimósque canes queis nequit illa mori,
In planum & currit vel stant ubi dente molossi,
Et vult & rursus alta subire nequit.
Sic ego qui ut fugerem vel parvi incommoda damni,
In pœnas cecidi quæ sine lege necant.
Perpetua hæc nostris lex sensibus undique substet,
Et crescet veluti fomite flamma suo.
Qui est insanus enim fato non credit acerbo,
Illi vel robur ducere sæpe suum,
Quo vivit, quod nempe potest seu indere nobis,
Estq; ejus corpus quod quoque & illud habet.
Et motum, & firmum robur sibi præbet Olympus,
Quantum vel vano tempore sæpè subest.
Sic Deus illa cogit, sic isto hæc ordine struxit,
Quod leges nunquam linquit ubique suas.
Est fatum tandem ut vel mens mihi conjicit ipsa,
Quidquid & est hominis, nec ratio ipsa regit.
Est sibi stultus enim, sua mens, sua pectora & ipsa,
Quod natura dedit, hoc sapientis habet.
Nescio si fatum conservat denique finem,
Aut finem mediis respicit inde suis.
Ergo etiam finis toto mutabitur orbe,
Diversam medium sic capit inde viam.

EPI-

EPIGRAMMA.

Summa Dei mater nobis miserere misellis,
Fac te sæpe colat undique noster amor.
Nam propter Venerem quam sensibus ardeo totis,
Me miserum totis sensibus esse puto.

ELEGIA XV.

Extremo damno extrema & quoque pœna vicissim
Cui extrema ut subsit tota medela decet.
Qui propter frigus tentatq; subire lavacrum,
Ipse calebit enim frigida si dabitur.
Principium, medium si vel petit omne negatum
Et medium, & finis principium sequitur.
Robore sic tali vincit mea corda Cupido,
Ut prorsus planè dicere & id nequeam.
In me semper amor totis furit horridus armis,
Et sic mitis adest ut mihi vel placeat.
Ante oculos quoniam præsentia gaudia gesto,
Parte alia lacerat perdita corda dolor.
Est novus iste dolor quo toto corpore fundor,
Qui & capiti damnum contulit omne novum.
Divulsit mentem proprijs de sedibus ipsam,
Quæ damno arrectâ constitit aure suo.
Semper amor mecum peragit miracula mille,
Præteriti & leges temporis ipse refert.
Tempore sed longo penitus jacuere sepultæ,
In me & robur amor firmat ubique suum.
Ut Deus eduxit varijs miracula rebus,
Judæi ut possent semper habere fidem.

Mutis labra dedit, splendentia lumina cæcis,
At mihi verba quidem denique demit amor.
Hæc versus quondam sunt jam miracula magna,
Vel si etiam Arnaldus respicitur Daniel.
Atque illi quos terra tegit, tumulusque recondit,
Certè noscemus quid dare possit amor.
Hanc quam ceu vitam vel totâ diligo mente,
Me facto, & toto temnere corde studet.
Illi utque accedo totis tremor artubus horret,
Hanc quoniam sprevi vel sine lege mihi.
In me infinitum semper persentio robur,
Quod majus substat quàm mihi substat amor.
Quodcunque at Veneris sumit sine lege favorem,
Æquali at non est illa resecta gradu.
Non possunt at vota mihi protendere rete,
Aut metui nimium quo quatiuntur adhuc.
Hunc amor insequitur socium & sibi sumit amicum,
Et robur manibus tollit ubique suis.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, laqueis caret ipse Cupido,
Vel quibus ipse premor si hos mihi frango simul.
Non habet aut ungues, queis corpus vellicet ipsum,
Sedibus at tutus dormio sæpè suis.

ELEGIA XVI.

HIc dilexi equidem ut jam vel sine limite temnam,
Ut plures qui habuit sæpe sibi comites.

Defectu

Defectu quedam ut vel pectore novit acerbo,
Vel toto semper orbe sequuntur eum.
Magnus amor secum vel grandia munera gestat,
Nec vivit grandis si cibus inde deest.
Quod simile est illi, sunt illi pabula summa,
Quod si languet enim, tunc amor ipse tremit.
Cui stat parvus amor, nulla hunc vota ardua torquent,
Ut vel jam quod amat sit sine fine sibi.
Parvus amor non est sensus, vitæq; voluntas,
Vel pretii magni quod vehit altus amor.
Ob Venerem vel sæpe aliam Veneremq; cupimus,
Per se ipsam nullas fert sibi delitias.
Ergo animo hinc illi semper torquentur acerbo,
Delitiæ & Veneris non sine jure fluunt.
Non durabit amor noster, nosterq; Cupido,
Ejus nam damnum delitias superat.
Debueram quondam nosci sub sæcula prisca,
Ni queis vel simplex quisquis amator erat.
Atque senex, juvenis gestabat pectora secum,
Nunc qui pubescit, est ubicunque senex.
Quisquis amor sibi tempus amat sine frigore, & igne
Ardeo dum stat hyems, dum calet aura, tremo.
Pectus namq; meum subjeci semper amori,
Essem ut notus ego, sed sine muneribus.
Nec Deus, aut mundus vel sæva oblivia ducunt,
Quas sensi minimæ delitiæ fuerant.
Et quo amor hic pretio vel venditus adfuit orbe,
Hunc referens, nunquam sentio habere mihi.
Ille amor absque ullis, qui noscitur inde, loquelis,
Ob turpem sensum non sibi notus adest.
Ob Venerem mutum me mens mea garrula fecit,
Nulla hic me quoniam constituit ratio.

Quæ noſtros forſan poſſet memorare dolores,
Quare habitus ſemper vel ſine amore fui.
Córque meum reprimo,verba aufero,claudo vel ora,
Ne me verba ſemel illaq́ȝ tranſiliant.
Et pudor,atque metus tanta hæc veſtigia ſervant,
Nec jam talis amor ut venit aſpicitur.
Sæpe minus damnum ceu duros continet æſtus,
Qui ſubito aut toto viſcere non rueret.
Atque ſuos nunquam poſſet monſtrare dolores,
Abſque fide, ipſe fidem,vel ſine amore daret.
Ejus amor cunctis hoc eſſet nomine notus,
Ut craſſus nimium vel ſimul abſque fide.
Ménſque ejus duro ut ſub pectore cerneret eſſe,
Hunc notum faceret tegmine mentis adhuc.
Si ante diem forſan ſum canis ore capillis,
Et mala jam noſtrum vel toleraſſe probat.
Hoc ideo fuerit quia nil valet ipſe Cupido,
Illi naturæ cui ſtetit altus amor.
Me amittens ſolum non me vel lugeo ſemper,
Sed quiſquis caſu ſub ſimili fuerit.
Non dubito ſummo me tandem nomine ferri,
Sede alta ſedeo propter honoris opes.

EPIGRAMMA.

O Amor,ecce tuum fragile eſt & debile robur,
Ingratique potes nomine haberi iterum.
Quodcunque ex iſtis tibi ſtat ſub nomine nomen,
Et quodcunque latus torpet ubique tuo.

ELE-

ELEGIA XVII.

QVis locus at nostram poterit sibi sumere mentem?
Aut ubi hic est, noster quo sibi vivat amor?
Tentari poterit saxo fundum æquoris imum.
Portum haud invenio qui sibi me capiat.
Quod prius at nimium pellebam pectore toto,
Nunc crudelis adest jam mihi sæpe cibus.
Iam vagus erro quidem, & sedes quæ certa patebat,
Est labor immensus quo cecidi ipse vagus.
Aut ubi delitiæ sunt quando aut forte putabam,
Illâ forte coli, cui citò notus eram.
Non noster, non ejus amor pellebat amorem,
Vel quantum robur constitit esse suum.
Quot Venerem signa reducunt vidi esse & in illa,
Vtque ejus fælix vndique mansit opus.
Quis tantum Veneris potuit jura alta notare,
Vt vel sensu ipso non tetigisset eam?
Nil quod mundus habet mihi demet forte dolorem,
Gaudia vivendi jam cecidere mihi.
Solum tristitiæ possum describere casus,
Nec mihi deest tempus quo vel eam fugiam.
Sed me mœror agit, toto & mentem opprimit orbe,
Vt quidquid video sit mihi tristitia.
Ægrè namque fero me posse aut credere tandem,
Obstare aut saltem tristitiæ miseræ.
Iam quia amor firmo disponit pectore sævus,
Sperare aut stultè gaudia sæpe sua.
Atque ideo hinc animam vel toto spondeo mundo,
Nam sine amore mihi gaudia nulla patent.

Sæpe Iovi committo animam, qui condidit illam,
Pressaq; sub damno corpora linquo truci.
Nulla placent illi summi vestigia amoris,
Illo nam multo stulta dolore ruit.
Vtque senex vitæ qui jam transegerat ævum,
Artis sub studio gaudia dantis adhuc,
Et tristi casu vehementer continet illam,
Nec scit quem vitæ sumat in orbe modum.
Sic ego qui prorsus certam mihi nescio vitam,
Occlusa est quoniam porta mihi Veneris,
Nil facere agnosco, nec me movet ipsa voluntas,
Hunc saltem morem linquere ut instituam.

EPIGRAMMA.

STulte amor, insano se fert jam pectore semper,
Qui sponsæ tentat corde placere bono.
Hanc locus, atque decus virtutis munere ditant,
Nam quis erit, vivat qui rationis ope?

ELEGIA XVII.

VT qui est ægrotus, longo & sub tempore languet,
Atque uno tentat surgere forte die,
Atque ejus virtus multum dat pectore robur,
Imo ut surrexit sic subito ipse cadit.
Sic ego qui in Venerem studeo distendere vires,
Et quod corda jubent hæc volo nempe sequi.
Hoc nequeo præstare mihi, vis deficit ipsa,
Atque malum Veneris tollit ubique gradum.
Non ante inspicio memorem ne denique lapsa
Mens mea confuso stat sine fine loco.

Non

Non finem observo, mentis nam deprimor umbris,
Est præsens quoniam vel meus arctus amor.
Non solum damni culpa est oblivio duri,
Nec mœror causa est nulla futura mali.
Non jam tempus adest, videam ut quis pressus amore,
Sub brevibus jaceat jam sibi delitijs.
Nec mea nosco mala, aut nostra hic quoq; cõmoda nosco,
In dubio quoniam non meus astat amor.
Qui mihi consilium præbet, vel stultus ubique est,
De me ut percipiet quidquid habere potest.
Vt ratio Venerem validis expugnat in armis,
Extitit hac major jam sibi fine suo.
Ejus vel signum vix unquam innotuit ullum,
Vicit amor, ratio fugit ubique nimis,
Plus est quàm mecum mea mens tibi subdita semper,
Per te prætereunt gaudia nostra prius.
Non ut te sensi, nostrum invenere at amorem,
Aut me postremo vel sine jure loco.
Lætor ego, lætam si te quoque denique cerno,
Et tantum hoc votum crescit ubique mihi,
Vt sensum amittam vel tandem corporis omnem,
Donec amor nostrum pectus agatq; tuus.
Te ut tango forsan nobis sunt gaudia nulla,
Sic hærent semper vel mea vota tuis.
Et tantum affectum ante oculos mihi cerno furentem,
Vt corpus nimium vel premat omne tremor.
Sic me ut semper ames vel votis ardeo summis,
Vt fieri nequeat gaudia plena feras.
Ad te si accedo cernes si denique robur,
Est minus ut noster pectore crescit amor.
Atque ideo nullo puto me vel prosequi amore,
In me nam credo te nec inesse mihi.

Censeo nec sat erit factis tibi forte placere,
Vtque tibi placeam sæpe metu pereo.
Virtutem ut vel quisque suam mihi protulit ore,
Esse aut formosum, dona & habere nimis.
Quod timeo est memorem tandem te forsitan esse,
Quidquid & ille patet te vel amare puto.
Vel quantum duris pectus timor ictibus urget,
Cor timet, & præceps currit ubique neci.
Nil puto versutum quod me non cogat ubique,
Nec credo certum, vel bona inesse mihi.
Vt meliore tibi me existimo sorte patere,
Mutavi mentis vel sine jure modum.
Distincto sensu mea non tibi pectora subdo,
Sive bono aut damno stat ratio ipsa patens.
Tormento afflictus præsentes pertimet artes,
Et mortis temnit vel fera damna trucis.
Sic casu simili pectus jacet undique nostrum,
Et damnum ut fugio, stat dolor ipse magis.
Sic præsens me torquet amor, Venerisq; sagitta,
Vt Venerem tractem quæ mihi sæpe nocet.
Quod facile ut nosco semper dolor afficit artus,
Cur morti non stat concita nostra manus?

EPIGRAMMA.

STulte, amor & ratio me tandem dicere cogit
Damna tua, & falsum quod stat amore bonum.
Qui spem dimisit fidei minor ordine languet,
Nec miserum coges ducere colla jugum.

Elegia XIX.

Quid decuit rapidos Veneris memorare tumultus,
Secreta atque ejus condita ferre simul?
Quæ nostros ratio vel condidit ulla labores,
Iam manè perijt noster ubique dolor.
Menti namque meæ concessi libera jura,
Ætas qua perijt obruta prima mihi.
Non vitam hanc liqui præsenti hoc tempore duram,
Dilexiq; malum quod patet esse bonum.
Magnus amor cæcum me toto pectore fecit,
Donec notitiam corde tuo caperem.
Diutius insedi donec sensu ardua ferrem,
Amissum & tempus sæpe mihi doleo.
Nunc Venerem culpare trucem vix denique possum,
Sed te solum autem quam nimis ipse colo.
Me benè jam nosti, sed nulla hic munera sumpsi,
At quis fœmineum nunc amat inde genus?
Si Deus at mentem tribuit vel forte puellæ,
Hac equidem saltem non tibi forte cares.
Quod si verum extat, nostram ne deprime tandem,
Vel qualis fuerit sis memor ipsa mei.
Non puto forte tuum voluisse aut denique pectus
Quod plenè possem non tribuisse prius.
Aut quæ non fuerint tandem tibi gaudia nota,
Assiduo quivis quæ sibi complet amans.
Quæ sibi ferre potest cita gaudia spiritus ipse,
Et Veneri potuit vel placuisse suæ.
Ex nostro sensu ceu norma hæc prodidi ubique,
His fortè ingenio qui sub amore carent.
Teq; tuam vidi penitus dimittere mentem,
In me actam & verbis gaudia dicta meis.

Quæ clarè inspectas vel nullo tempore deesse,
Imo & noster amor verba mea exsuperat.
Si turrem armati supremis viribus urgent,
Quî jam tuta aderit vel sine sepe domus?
Si in te firmus amor facili delabitur arte,
Non erit in mundo qui hoc sine lite gerat.
Qui non est sapiens, poterit quî forsan amare?
Aut quî esse aut firmis qui tremit esse potest?
Tu sapiens, & firma quidem, sed mobilis ipsa,
Vera hæc, sed firmam dicere falsa refert.
Iamq; alias Veneres doleo sub corde tulisse,
Hanc cujus memini, negligo nempe nimis.
Quæsivi mentem insana in cervice micantem,
Atque ubi vel nullam contulit ipse Deus.
Dulce & amoris opus quæsivi ubi nescio perstet,
Inveni in multis tunc mea vota locis.
Hæc secum distant à sensu ut visus aberrat
A te ego non tribuat si Deus hic veniam.
O sacri amatores, jam jam memorate peremptos,
Et qui præterito tempore jam fuerint
Ingentes casus ingrati semper amoris,
Et mala quæ scriptis grandia vota patent.
Æstivæ pluviæ est similis quæ fulmina & imbres,
Et tonitru toto perstrepit acta polo.
Et parvo spatio torrens nec flumina & arva,
Quem ducant fluvio sæpe liquore carent.
Vt sunt quos vidi Veneris pendère sub ore,
Perpetuiq; jugum ferre & amoris atrox.
Firmus amor duratq; parum, movet undiq; sævè,
Quódque petunt nimium perdita vota negant.
Sum prorsusq; expers, animæ ne robora tange,
Quæ vel delitijs non stat in orbe suis.

Et

Et visu & tactu explentur tunc vota vicissim,
Et satur & talis est quoque victus amor.
Qui benè jam Veneris præceptum novit amaræ,
Scit Nympham firmo non dari amore simul.
Cor inhonestum etiam, mens lapsis sensibus ægra
His est qui norunt vel nihil hic Venerem.
Nil sine honore quidem mundo durabile perstat,
Nec sine mente queunt gaudia inesse mihi.
Et quia nulla tenent vel talia dona puellæ,
Illis firmus amor nullibi inesse potest.
Vota quidem hæc brutis vel forsan tutius hærent,
Quàm cuivis Nymphæ semper adesse queunt.
Actus namq; movet, solum quoque concutit artus,
Dum sensus fermè gaudia plena cient.
Illa at præteritos memorans sibi pectore casus,
Luxuriæ diræ vota movebit iners.
Ejus amor tantis sic ardet denique votis,
Quantum illo sumpsit vel sibi delitias.
Tali igitur casu superat quoque bruta puella.
Mentis continuo vel sine jure gradu.
At mens sic hominem totum super æthera tollit,
Vt nullo aut egeat pectus amore suum.
Talia facta quidem, & dicta hic emittit in orbem,
Quæ ut Venerem pariat spiritus ipse gerit.
His etenim corpus laqueis constringitur arctis,
Vt sunt perfecti semper amore suo.
Propter honestatem constrinxit nulla puella,
Vota quidem expleret quin prius illa sua.
Sed quia pertimuit ne vel langueret in illis,
Suscepto & damno negligeretur adhuc.
Egregiè factis jactantur, sed neque semper,
Sic perstant, tales condidit ipse Deus.

Motus enim primus docet has, agitatq; vicißim,
Cor pavidum præbet vel bona si hæc veniunt.
Gratesq; sintq; Deo, quòd tanto me auxit honore,
Vt non noster amor gaudeat ore meo.
Sensibus at nostris & erit qui lugeat istud,
Nam pretio accipiam qualibet ista suo.
Non caput hoc optat, mentem nam non habet ullam,
Pars alia est similis cui domino obsequitur.
Et genus omne hominum mediis his crescit ubique,
Omnia nam fuerant cresceret hoc ut adhuc.

EPIGRAMMA.

SItq; dies maledictus enim quo forte puellam,
Plusquam me colui vel sine consilio.
Has amat aßiduè qui non vel tempore noscit,
Me fateor stultum sæpe fuisse mihi.

ELEGIA XX.

NOn ut præteritos memorem sub pectore casus,
Observo in longum tempore quæque diem.
Angusto mihi calle quidem, latebrisq; sub atris,
Observo mentis languida jura meæ.
Non finem observo, turbatur sensibus ipsis,
Ob Venerem præsens qui mihi quæro malum.
Non solum culpa est vel nostri oblivio damni,
Nec mœror, damnum denique quod veniet.
Gaudia at afficior sæpe ob præsentia semper,
Nec spero, ut videam fortè futura, dies.
Iam non cognosco damnum, nec commoda quæque
Nulla in re quoniam jam dubitabit amor.

Con-

Consilium qui adfert, sensu est privatus ubique
De me ut percipiet quæque sibi poterit.
Vt mentem tandem expugnabat fortè voluntas,
Causa ejus major concita fine fuit.
In me nec signum poterit cognoscier ejus,
Atque volatu alto vel ratio ipsa abijt.
In te stat potius quàm in me mea mentis imago.
In te cuncta prius gaudia stantq; mea.
Sed non illa prius quam te sentire notarem,
Postremumq; sensum repperit ipsa meum.
Gaudia si te ipsam video gaudere vicissim,
Magnaq; vel nimium sunt mea vota mihi.
Tantum ut vel toto dimittam corpore sensum,
Donec forte tuus me vehat altus amor.
Non lætor sed enim tua nec vel pectora tangens,
Tantum sæpe tuo stat meus actus amor.
Atque hunc affectum vel tempore cerno futuro,
Sic ut vel corpus jam tremat omne meum.
Et tantum cupio ut cupias me denique saltem,
Et nequit hoc fieri sis mihi ut ipsa satis.
Ad te si accedo, poteris cernere tandem,
Esse minus tanto robur amore meum.
Atque odio idcirco puto te me prosequi ubique,
In me nam credō te nimis esse nihil.
Sufficere haud video haud sensu tibi fortè placere,
Atque timore mori sum tibi si placitus.
Et cum virtutem propriam mihi quilibet offert,
Esse aut formosum vel bona quæque probans.
Quod mihi deest equidem timeo meminisse vel ipsam,
Quidquid in illo extat quærere teq; nimis.
Quidquid nempe metus proprio mihi commovet ictu,
Cor timet omne meum dum cupit omne mori.

Nec puto me Vulpem fallaci existere pelle,
Nec certum esse puto mi dare quæque Deum.
Censeo at ut tecum meliori parte manere,
Absque aliquo casu pectora muto mea.
Distincto sensu semper mea pectora torpent,
Stat ratio apta quidem sive malo atque bono.
Damnis appositus præsentia damna perhorret,
Oblitus mortis vel mala quæque timet.
Et casu simili video me existere semper,
Dumq; malum fugio, majus ubique peto.
Sic præsens me cogit amor, sic corda refundit,
Vt videam me omnem lædere amoris onus.
Quod certè ut nosco, major dolor ipse furescit,
Vtque mea in mortem vel manus ipsa furit.

EPIGRAMMA.

STulte amor, impellit me mens mea concita semper,
Vt tua damna loquar vel bona falsa simul.
Quod non spero fidem nullam superabit ubique
Ceu illum cogis quem sibi ferre jugum.

ELEGIA XXI.

TV, qui pernoscis jam Turturis undique mores,
Quod si non peragis nosse quidem placeat.
Vt tollit mors sæva parem undique languet,
Nec Veneris fluvij fortè bibit laticem.
Hæc sed aquam vili deturpat gurgite cœno,
Non illam folijs arbor opaca tegit.
Contra hoc est tecum semper tua dura voluntas,
Turpe ut votum ingens hæret ubique tibi.

Cúmque puella vide mihi nil bene semper inesse
Delitijs corpus vel tetigisse tuum.
Vel mercatori tua corpora vilia tradam,
Non ejus tandem perdere jura puto.
Si illud vis faciam tibi notum nomine toto,
Est grandis facies, cæcus & est oculus.
Suntq; pedes muscæ, sunt & fera membra locustæ,
Estq; etiam indignus qui sua vendat adhuc.
Atque ut nouit amor pectus tibi labile totum,
Scandere tentavit teq; ut amaret, equos,
Et tua gesta videns vel quidquid pectore ducis,
Teq; ut amet, voluit condere notitiam.
Et turpes vitæ mores, cognoscit apertè,
Vel publici sceleris præmia suscipiens.
Corpus turpe tuum pro vili merce refudit,
Solum namque nutrix omnibus esse potes.
Nec perijsse puto vel quamvis denique prolem,
Hanc si lacte tuo pectore semper alis.
Suntq; tuis membris læthalia sæpe venena,
Quod planè exterius vel tibi crine docet.
At si forte jaces, crinesq; creantur & ipsi,
Si hos tollit forsan viribus ipsa manus,
Vel poterunt laquei fieri magniq; trucesq;,
Qui vel perdicem, turturem & illaqueent.
Auditu ut forsan disces hoc nomine, lena,
Sæpe tui causâ hoc dicere quemque puta.
Et quia vel proprio jam te sub nomine dicent,
Auditum nullus jam tegat inde pudor.
Quosq; roga & quoscunque pete, & quoscunque require,
Si Veneris juris quid tibi ferre queo.
Nec me res similis languentem ducet ubique,
Si quid forte jubes promptus ubique adero.

EPIGRAMMA.

QVoſcunque invenio optabis cæco excita amore,
Atque ipſam Venerem tu tibi forte pete.
Hæc faciet quæcunque mihi ſine limite fecit,
Dicere non poſſum quæ mala & invenies.

ELEGIA XXI.

IAm placet hos cantus vel dura oblivia lædant,
Et mentem toto pellere corde meam.
Iam, jam dulcis amor penitus mea pectora linquat,
Ejus ceu falſi ſi peto delitias.
Sic expugnantur præſenti tempore leges,
Verſusq; & ſaltus, mentis & aura bonæ.
Iuris amoris enim non vincere poſſumus arcem,
Præterit & tempus quod favor hic habuit.
Fasq; ſequi tempus vel cæco tempore damnis,
Vt citharam ſequitur qui pede ſaltat ovans:
Senſumq; oſtendit nullum vel denique læſum,
Vno ſi ſaltat tempore mixta ſimul.
Tempore præterito fuerat mutatio certa,
Hoc nunc carpo etiam me & ſine mente voco.
Diſcere ut hic ſtudui vel quidquid forte neceſſe eſt,
Eſt factis ſtultus qui eſt ſine ſtultitia.
Vt puer exhorret nocturnis phaſmata formis,
Cum pavet aſſumit ſæpe ſibi comites.
Sic ego qui dubito tormenta Cupidinis acris,
Quæ nox ut venit ſæpe reducit amor.
Quod facere haud poſſum vel totis viribus opto,
Ille mihi quoniam firmus ineſſe nequit.

Qui

Qui nihil est aliud quàm semper cæca voluntas,
Et durat quantum vis sua ducit eum.
Vt qui est in nemore occlusus sub frondibus altis,
Quémque necat, cuivis vel bona cuncta rapit:
Et tandem divina Dei mandata reposcit,
Servitij & tempus pendit & hic trutina.
Sic ego qui Veneris semper tibi pectora fudi,
Perpetiêns damnum, delitias cupiens,
Spe obscurâ semper, cæco & sub pectore amavi,
Et quoniam erravi, sit data pœna mihi.
Me reprehendo quidem, Venerem & mihi torqueo verbis,
Viventi Nymphæ mente nocebo nihil.
Et si sol calidus naturæ robore perstat,
Si non frigora habet quæ probra habere potest.
Atque ideo Veneris referam nihil undique turpe,
Hic bona namque illi vis quoque nulla subest.
Firmus amor si fortè ornat quamcunque puellam,
Hanc dicam planè si video, esse Deum.

EPIGRAMMA.

VIrginis at Mariæ pectus precor undique sacrum,
Servitio ut mentem vertat ubique suo.
Monstret iter, quod forte mihi sine lege relinquo,
Nam quam delet amor, datq; puella viam.

ELEGIA XXII.

MIror enim toto cur non furit æthere ventus,
Et cur non moto pondere flamma ruit.
Et cur sæpe jacet vel nullo concita motu,
Supremæ sphera dansq; ferensq; locum.

Iudicium majus secum non devehit orbis,
Quod dignum est stupeat quilibet ore suo.
Sic equidem credam vel parvo fomite flamma,
Quotquot habet mundus forte perire simul.
Vt puto semper amor leges confundit ubique
Atque usus toto labitur orbe ruens.
Quisque sibi similem quæritq́ꝫ, cupitq́ꝫ, vocatq́ꝫ
Oppositus nullo tempore forte stetit.
Tu qui orbem totum potes ordine ducere summo,
Vel facies ut homo vel quoque stultus amet.
Turpi actu sensum turbasti forsitan omnem,
Est nostris verbis nonnisi culpa tibi.
Firma fides tolerare nequit sic turpia facta,
Quam cogit sanè candida & hic ratio.
Non dubito sed enim stimulis quoque membra cieri,
Nec frænum est pariter quod cohibere queat.
Atque Venus tanto cuncta incutit acta furore,
Vt tacito nodo pectora quæque liget.
Casibus his autem quos semper damnat honestas,
Aut talem poteris diligere hic Venerem.
Si hec vero est verum, precor altos ætheris ignes,
Vrant ut corpus vel sine fine tuum.
Si uno contemptu non saltem negligis istud,
Errorem ut superes quo cadis ipsa trucem.
Sed forsan stulto tua mens stat corpore clausa,
Dum Veneris fructu fungitur eximio.
Sed tu forte times tam turpia condere facta,
Ex quo suspicio, est gentibus una simul.
Non desertus agam tali citus ipse dolore
Activo, sed erit jam mea vita gradu.
Nec verbis mea lingua parum se conferet ipsis,
Dulcedo est cordis seu aliquando loqui.

Qui veros noſcent effuſos pectore planctus,
Mecum lugebunt, eſt quia cauſa proba.
Semper amor luctusq́ movet, planctuſq́ refundit
Naturam & carpent ſi id ſine lege jubet.

EPIGRAMMA.

STulte amor, haud potui tua gaudia ducere mecum,
Nec minus illius quam ſine mente colo.
Non eſt quem incuſem vel carpam nomine honeſto,
At ne errem ſcindo vel tua membra probris.

ELEGIA XXIII.

TEcum fortè poteſt Venus aurea tempora lapſa,
Punire ob ſtultos, queis cecidere, modos.
Et dolor immenſus mentis cæco omine natus,
Si me forſan amas finis habebit opus.
Do veniam quoties dempſit mihi corde ſoporem,
Do veniam quoties munera nulla dedit.
Do veniam forſan ſi invita puella & amabit,
Quam vel metueret dicere & ipſe pudor.
Si leve mi fuerit poſſem ut tolerare libenter,
A te ut vel tanto munere perfruerer.
Vt tuus & dici ſeruus jactarer & eſſe,
Hoc ſolo dives nomine ſemper ero.
Talis es ipſa mihi, firmo ut ſi lumine cerno,
Turbantur toto tunc mea vota ſinu.
Et quæ explorarunt vel toto pectore linquunt,
Nec præſens cupiunt, nulla futura petunt.
Sit tibi certa fides me vel delinquere nunquam,
Quod ſciero ſaltem poſſe placere tibi.

Et si fortè jubes quod det tormenta doloris,
Hoc leve, nec dubita, nunc mihi pondus erit.
Quare ne ut jubeas tardo sis pectore pigra,
Nam vel præceptis obsequar ipse tuis,
Dummodo noster amor vel quid patiatur acerbum,
Nam servire alijs nunc amor iste nequit.
Vt me forsan ames non est cur pectora volvas,
Et sensus torvè linquis ubique meos.
Ne dubita pectus te nostrum linquere posse
Deficere aut quovis tempore posse tibi.
Semper amabit enim, nec erit tempore mendax,
Quod de illo scripsi, quod ceciniq; tibi.
Nec mea scripta cadent; imo meliore sub ævo,
Casibus hæc cernes vel cumulata meis.
O utinam sit forma tibi pulcherrima semper,
Dummodo sit Veneris nobile servitium!
Namque alijs rebus sat erit, turpi ore manere,
Quas mundus forsan ipse jubere potes.
Nil sapis, hic si autem fugientia tempora mittis,
Non redeunt quoniam quæ periere diu.
Ergo finito persistis semper amore,
Qui gratum saltem munus amoris erit.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, nostrum volo solvere sæclum,
Sæpe tibi solum gratia me maneat.
Me si laudat amor, fuerim quod verus amator,
Crede illi, mendax non tibi falsa dabit.

ELEGIA XXIV.

DVm tempus memoro quod gaudia detulit alta,
Ignoro veniet si mihi vel simile.

Hoc

Si iterum attingo non deerunt munera forsan;
Tecum nam pietas jam loca grata feret.
Tempore me lapso jactasti ducere amore,
Et casus etiam te doluisse meos.
Nunc te ut amo plusquam potui me semper amare,
Ad primum cui aderas curris ubique locum.
Antiquo mea vota vigent ex tempore nata,
Nec poterunt mecum vel mea vota mori.
Parte sua at corpus toto hac sibi deferet orbe,
Mens mea non ægro ducet & illa loco.
Tu me optas, quæ jam optabas me denique totum,
Ob dona hæc quæ ipsi grata fuere mihi.
Nunc ut me supra te diligo & ardeo demens,
Cui prius astiteras sumis, adisq; gradum.
Et si æquum fuerat ferret mea corda Cupido,
Sic merui, haud oculos nempe fefellit iners.
Ingentem ob pœnam lachrymis vel sæpe madebat,
Et cum non flebam tunc dolor altus erat.
At tu læta nimis fundebas aëre laudes,
Et lachrymans etiam probra tibi cecini.
At nunc me spreto, cùm te toto ardeo corde,
Assuetam sedem suscipis ipsa tibi.
Præteritos tandem tentabo silere dolores,
In te parva fides certa erit ipsa mihi.
Qui est vel amore minor, nullum vel tanget amorem,
Qui ridet, tristem curat hic ipse nihil.
Si ipsa diem Veneris transisses munere læto,
Esset, quam vixi vel tibi grata dies.
Nunc me contempto, ut te altis amo sensibus omnem,
Primam sedem habitas, quæ tibi sueta fuit.
Omnes inclamo, quos incremat igne Cupido,
Et quorum duro corda dolore premit.

Præsentesq́ voco, pariter voco & ipse futuros,
Vt dictis noscant dira pericla meis.
Si in te notitiam damni vel forte viderent,
Ingatæ nomen esset ubique tibi.
Et nunc cum te amem plusquam vel forsan amavi,
Prima petis, fuerant quæ tibi nota loca.

EPIGRAMMA.

PRudens, si pectus tentasses pectore nostrum,
Vidisses Venerem vel sine fine meam.
Vt pro te morior, majori & amore peruror,
In primos mores tu sine amore redis.

ELEGIA XXV.

SI post magna mala exsurgunt mihi cōmoda queq́,
Sæpe in delitias vel dolor ipse cadet.
Post mala sæpe bonum potiori numine fulget,
Ni votum fuerit nil valet omne bonum.
Mente sua pauper sub Regis nomine vivet,
Ob parvumq́ bonum quod sibi contigerit.
Et dives, quem larga manus longè undique linquit,
Etsi auro scateat, labitur esurie.
Mens mea vel semper divino in amore voluta,
Cùm sua de tali sumpserit ipsa loco.
Nil pia sub Veneris nece quassa refunditur ipsa,
Debet lædentis dura perire manus.
Mores sæpe suos amor in mea damna refringit,
Mendaces Vates & facit ipse suos.
In me usus periit penitus, viresq́ reliquit,
Nilq́ Venus dominam se probat esse mihi.

Ut propriis radiis toto calet æthere Phœbus,
Quodq; infra est cœlum concremat igne suo:
Sic amor ipse suo spoliat vel frigore quemque,
Præter te solum, quæ nive sola riges.
Ex qua vel glacies multo mihi frigore surgit,
Atque ignes Veneris torquet, agitq; furens.
Quemque suam sedem penitusq; relinquere cogit;
Hac & delitiæ sæpe viâ veniunt.
Nec Veneris jam Phædra fuit vel libera flammis;
Dum tentat multis ignibus Hippolytum.
Lanzalotus item tali fuit ictus amore,
Defunctæ ut peteret pectus amore furens:
O fatum crudele mihi, quo sæpe coactus;
Dilexi nimium saxea corda mihi!
Mollia at hæc facias, ne sint duro ardua ferro,
Namque oculo casto nostra talenta negant:
Est at talis amor jura ut collaudet iniqua,
Sed nulli injustus ceu fuit ipse mihi.
Lenio corda quidem, caput at sub vulnere frango;
Et tu causa subes cur amor ipse tepet.
Mens mea stat tecum veluti circundata gyris,
Cogitur at duci, parte aliaq; trahi.
Non oculiq; tui se in nostra hæc commoda volvunt;
Nec te vel cunctis ista putare doces.
Si vel amore color, fastum colat orbis ubique,
In mundo corpus sic erit inde meum.
Sic cœlum gaudet, si vel dimiserit Orcum,
Spiritus & durum liquerit ipse scelus.
Cantores dulci formant modulamine cantus,
Atque suis Vates carminibus vigilant.
Agricolæ saltant, ludunt, curruntq; volantq;
Sic & amatores non vel amare stupent.

EPIGRAMMA.

PRudens, sunt multi qui te temnuntq́ꝫ, spuuntq́ꝫ
Qui Veneris norunt vel mala dura trucis,
Cujus & in clypeis scripserunt gesta repicta,
Non hunc senserunt, & sua gesta timent.

ELEGIA XXVI.

HOc sibi tempus habet, brutum quoqꝫ quærit amores,
Vt similem quemvis invenit esse sibi.
Indomitus Cervus clamat sub collibus altis,
Atque ejus clamor vox ut amœna sonat.
Et corvi tanto ducunt modulamina puncto,
Passeris ut secum pectora victa trahat.
Excutit atque etiam cantus Philomela sonoros,
Ejus si est dulci carmen amore stupor.
Ergo cum doleo, dolor est mihi debitus ipse,
Cerno ut amatores qui nec amare queunt.
Et stultum video sapientis nomine duci,
Quem facit ipse & amor ne pateat facile.
Ex quo in me pietas penitus mea pectora cogit,
Sæpe odium dominam non domat acre meam.
Hæc servum vix mente suum vel nomine novit,
Non ejus tentat forte putare necem.
Non veluti qui amisit opes, bona & omnia fudit,
Atque audet lucri secum agitare modos.
Teq́ꝫ colens ut me velles vel forsan amare,
Non veni ut Veneris munera construeres.
Sum nudus, viliq́ꝫ tamen subtegmine tectus,
Atque Venus nostrum jam sibi pectus habet.

At cur vel tantos patior ſub corde dolores?
Eſt quia cauſa mihi ſtat quoque nulla boni.

EPIGRAMMA.

FLos inter ſpinas, cœptaturq; ardea milvis,
Et catulo velox ſumitur ipſe lepus.
Quiſque orbi vivit, vita & ſua ſæcula ducit,
Cor noſtrum at mortis debile jura canit.

ELEGIA XXVIII.

QVis mentis ſtudium in Veneris ſibi dirigit ignes,
Ceu ego qui proprias ſentio delitias?
Qui veluti dulci ſemper veſcuntur amore,
Atque colunt junctis firmiter hunc manibus.
Solus ego hic adſum, quem vel natura coëgit,
Nil aliud ſecum noſcere vel facere,
Quàm vel amem quod fortè volo ut vel linquere prorſus,
Nil hæc me ſequitur nec mea mente vehit.
Si ſolamen adeſt hoc credunt nectere mecum,
Nil niſi amor recipit delitias tribuens.
Cæleſtes fluxus mentem domuere viciſsim,
Et Veneri ſervam conſtituêre meæ.
Nemo me carpat, cuncti ſolamine degunt,
Ceu eſt cuique ſuus vel ſub amore gradus.
Quiſquis opes mundi, vel mundi quærit honores,
Hoc ſciat, erroris munus ineſſe ſibi.
Sæcula divorum forſan nunc maxima ſurgunt,
Vult fieri quoniam vel ſibi quiſque deus.
At voti in quo ſemper adeſt ſibi prona voluntas,
Solennes video ſumere quemque deos.

Supra omnes ſed pulchra Venus jura omnia ſumit,
Non alium norunt corpora noſtra Deum.
Parte alia Bacchus multo tumet ipſe favore,
Atque Ceres toto turget in orbe gravis.
Iuno orbis ſecum deducit jugera multa,
Plus debere coli ſentit, aitque ſimul.
Martem, & Saturnum invenio ſub nomine nunquam,
Munera dant vitæ Iuno, Venusq́ ſimul.
At Venus alta inquit, Regina ego jure reſurgo,
Cúmque aliȷs divis qui mihi ſunt domini.
Hi mecum virtute valent, per ſe undique torpent,
Atque aliȷ robur dantq́, feruntq́ datum.
Pallas forte nihil valet ardua & inclyta cultu,
Et cujusq́ aures vellit ubique potens.
Viribus eſtq́. minor pictis Diana ſagittis,
Queis toto nomen contulit orbe Deus.
Hi ſed enim totum percomplent nomine mundum,
Et cunctis horum ſunt pia feſta ſacra.
Non at culta manent, cujusq́ at reſtat ubique,
Nil niſi ut occluſis dentibus ipſa caro eſt.
Diſcordi mundus torpet diſcrimine totus,
Nam mundi ſumit maxima jura Venus.
Quiſque bonus propria perſiſtit ſæpe ſub æde,
Nilq́ poteſt vel qui non habet hoſpitium.
Iuno agmen ſervat bina ſub ſede repoſtum,
Mortis ad ipſam arcem, cui quoque vita nocet.
Suntq́ humiles aliȷ quos devehit aurea fama,
Quam ſibi vel vitium turpe parare poteſt.
Vtque Ceres Veneri vel toto ſubditur orbe,
Atque ejus conjux nomine Bacchus atrox.
Ante pedes Veneris vel ſæpe ſedere videntur,
Per ſe ſed nullum munus honoris habent.

Qui nam dum Veneris vel ſplendida numina temnunt,
Non decus orbe ferunt, ſed probra dura ſibi.
Bruta extrema quidem nunquam ſibi gaudia ſumunt,
Solus homo pœnam vel nequit orbe pati.
Mars & Saturnus per ſe nil roboris urgent,
Hi duo nam divi ſemper ubique favent.
Dumq́ʒ colunt Venerem, inveniunt quoq; culmē honoris,
Et dum Iunonis corde verentur opus:
Saturno obſequitur divino pectore Mavors,
Inter quos nimium prominet obſequium.
Pallada ſed vellem prorſus clauſo ore ſilere,
Ejus nam doleo ſemper in orbe vices.
Imperfectus homo toto colit ore Dianam,
Atque illi ſolum quos ſibi vita vehit.
Namque Venus dulci ſic ſemper conſonat ore,
Ad ſe ut iure ſuo pectora cuncta trahat.
Sæpe preces publicæ quærúntq́ʒ, petuntq́ʒ Dianam,
Et Veneri ſolum ſubditur omnis amor.
Ad ſacra templa ejus ſi nox ſit quiſquè dieſq́ʒ,
Duri etiam ſaltus ſemita plana forent.
Illi qui vano torpeſcunt pectore ſemper,
Queis ratio litis vim neque pacis habet.
Ob languens pectus ducunt ſub corde ruborem,
Qui frænum eſt illis, quo ſibi vita manet.
At ſi artes Veneris frangunt hoc denique frænum,
Gratum illi eſt ſolvi nec fera fræna pati.
Ejus ſervitio convolui cuncta videntur,
Majoris delens ſplendida ſigna boni.
Principio Diana omnes quatit ipſa timore,
Stultorum ut cælum volvitur omne ſimul.
Quique colunt Venerem, Saturnum & denique Martem,
Hos Diana ſuâ fulgida mente ſubit.

Sæpe Deam factis Venerem servantq́ue, coluntq́ue,
Et justo belli currere jure putant.
Contra omnes qui altis volvuntur casibus inde,
Et queis cessat adhuc & timor, atque pudor.

EPIGRAMMA.

NUlla boni assistunt nunquam sacra signa puellæ,
Cujus non decorat mollia corda pudor.
Et vitium toto sapientem dejicit orbe,
Quæ est regina illi deperit & ratio.

LIBER QUARTUS ELEGIARUM.

ELEGIA I.

VEL *simili pœnâ qua spiritus exsilit ipse,*
In membrisq́ue viam linquit ubique suis:
Frigida persistit sedes, unde ipsa resultat
Pallida, & alba simul tunc caro tota manet.
Major pœna quidem stat nostris insita votis,
Cùm spem vel linquunt undique victa meam.
Non omnis, sed forte viâ turbatur in ipsa,
Spes mea, & assiduis motibus icta ruit.
Non puto me tali vexari corda dolore,
Ut credant votis sæpe perire meis.
Nil restat solum nisi solvere pondera litis,
Namq́ue alia evincit robur ubique meum.
Quidquid amatores patrarunt pectore multo,
Sunt mihi cuncta nihil, vel nisi mortis opus.

Si

Si me fallit amor, non me vel liquerit ira,
   Qua reprimam saltem crimina præterita.
Talis amor prorsus vel debilis esset ubiq;,
   Si talis facti vel sua signa premat.
Sive boni aut damni pretium licet undique ferre,
   Nam secreta quidem vult amor ut pateant.
Sic Veneri pectus corde ipso paruit omni,
   Ut vix jam vulnus mente dolere queat.
Si nullo vel forma deest sub tempore summa,
   Cur divi proprio nomine forte cadunt?
Tu mihi delitiæ es, tu numen & omne supremum,
   Per te si morior, ne tamen id doleas.
Non nostris pœnis me cæco pectore ducis,
   Et si forte doles mi dolor estq; magis.
Nil doleo tantum quàm si mea damna resumis
   Me Veneri solum denique linque meæ.
Hujus namq; metus nullus me cogit & urget,
   Ejus solum iram linquere posse precor:
Ut quem dura febris cogit dum lædere tentat,
   Et vinctum torquet quod sua membra ligat.
Nempe malum haud sentit, nec sensibus accipit ullis,
   Donec forte videt vel sibi stultitiam.
Sic ego cum pectus fervescens concutit ira,
   Persisto validus, nec labor ullus adest.
Dumq; premit nimium vel si nil pectore prodo,
   Sic jaceo ut solum corruat omne mihi.

EPIGRAMMA.

Flos inter spinas, mutatur nostra voluntas,
   Et volo te castam, te & sine corde volo.
Et mihi festa placent potius cum corpore toto,
   Advenio iratis artubus ipse meis.

ELEGIA II.

Ra mea, ut capiam vim tardè denique cogor,
Nec pius asto in eos qui tua jura fovent.
Atque anima & corpus tandem removentur ab ipsis,
Es quia parva quidem vivere membra timent.
Non oculi officio funguntur luminis ullo,
Cogitur & gressus, nil mihi lingua valet.
Ipse pudor mecum proprio vel munere gaudet,
Namque premor vitio sæpe pudoris ego.
Iam timeo, sudorq́ꝫ salit de corpore toto,
Corq́ꝫ etiam erumpens pectora nostra secat.
Non mihi robur adest, fractum est, ruptumq́ꝫ rubore,
Nec fieri poterit spem pudor ut superet.
Nec secreta mea possum diffundere mentis,
Responsi & vano sæpe timore ruo.
Quod dubito dubium majori crimine defert,
Fœmineus nullus flammea tela fugat.
Nonnulli dicunt verum non esse pudorem,
His autem possum testis adesse simul.
Dæmonio est similis vel toto denique vultu,
Dividit & mentem, posse loquíque vetat.
In validos sensus demittit quæque refusa,
Gesta ut multorum sensimus esse sacra.
Hisq́ꝫ fidem præbent, qui rerum numina tollunt,
Est amor injustis rebus inesse semel.
Obsequium si etiam posset vel tollere totum,
Culpâ ejus noster sæpe periret amor.
Dum non obsequitur diversus statq́ꝫ Cupido,
Nec nisi me sanctum cogit amare Deus.

Pos-

Possem cuncta meis tandem committere factis,
Sed speciem jam non audeo ferre mihi.
Me fervens horrere pudor sine limite cogit,
Ira etenim nostro pectore sæpe tumet.
In quibus altus amor toto non pendet ab ore,
Mens nil his equidem victa pudore potest.
Ut me etiam paucos ad se cogitq; trahitq;
Hostes namque meos comprimit altus amor.
Et Venerem tunc vota fovent, nimiúsque Cupido,
Horum & causa quidem cui quoque servo mea.
Nil credam, tarda es, dum tandem ostendere tentas,
Quæ manibus veniunt vel mihi damna tuis.

EPIGRAMMA.

STulte amor, illi autem quærunt, servantq; dolorem,
Qui hunc quærunt, finis est ubi nullus adhuc.
Nullus namque labor vel planè ostenditur esse,
Atque hi sunt etiam qui tua jura sciunt.

ELEGIA III.

IAm jam tempus adest, quo jam mea gaudia florēt,
His quæ jam votis vota stetêre meis.
Vidi quod stimulis jam me depunxerat altis,
Pulchrius aßiduo quam mihi jam patuit.
Sed nunc in pœnas non leves incido iniquè,
Quæ sic sunt acres ut mea bella secent.
Iam turbatus agor, nec jam vestigia figo,
Estq; medela mihi, sed mihi pœna subest.
Ut sterilis quæ forte Deum non jure precatur,
Ut prolis tradat munera plena sua.

Quam cum cernit enim cæcam vel denique claudam,
Tunc novus ante oculos constitit ipse dolor.
Sic ego qui semper votis vehementibus arsi,
Me subdi Nymphæ quæ mea magna vehat.
Quam verò ut cerno, tunc toto langueo corde,
Nam non credo illam damna dolere mea.
Mœrore ex magno multus dolor occupat artus,
Nil fugiße decet vel loca cæca nimis.
Mens mea jamq; metu tot turres aëre struxit,
Vt cogat semper summa pericla mihi.
Talia sunt equidem, quæ si non denique pello,
Robora compingens vel male tuta sua.
Omnia me invadent, mecum & sine limite degent,
Ex quo jam frangit pectora nostra tremor.
Me vinci, at toto defendi robore summo,
Est mora, qua mentis tardat ubique gradus.
Omnia confuso vellent me invadere gressu,
Atque illis tandem non datur ullus obex.
Debilis at primum si mens occurrit, abitq;
Mens fugiet molem sæpe coacta necis.
Quidquid contendam nihil est nisi pacis imago,
Postremusq; dies est mihi pacis opus.
Morte etiam est pejus vel tristi vivere corde,
Nec vitæ finem, sed tamen ipse peto.
Dum vivo quoniam nequaquam forte peribit,
Spe vinctus nimium vel sine fine dolor.
Gressum ejus dubito, naturæ ast horreo motus,
Quæ in mortem vires vix tolerare potest.
Atque ideo in me ipsum semper nova robora sumo,
Ne fortunæ ardor crescat ubique meæ.

EPI-

EPIGRAMMA.

Prudens, stulto animo sedem tenet ipse Cupido,
Spe vanâ pendens vel sine jure sibi.
Qui sic summa volat totum perquirat ut orbem,
Ex quo vel ratio murmure cæca tumet.

ELEGIA IV.

Semper amore tuo gaudet mea tota voluntas,
Et tecum pleno stat mea vita sinu.
Infinita quidem finito est munere merces,
Et pleno noster jure stat ipse favor.
Ergo jam nostrum studeas ostendere votum,
Transeo si leges quas dat amorq; suis.
Nullus amore mihi subsistit terminus isto,
Aut ubi vel plures hunc reperêre gradum.
Hi proprium veri detorquent munus amoris,
Et longam astringunt parvo in amore viam.
Non, amor, inde licet gemitus contexere diros,
Aëre qui primum spectat abire statum.
Non læto cantare decet modulamine & istum
Cogere mœrorem, sed sibi lætitiam.
Solum ambos amor ipse petit, duo vosq; requirit.
Huic dum vivemus, certa erit ipsa domus.
At si nostra quidem mundum vita incita linquit,
Deficietq; favor vel memor alterius.
Gaudia nostra quidem nullo sub pectore substant,
Altius ire nequit gloria summa mea.
Non at deficiet, nisi præcipit undique numen,
Vt morbus nostris casibus hic faveat.

Fortunamq́; Deum, verum si est, esse potentem;
Ejus ut hic cesset deprecor officium.
Est crimen nimium sublimia vertere tandem,
Vitâ unâ cogens vel duo corda mori.
Simpliciter verò tandem nulloq́; dolore,
Delitijs vivo liber ubique mihi.
Cor namque obscurum, quod me volvebat iniquè,
Possideo clarum, ut Sol mihi Luna subest.
Non aliud video quod vel Venus offerat ipsa,
Sive in dilectum quod locet ipsa sinum.
Nil mihi nempe deest quod non det gaudia vitæ,
Nil mihi nempe negat vel manus alta Dei.
Orbum esse at vellem, cæca ut fortuna periurget;
Amittam ut gressus, me alta & adire facit.
At si sublimi me cogit culmine labi,
Tempore sub tali mors mea corda terat.
Et prius at terram quam tangant pectora nostra,
Hoc sumet spatio vel mea vita modum.
Atque statum nostrum firmo fundamine mortis,
Illum si amitto, tunc necis arma placent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, tota tellure sub ipsa,
Non sunt delitiæ quæ satis esse queant.
Suntq́; meæ soluni, quas tandem crescere nolo,
Crementum utq́; puto me dolor ater agit.

ELEGIA V.

NOster amor vestro gaudet, lætatur & ingens,
Dum sperat vestro semper amore frui.

Hoc oblector enim veluti monstratur inesse,
Sed precor ardenter ne mea vota ruant.
Non Veneris finem jam tandem attingere possum,
Hic ubi amator habet vel loca nota sibi.
Ardens nam votum vel nullo munere complent,
Astringi at videor semper amore truci,
Nilque decent gemitus nil nec lamenta suprema,
Aëre namque perit pendulus acer amor.
Nec cantare decet molli modulamine quemque,
Lætitiam at toto stringere corde gravem.
In nobis amor, ipse tamen stat ubique duobus,
Dum nos vita feret illi erit una domus.
At si ex hoc mundo penitus volat excita vita,
Immemor hic facti nec favor ullus erit.
Delitiæ nostræ parvo stant denique casu,
Surgere namque potest gloria nostra nihil.
Nilq; deest aliud, nisi ut ipso corpore morbus,
Præcipiti frangat languida membra nece.
Si est fortuna Deus, precor hanc ut denique mecum,
Officium sistat jam sine lite suum.
Trudere quæ alta manēt, nimium est crimenq; supremū,
Vno ictu delens corpora vincta duo.
Simpliciter solum vivo sine pondere pœna,
Delitijs vivo solus amore mihi.
Atrum cor quoniam quo volvebatur ubique,
Lunæ orbe ut Solis lumine duco mihi.
Non alios video quos subdat forte Cupido,
Alterius formam pectore nempe premens.
Nilq; deest vitæ, quam complent gaudia mira,
Nec Deus at nobis commoda summa negat.
Vellem orbum fieri fortunæ munere cæca,
Amisso & gressu tangere nempe manum.

Nam si sede alta prorsus me trudit in imum,
Tunc me mors diro vulnere sæpe premat:
Tuncq; latus duræ telluris pondera sentit,
Et finem secum tunc mea vita feret.
Iste gradus vitæ morti sit consonus omnis,
Quo amisso mortis tunc fera bella placent.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, non perstant gaudia in orbe,
Quæ durent, possint nec dare quæque bona.
Sunt mea sola quidem, quæ nolo denique crescant,
Ast hæc ut durant, tunc mihi mente tremo.

ELEGIA VI.

NOn est cur dubites cæcum vel cernere posse,
Cum sine spe certi semper amoris amem.
Et nullum incuso, solum natura suprema
In me persolvit quod dat habere fidem.
Sentio delitias quas nescio vivere posse,
Si ad carnem spectant, cur quoque non saturant?
Si sunt forte animæ, cur infinita repellunt?
Si sunt compositi, cur mea non reprimunt?
Vult corpus, causamq; negat, sic totus ab ictu
Ingenti vexor, vulnere agorq; truci.
Quî fieri poterit ne transeat ipsa voluntas
In Venerem & totus ne sibi perstet amor?
Quid faciet Veneris spolijs ut nuder opimis,
Et caro lassa ruat, non saturata tamen?
Hoc certum est animam diffundi protinus ipsam
Delitijs cordis si his quoque læta jacet.

Has si ipsa ignorat, mixtas sibi præstat apertas,
Et partem corpus tunc sibi semper habet.
Has quia delitias solum caro suscipit ipsas,
Meq; omnem cogit his vel ut ipsa caret.
Delitijs Veneris si tandem sufficit uti,
Vel quantum cupiunt mollia corda sibi.
Etsi mens aliud secum quæritq;, movetq;,
Non tunc delitias, sed sibi damna vehit.
Tunc si forte puto non gaudia ducere mente;
Nil amor ipse placet, tunc bona nec Veneris.
Præter corda quidem degunt mea gaudia secum,
Illis vota manent, atque simul pereunt.
Sponte sua quidquid vel secum gaudia ducit,
Non hoc fallit amor fasq;, nefasq; movens.
Certum esse hic duxi mecum me ducere semper
In me vel vires semper ubique truces.
Has cunctis natura refert, donatq; vicissim,
Regina est multis, serva sed in minimis.
Sed nunc cerno quidem ostendi forte amplius illam;
Sensi ejus robur, sed sine mente quidem.
Ex quodam affectu Venus est ratione coacta;
Et volui quod agit vel sine jure meo.
Est habitus priscus quem certo nomine dico,
Vitam, & quam duco, cogit ubiq; sequi.
Gaudia forte quibus lætus jam vivit amator,
Est amor & cultum credere se esse simul.
Et dolor exoritur qui toto ex crimine amoris;
Et pœna hac nostro non fluit orta sinu.
Hic doleo tandem si nosco forsan amari:
Quod ne autem credam, denique cogo fidem.
Sed tamen exsurgunt mea longo vertice vota;
Gaudia ut accipiant vivere quæ ipsa queant.

Hoc corpus sentit quod mentis perstat in orbe,
Vt satur ex isto tunc valet ipse favor.
Quod Veneris capio quod sævi sumere amoris,
Vt me ipsum mirer semper ubique jubet.
Prosequor atq;odio,atque colo,præsto undique utrumque,
Nescio quídve sequar,sentio,quod nec erat.
Si verum est quidquid vel secum gaudia ducit,
Esse sacram Venerem,nam sua quisquis amat:
Sum vel amator ego,flammis his uror acerbis,
Non lucent,vivæ sunt sine luce sibi.
Cordi vita astat septeno munere vitæ,
Spiritus ut vitam protinus unus agit.
Vt primum in vitam cor surgit corpore ab ipso,
Postremum ex membris cor quoque tunc moritur.
Ex Veneris famulis cor solum quæritur unum,
Pars alia haud extat quam sibi quisque petat.
Cúmque amor ipse fugit,penitus pectusq; relinquit,
Tunc aliam Venerem temnit ubique sibi.
Corpus dimittit primum satur ipse supremè,
Quod primum voluit denique sæpe vetat.
Hoc est quidquid amor summa in fastidia cernit,
Ira autem cogit mittere amicitiam.
Quisve aliam Venerem ingenio decernet ubique,
Venturoq; nihil tempore forte probet?
Non erit hic judex rerum quas ferre nec audet,
Et fugere ipse putans dat sua colla jugo.
Nam cum vel Veneris sese diffuderit igne,
Tempus erit quando sit vel ubique nihil.
Et tantum trutinæ pars altera surget in altum,
Vt cerni haud possit si quid habetq; boni.
Vtque est major amor,majora & gaudia præbet,
Fundamenta urgent,magnaq; vota fovent.

Cui

Cui natura favet nimium Venus emicat intus,
Nec dubito quid agat corda per ipsa Venus.
Atque putans Venerem amitti, servatur & ipsa,
Nec scit quo perstat, quóve magis premitur.
Delitijs crescit, pariter tenuatur & idem,
Et damnis moritur, vivit & ipse malis.
Nec semper vario quoniam sub tempore gliscit,
Vis ejus minui cum sibi quisque putat,
Verum est vota sacram Venerem exornare potenter,
Nilq; ejus robur absque dolore mori.

Elegia VII.

O Miseri, quos terra tegit sub vulnere amoris,
Queis ictus diro corda cruore premit:
Et qui flammanti volverunt pectore Nympham,
Vos precor immemores denique ne este mei.
Crinibus effusis lachrymas effundite tristes.
Abscissis sinibus ducite corda nimis.
Vt me etiam auratâ vicit Venus alta sagittâ,
Qua cunctos multo vulnere vincit amor.
Vulnera sunt Veneris tribus ardua sensibus ipsâ,
Quæ quæ dimittit tristia tela docent.
Cogitur ast ictus sensu tolerare perempto,
Pœnam ictus veluti vulnus atrox fuerit.
E plumbo atque auro sunt quæ sua tela refundit,
Argenti & clarâ sunt quoque cuncta nive.
Quodq; suum mittit concussis sensibus ictum,
Diversa ut cuivis vis ubicunque subest.
Tempore præterito cum regna Cupido premebat,
Aurea mittebat tela supremus amor.

Meme disjecit, telum in me torsit & unum,
Quo perij, & vitam temnere constituo.
Talibus at telis multi periere vicissim,
Non habet, infligat quæ fera bella necis.
Argenti telis solum sua signa resumit,
Non ictus tandem cogitur inde mori.
Plumbea tela hodie toto jacit ipse lacerto,
Viribus haud horum diffluit ipse cruor.
Quare amor ut cernit sic tandem debile robur,
Arcum perfregit, gaudia sola manent.
Ad pacemq; vocat nec ficto pectore cunctos,
Quisque potest quoniam crine coactus agi.
Vtque illum fugiant, non est jam scandere turres,
Ejus nam robur funditus ima tenet.
Ecce at ego maneo morti, finisq; superstat,
Pax ejus substat, prælia dura mihi.
Si illa at pugnaret, per quam me depulit ictu,
Pace essem, & servus subditus ipse forem.
Pace omnes florent, bello solum horreo solus,
Cessavit quoniam bella movere Venus.
Vulnera me lacerant, non est mihi tuta medela,
Nam quam mente colo non mea damna dolet.

EPIGRAMMA.

STulte amor, inquirit qui vel tua gaudia cæca,
Falsa sede quidem vel sibi fundat opes.
Quare mens nullo lætatur numine secum,
Mens nisi verò quidem non amat ulla nihil.

ELE-

Elegia VIII.

MAjoris damni timor implicat omnia morte,
Venturum ut poßit pellere quiſque malum.
Et ſi mors etiam ſecum ut quid pejus habetur,
Qui illam perquirit æſtimat eſſe bonum.
Quod Cato *forte docet, faciliq; oſtendit ab arte,*
Vt libertatis ſe dedit eſſe patrem.
Inque aliis rebus quivis benè cogitur ultrò,
Præter mortis opus quod ſibi judicij eſt.
Eſt qui illam invadat, miſeri & ſub nomine torpet,
Oppoſita ut vitat dura pericla ſibi.
Eſt alius cordis divino numine plenus,
Qui propriâ mortem ſuſcipit ipſe manu.
Hoſtis ut in laqueos duros cadit ille potentis,
Pugnavit corpus robore conſilij.
Victoris ſtatuit vel ſumere nomina ſumma,
Corpúſque amittit, vincat ut ipſa anima.
Sub cruce Chriſtus *erat nimis ipſe potentior illis,*
Qui in mortem duram ſubſtituêre crucem.
Conſilium quoniam nullus mutavit in orbe,
Ejus nec mentis quiſque repreßit opus.
Qui corpus cogit non laßus permanet ipſe,
Mentem ſi nullo cogit ubique modo.
Vincit enim tantis qui ſecum viribus urget,
Mortis qui morſum non timet inde trucis.
Iam longæ vitæ perſentio gaudia multa,
Hujus nam vitæ munera temno brevis.
Atque dolor mortis proprijs fugit incita metis,
Vt qui jam mortis jura dat hic moriens.

Iam virtus vires secum quoque duplicat omnes,
Ejus cui virtus nomine firma manet.
Quavis parte tamen virtus ubi firmiter hæret,
Atque Deo solum supplicat hic anima.
Sunt quos cæca mori fecit, torpensq; voluntas,
Vt vano rerum nomine vita aderat.
Hos nil mors trusit, sed quos mens serva tenebat,
Ditarunt animam qui voluêre mori.
Et cuncta amittunt, infinitumq; notantes,
Quodq; Dei est nati vel sibi munus habênt.
Magna est utilitas veluti tot munera monstrant,
Quæ tali hunc vendi cogit amore sacro.

EPIGRAMMA.

ET metus atque dolor quemcunque offendere possunt,
Virtutesq; omnes quas sibi fert anima.
His qui forte carent hos gloria nobilis auget,
Hoc mundo & nequeunt vel sibi ferre mala.

ELEGIA IX.

EXtra se verò quis mentem intendat apertam,
Iudicio, vel si judicio nec adest.
Nesciet affectus proprio deducere sensu,
Quis, quantúsve manet si perit, aut agitur.
Quis sic stultus erit, qui vel sua propria ducat,
Nesciat ut pectus forte locare suum.
Venturumq; malum dubitat quo sentiet ore,
Nam tolerare quidem nescit ubique simul.
Sic ego namque miser possum vel sæpe vocari,
Namque odio, & diro vincor amore pari.

Sic jure injuſto ut toto vel pectore turber,
Horum quis primâ ſtet mihi ſede ſibi.
Quiſque affectus enim pectus conturbat & angit,
Pœna acri, & nullo forte dolore premar.
Alterius quoniam videor jam jure carere,
Demum tota mihi cauſa ſubacta venit.
Vt qui ſub pelago loca tuta tenere putavit,
Arte maris nimium noſcere cuncta probans.
Prætereą; artem autem toto tumet æquore tempus,
Quod ratio tandem poſſe fuiſſe negat.
Et pelagus ſulcat quod nullo tempore vidit,
Non illum tuto fert cynoſura polo.
Quidquid vel fecit, dixitą; relinquit ubique,
Naturæ & leges frangit ubique ferox.
Tempus præteritum ſi obſervo aut denique præſens,
Æſtimo magna mihi vota dediſſe Deum:
Et mentis renovaſſe modum, curſumą; tuliſſe,
Quà dubito ut veniat, nonq; venire ſcio.
Totus namque animus me dulci ſumpſit amore,
Nec mihi cum ſit amor quà ſit hic invenio.
Non dolor eſſet adhuc, nimium niſi forſan amaſſem,
Delitias memorat ſemper amore malum.
Vt ſpecularer ego, in mundi tot jugera veni,
Atque bonum meditans dulce & amoris opus.
Ejus cui noſtrum pectus, noſterą; Cupido,
Subſtitit, haud ejus pœnitet inde tamen.
Ne dicam jam ſcripta patent, jam dictaą; lapſis,
Geſta & amoris adhuc ipſe & acerbus amor.
Sunt ſecreta etiam variјs delicta ſub umbris,
Quæ mihi præſenti tempore cuncta nocent.
Iam jam noſter amor toto & finitus in orbe,
Brutali ſolum ducor amore nimis.

Hic animæ transit sub toto corpore leges,
Invitus veluti corpus & ipsa anima.
Sic novus est nobis hic peßimus undique sensus,
Ac nullo mecum tempore staret amor.
Jam mores Veneris diverso tramite currunt,
Et speciem referunt, falsaq; cuncta patent.
Nunc forte obscurè Veneris sacra munia dixi,
In me nam semper dulcis ubique habitat.
Ast aliam Venerem penitus deturbat honestas,
Uno ictu sensi quam sine lege mihi.
Sensi autem hanc Venerem quæ solum corpora complet,
Horis vel lapsis sumere sæpe animam.
Quisquis se admiscet, nec se, nec tempora servans,
Unde dolet luctu, tunc sua damna notat.
Gaudia nostra simul jam tandem sentio membris,
Vel quantum corpus se saturare potest.
Sed votum impellit me magna in gaudia semper,
Invenit & spinas quà putat esse rosas,
Est qui ut servus adest, vel munere fungitur apto,
Qui si esset dominus, esset ad apta nihil.
Sic amor aptus adest, humili si sede remansit,
Peßimus est, tentat si variare bona.
Sicut qui lembo quærit per flumina pisces,
Cui pleno semper vita labore subest.
Ast ut opes capiat pelagi subit antra furentis,
Æstatis sperat nec sibi forte moram.
Sic vilem qui forte colit, servatq; puellam,
Et quæ membra jubent ipsi placere probat.
Si vel plura cupit secum, fugeat ipse
Et si audet, Nilo tunc sua cuncta neget.
Ille amor est vilis, toto & sub tempore turpis,
Qui nec delitias fertq; capitq; memor.

Sæpe

Sæpe brevi volitant secum sua gaudia cæca,
Et civile bonum crimina quæque vocat.
Qui colit at corpus, qui animam tèmnitq; secatq;
Clauso oculo, & clausis auribus hic jaceat.
Cor reseret secum, sensusq; occludat ineptos,
Si id non præstat enim deperit omnis amor.
Hic amor at vires minuit, roburq; repellit,
Si qua damna tenet, semper habere probat.
Semper amatorem toto confundit in orbe,
Et quem tèmnit adhuc tunc amat ipse nimis.
Turpe simul, pariter semper sibi servat honestum,
Hoc cernens, quis non corde stupebit adhuc?
Quæ vel non dubitat secum vel cæca puella,
Num sub amore simul forte erit ipsa tamen?
O infelix nimium qui turpes diligit artus,
Invitusq; studet vertere de vitio!
Casum infelicem observat pro munere fausto,
Sed non prorsus enim stultitia hunc reprimit.
Nam saturare famem scit nunquam posse pudore,
Vt largè aut fundat, præbeat atque nimis.
Ejus nulla quidem jam subsunt dura palato,
Vel quæ ramo alto dulcia poma putat.
Non alium incusare queo justísve querelis,
Delitiæ sunt quæ me lacerantq; mea.
Invenior vinctus quin vel cognoscerer ipse,
Non etenim jam me semper amare placet.
Vt sine mente adsum cunctis sine sensibus idem,
Continuus nostro stat mihi corde dolor.
Sum divisus enim, ac serra totusq; secarer.
Si vinci studeo sanguine corda carent.
Audivi ut Petrus fera crimina solveret ingens,
Atque daret veniam turpibus ipse viris.

Errores voluisse Deum & committeret acres,
Integra mi ostendit, fracta futura sibi.
Sic mihi cuncta Deus summo permisit amore,
Illam ut amem quam vix dicere forte queo.
Nullis ne poßim jactari denique rebus,
Surgere & in quemvis quem sibi vexet amor.
Me vidi toto manifestè corpore scindi,
Certa mihi nunquam vel fera pugna fuit.
Corpus sentit enim consuetos pectore sensus,
Atque animæ horrisonum stat nihil inde meæ.
Grata, ingrata simul mecum viuntq; sedentq;,
Atque humili, atque altâ stant mihi sede simul.
Spiritus aßiduas secum fert pectore noxas,
Et membris gratum vel nocet inde nihil.
Non aqua tuta subest, qua extinguam pectore flammas,
Vel si etiam proprius fortiter esse volo.
Sensusq; atq; oculus defendunt robora flammæ,
Illa latet nimium quæ mihi damna refert.
Quæ audio ferventem converto semper in iram,
Et me sive horrens, & mea temno quidem.
Vt pectus video nil tali ardescere amore,
Quem quocunque die denique nemo probat.
Vt qui forte caput calido sibi devehit igne,
Et corpus lecto collocat in rigido.
Illi hæ delitiæ pœnam non denique tollunt,
Imo & solamen non habet ipse sibi.
Sic ego dum nostram devolvo mente puellam,
Magno hæ delitiæ sæpe dolore furunt.
Antiquum & damnum sunt mi nova damna furenter,
Et me contemnit, nam Venerem haud quatio.
Ignis membra urat, fumus volet æthera summum,
Damnatos subeat ceu Lhyma tuta sibi.

Le-

Lethæum & fluvium percurrat spiritus ipse,
Vt nil mundi hujus jam mihi mente putem.
Nam pro delitijs durus dolor horret ubique,
Et supra sensus diligo damna meos.
Delitiæ nostræ fato solvuntur in orbe,
Et doleo donec comprimo delitias.
Quantum ut forsan amor votis sæpe ardeo magnis,
Est dolor immixtus utque calore rigor.
Quod verè esse nequit, propriumq; intelligo crimen,
Et casum fugio, pejus & inde sequor.
Vultum ejus vidi, formosi & corporis artus,
Vidi hanc absque ullo quemque tulisse lucro,
Vt magis ipse & amo sic implicor ipse dolore,
Hoc voveo, ut rapiat vel sua membra leo.
Quantum mente puto damnis me complicat atris,
Et sine mente quidem gaudia nulla manent.
Vt bos delitias sub nostro pectore sumo,
Vt sumo has damnis sæpius invenio,
Quantum lætor enim nostro & jam gaudeo corde,
Hujus delitiæ nascitur ipse dolor.
Nam puto mixtam alio forsan venisse labore,
Venturamq; iterum, sum nisi forsan obex.
O amor, in tantam cur crevit culminis arcem,
Ipse amor ipso odio semper ubique simul?
Quam vel amo totis contemno viribus ipse,
In me est quam vellem quàm citò forte mori.
Nunc verè inspicio naturæ prælia cæca,
Quæ corpus rapiunt, & rapiunt animam.
Hic fastidit enim quod quis dulcedine mordet,
Dulcia quæ hic sentit, ille & amara vocat,
Sicut qui stulto correptus pectore, & acri
Aurum, aut ex plumbo vertere posse putat.

Delitiæ Veneris penitus perduntur iniquæ,
Si quis ſcire audet quam colit, & quid amat.
Si hoc ſcire horreſco, nimius dolor artubus hæret,
Namque coli haud credo me nec amare ſimul.
Qui vel amat nullo vivit lætamine mentis,
Si quam forſan amat non ſua jura probat.
O ſacri amatores, quibus eſt amor aſpera noxa,
Iam veſtras tandem ſæpe dolete vires.
Cernit & unde venit Venus, & quà fervida tendit,
Eſtque ubi ſi miſcet prælia pace ſimul.
Hoc ſi jam noſtis, nulli credetis ubique,
Atque minus Veneri quæ ſibi falſa patet.
Quæ eſt levis & fragilis triſtis ſub corde puella,
Cui ætate in mediâ maxima friget hyems.
O ſacri amatores, proprio cernetis amore
Delitias grandes quas amor ipſe refert.
Tempore ſæpe brevi in pœnáſque hunc vertere diras,
Dum ſine triſtitia gaudia nulla patent.
Vota etenim gignent ſemper faſtidia cæca,
In Venerémque ibunt ſemper ubique pedes.
Delitiæ turpes in gaudia maxima ſurgent,
Cúmque ira ardeſcet, tunc amor acer erit.
Non ſic quiſquis amans intelligat iſta viciſſim,
Vel niſi ſit ſapiens mentéque multa probet.
Hic quoniam ſpectat mutari corporis artus,
Et corpus toto corpore velruere.
Vota premit ratio, totis & juribus urget,
Nec votum menti promptius obſequitur.
Solum pacis habet divina munera ſumma,
Qui Veneris ſicut beſtia ſentit opus.

ELEGIA X.

Vt navis rapidis vexatur in æquoris undis,
Iam regimen fundit, jam quoque vela cadunt.
Oppositis venti discußi flatibus inde,
Nautæ mente carent & fera damna timent.
Quisque suas artes vel toto robore tentat,
Et quidquid mentis tunc habet inde locat.
Paßibus hic centum distare ab littore vellet,
Alter sic longè quàm quoque ventus aget.
Noster amor, pelagus rapidum quo sæpe cucurri,
Iam periit, poterat nosq; juvare semel.
Iam ratio toto cecidit de pectore fusa,
Est adversa etiam mens malè sana mihi.
Nec mea vota quidem tandem proba sumere norunt
Aut mortem aut vitam quæ sibi sit melior.
Vtitur arte autem mecum natura suprema,
Et mortem sumit sic mala ut effugiat.

EPIGRAMMA.

Prudens, nemo potest vitam, & tolerare dolorem,
Quin spatio quodam sit sibi vita simul.
Votum nempe meum in damnum convertitur atrox,
Dixisse ut memini qualiacunque tibi.

ELEGIA XI.

Torreo, si esse potest, vel jam mea damna precari,
Vt penitus dirè jam mea membra doment.

Tem-

Temporis at ſpatium tribui, peto denique ſolum,
Horum ut jam poſſim dicere forte mala.
Si in ſe forte redit ſub toto roborepectus,
Nullo & turbatur mens quoque jure mihi.
Noſcet qui Veneris vel neſcit munera ſæva,
Et Venerem atque iram ſemper ineſſe mihi.
Vt dubitat cæcus ſemper noctemq́;,diemq́;,
Illi qui cernit ni dedit indicium.
Ex Venere atque ira dubito quis forte ſuperſit,
Hoc dicent,cingunt qui mihi forte latus.
Immensè exopto ut perdat me ſæpe Cupido,
Eſt quoniam diri jam mihi cauſa mali.
Viribus atque ſuis nequit ira,Cupidinis arcus,
Me facere ut toto frangere corde queam.
Si at noſtris damnis eſſet vel certa medela,
Gauderem,quoniam linquere & hæc cupio.
Me tua facta movent te ut ſemper deniq; temnam,
Nec facere id poterant dum tua jura gero.
A te ſejungi nequeo vel viribus ullis,
Dum te mente fero ſtat magis ipſe dolor.
Cúmque gradum vitæ prorſus mihi cenſeo noſſe,
Vt ſtultus nimium tunc cado ſæpe miſer.
Non eſt ſolamen quod ſit vel forte medela,
Si alter amor tandem nomine ſtatq; novo.
O amor,antiquum vulnus curâ inde recenti,
Aut hoc me totum denique coge premat:
Et quo ſit damno pectus circunſpice noſtrum,
Ædibus haud mereo,tale cubile, tuis.
Qui vivit,qui te donis affecerit altis,
Sic eſt hic humilis ne ut ferus eſſe queat.
O utinam mecum vel pacis jura vocaret,
Aut mortem in duram deferat ille memor!

Inspicio quid, si esse potest, sit durius usquam,
Vt Veneri, atque ira credere velle truci.
His dominis cedens nimium jam quisque laborat,
Vtq; hostes nimium se statuêre sibi.
Quando uni placeo, furit adversarius alter,
Servire æquali nescio jure quidem.

EPIGRAMMA.

STulte amor, est verum si tandem forte juventam,
Causam esse ut totus subderer ipse tibi.
Si nec forte potest me hoc mundus ducere dono,
Omne placet senium quod mala cuncta refert.

ELEGIA XII.

TEmpore si quodam injustè fudi ore querelas,
Curans ut pectus damna meum premerent.
Non dubito læsâ tunc forsan mente fuisse,
Præsentiq; illud constitit & melius.
Nam vota exhausi nullo lenimine cordis,
Quod saturari unquam non vel in orbe potest.
Et minus ut Veneris sequitur sua commoda blanda,
Tunc pœnis plenum censui inesse magis.
Delitias fudit tunc nostri insania cordis,
Nam volui majus quam tenet illa bonum.
Si quod forte potest possem cognoscere mente,
Nec temni posset sic malè noster amor.
Vt navis quàm ventre potest non plurima sumit,
Vt plena est tandem fundere cuncta licet.
Sic mens delitias vel nullas suscipit ipsa,
Vis nisi quantum ejus ducere forte potest.

Sic

Sic etiam auditum, vel visum quisq; resumit;
  Et robur tota deniq; mente perit.
Excessu ut magno vis tota effunditur ipsa,
  Tantusq; est, sensus mens ut & ipsa domet.
Sic qui aut exoptat vel plurima gaudia secum;
  Hæc ab se ducit, nec sua quærit ibi.
Non sine damno acri sentiri gaudia possunt,
  Si & partem sumit ut dolor ipse magis.
Non solam mentem sic sensu continet ipso,
  Sunt namq; excessu gaudia sola sibi.
Instrumenta negat, quare nec robora mittit;
  Excessum ut nullum vis sua nulla jacit.
Non est corporeum quodcunque intelligit ipsa;
  Et pleno sensu judicat ipsa simul.
Ast ut se in varias demittit denique partes,
  Mentem permiscet nec minus illa tenet.
Magnus amor mentem penitus vincitq; premitq;
  Me ignorare scio dum magis ardet amor.
Lætitiam sumpsi, supra omnes adfui amantes;
  Delitijs gaudens quas malè vendit amor.
Non amo nunc, magno sed contabesco dolore;
  Solum hunc nam nullo cerno venire modo.
Gaudia vel quædam mortem mihi dura dederunt;
  Nemo scire potest quæ mea tristitia est.
Gaudia non solum quondam jam dulcia sensi,
  Sed mortis sensi nullaq; damna mihi.
Perdere nec mundum memini, nec gaudia summa;
  Sic sine felle quidem dulcia mella tuli.
Delitias mittit vel qui illas perdere censet,
  Et magis infaustam si timet ille necem.
Mente ego persensi tandem tot damna suprema;
  Horreo, quis tandem gaudia sumet adhuc?

Quis me sic vel amat demum soletur ut ipse
 Quod mundi tristis gaudia perdiderim?
Suntq; mihi similes qui jam cecidere vicissim,
 Et qui non cecidit quàm citò & ille cadet.
Lugeo me solum, quisquis sua lugeat atra,
 Et si hoc damno alto parva medela subest:
Amitto corpus, nec perstat spiritus ipse,
 Quod si non facio durius ista fero.
Cuivis dico quidem quod summ. profero cœlo,
 Me tentare nihil quod secet ingenium.
Gaudia quæ semper sibi pectora denique cogunt,
 Atque amor haud temnit ceu sua tuta bona.
Sæpè coli cupio à pulchrâ, magnáq; puella,
 Quâ notá demum gaudia temno simul.
Delitias sensus sperno, nec separor illis,
 Ast animæ ad tempus sæpè coactus agor.
Non amo nec possum pariter vel forsan amari,
 Nec dici poterit si esset id aut quid erit.
Est gradus esse senem Veneris vel numine tactum,
 Tempore si lapso forsan amavit item.
Me Iovis observet, mortis me & pondere fundat,
 Ne prius huc redeam quà mihi vita ruit.
Et quia dimisi quod me dimisit amore,
 Nec placet hic finis, nec media ipsa placent.
Ex stultis factis, fraudem quæ sæpè dederant,
 Quis mihi jam tandem debet inesse stupor?
Vtq; ego mente puto, atque hæc jam mihi pectore volvo,
 Vanos vel juvenes semper amore voco.
Quid faciet quem nullus amor recipitq; vocatq;
 Est quia corde senex frigidus ipse nimis?
Thuria sub tali casu nos sevocet omnes,
 Illo, atque his alijs stat sua stultitia.

In Vene-

In Venerem nequeo vires protendere nostras;
Namq; brevi cunctas cogit ubique mihi.
Atque meam mentem propria sine sede reduco;
Internam sumo, defero & exterius.
O mens, forte bonum nullum jam denique defer,
Aut jam præsentis robora mitte boni.
Nec tu ocule aut studeas vel quidquam cernere tandem;
Et sine te sensus jam mihi nullus erit.
Nil valet ut quidquid demum deducere tento;
Et placet hoc vellem jam placuisse nihil.
Si quæ fortè placent possum depellere tandem;
Delitijs patiar nullibi velle frui.
Me linquat, qui forte negat vel commoda quæque;
Si modo non lædit tempore vis aberit.
Non faciam quod turpe mihi, si præsto, manebit;
Tempore at hoc robur semper ubique cadet.
Deprecor ut robur sedem mutétque, locumq;
Non cordis, quoniam stat locus huic proprius:
Quod non illi hæret mutet; linquatq; vicissim;
Quod culpa amisit hoc sibi semper agat;
Delitijs pravis voluit sine lege nutriri;
Nam cera molli mollior invenior:
Et tanto nostrum cogit lætamine pectus;
Ut tollat quantum si facio inde manet.
Si quid feci autem quod recto nomine perstet;
Affectu solo conficere hoc studui.
Si ratio verò hoc saltem fecisse probabit;
Mendax ipse mihi semper ubique fuit.
Affectu motus turbato pectore venit,
Aut nihil evênit non nisi fortè parum.
Ut qui se, laqueo, mundo, tristi omine, demit
Affectu, qui illum vicit ubique ferox.

Qui virtutis habet nullam sub pectore formam,
Quidquid agit secum passio sæva premit.
Omnibus in gestis dubios dat mente furores,
Temporis atque ictu statq; fugitq; dolor.
Quemcunq; affectus tandem dimoverit atrox,
Nil faciet tutus quo sit in orbe sibi.
Si evenit at casus, qui vel persistat in illo,
Principium finem clauserit inde nihil.
Delitias aquas nulla hic jam tempora lædunt,
Semper virtutis prompta stat hic satio.
Usu in perfecto semper rationis inhæret,
Nil nocet aut sterilis sit polus, aut pluerit.
Gaudia prava quidem tempus læditq; premitq;
Nec vel fortè sat est, sive sit hoc stabile.
Hoc quoniam quisquis stabilis sibi debet inesse,
His nam delitijs sunt sua damna lucrum.

EPIGRAMMA.

O Mulier, cui nempe Deus vel Filius extat,
Natum ceu mater alloquere ipsa tuum.
Dic illi exilium mihi sit nunc protinus orbis,
Nec pro plumbo atro pulchra metalla sinam.

ELEGIA XIII.

Non timeo laudes me forsan vincere posse,
Illum tum laudo quem polus ipse beat.
Sit decus æternis servatum viribus ejus,
In queis perfectum est quidquid in orbe patet.
At nisi naturæ mecum vel robora subsint,
Tunc timeo noceant vel mea verba quidem.

Ejus dum famam vel linguâ persono totâ,
Ut decet atq; ejus sæpè ferunt merita.
Invidus officio proprio sæpè inde quiescit,
Illi nam similis vix stat in orbe comes.
Quisq; illum meditans justum se prædicat inde,
Atque sibi tutum scindit amoris opus.
Sic sunt in tali virtutis munera certa,
Ut qui hæc non cernit, hunc tenet ira gravem.
In medijs currit, nulla hic recalcat extrema
Sub divis, illi, vis sua vita fuit.
Utq; Iovis vidit prælongos deniq; honores,
Quos Domini magni constituere in eum.
Contemnens mundi vel regia jura superbi,
Iusto homini promptum contulit ipse sinum.
Imperium ut brevius deferret nobile mundi,
Hocq; habeat nomen nominis indicio.
Namq; homine est quovis justus sapientior unus,
Et certo hoc titulo jam sibi nomen habet.
Atque ideò cunctis semper se ostendit ubique,
Quem monstrant, sumunt qui quoq; monte boves,
Hic est qui in teneræ sub dulci flore juventæ,
Illos excedit quos sacra Musa colit.
Armatosq; viros toto detrusit ab orbe,
Atq; ejus pressit multa, potensq; manus.
Vel quantum exequitur sub magno robore virtus,
Pectore tunc fœlix præstitit illa suo.
Defectus Vatum sub toto subjacet orbe,
Qui verbis tollant inclyta gesta suis.
Quos dulce eloquium divino pectore ditat,
Auris lenimen vix capit ulla suum.
Hujus Martigenæ toto tuba personat orbe,
Et quos Indus habet concutit illa sono.

Quos Aquilo servat, sonitum sensere refusum
Tartarus, occasus, quos tenet atque oriens.

EPIGRAMMA.

ILle insanus adest hominum qui judicat artes,
Ut fortuna illum ducit, agitq; simul,
Quidquid & arbitrium non format motibus ipsis,
Non est culpa quidem si vel ab hoste fluunt.

ELEGIA XIV.

IUdicium quoniam nobis aufertur ubique,
Mors ideò tantum non fera sæpè nocet.
Ut pugna est ingens quam quisquis pectore ducit,
Qua pectus toto labitur orbe simul.
Quis crudelis erit qui me non lugeat ipsum,
Qui tot sub forti pectore damna tuli?
Non me vincet enim cuncti sapientia mundi,
Ut credam damnum fortius esse alibi.
Sed nequeo culpare meos sub pectore sensus,
Nec gratis possum robora habere mihi.
Sed malefacta quidem sub magna protegit arte,
Utq; hæc invenio non mea carpo tamen.
Hostes sed gemini quos mecum denique duco,
Ira, & amor mecum turpia bella movent.
Ira ab amore tenet quæ secum jura reducit,
Ergo quî poterit vincere jure suo?
Percupio semper nostros abscondere casus,
Et morior donec forte patere queant.
Utq; hos non video, ut videam sensu ardeo toto,
Si accedo propius stat stupor inde ferox.

Semper

Semper amo, damnúmque ejus sub pectore plango,
Nec mihi quod placeat mens mea forte refert.
Velle mori res magna quidem, & mihi nobilis esset,
Me dolor ipse necet, me aut mea damna sinant.
Quantum cogit amor me illum memorare vicissim,
Ira est postremo quæ stat ubique loco.
Sensibus atque meis quid primum, nescio, substet,
Sic subitò video facta perire mihi.
Effugere haud possum mentem si denique perdo,
Sic nullus Veneris jam mihi sensus erit.
Lætitiam conferre nequit mihi forte Cupido,
Quin ira effundat tot mihi damna simul.
Auxilium quod forte juvat, prodéstque supremè,
Illi quem toto pectore adurget amor.
In fera damna mihi tandem convertitur omne,
Et geminus mecum prælia conflat amor.
Si vel amo, ignoro, lætor sine amore potenti,
Mixto ira exsurgit semper amore furens.
Hoc si ipse ignoro, dicat qui noscet ubique,
Et dicat si sum forsan in orbe modò.
Fœlix vita subest cui sunt lætamina vitæ,
Cum videat proprio semper amare sinu:
Non at amatorem spes fallat denique parva,
Lætaturque videns quæ bona prætereunt.
Hujus delitiæ non est mihi grata voluptas,
Pro damno morior stat mihi ut aptus amor.
Me me & dilato ut possim mea cernere tandem,
Ejus amor nobis tunc fera damna vehit.
Si diversa quidem quis jam mea carmina cernit,
Hic sciat injusto corda furore premi.
Sæpè brevi quisquis secum me cogit & arctat,
Sed secum omnino ducere nemo potest.

Me linquant omnes superet quicunque vicissim,
Aut tempus pectus vincat ubique meum.
Audio dici equidem nimium sibi sæpe nocere
Vitam, dum longo tempore si ipsa deest.

EPIGRAMMA.

SI video Venerem, dicam illi deniq; jure,
Non mihi quæ merui fortè dedisse bona.
Diceret illa quidem, Nequeo tot jura subire,
Mentis nam perdo jura subacta mihi.

ELEGIA XV.

CUr queritur damnum qui quærit, & invenit ipsum
Ergo meum pectus ne querere inde magis.
Luctus namq; tuos nequeo tolerare fluentes,
In vestemq; ictus suntque furuntq; meam.
Robur habe, pejus quoniam est tibi cedere morti,
Hæc quia sidera agunt fer tibi corde tuo.
Illa etenim nimium torquent tua grandia jura,
Ne credas cuiquam mittere posse nefas.
Ante orbem fortuna fuit tua pessima, & atrox,
Namq; Deo casus substitit ipse tuus.
Atque hoc scire Deum non dura pericula cogit,
Majora ut subsint vel graviora simul.
Si nihil est aliud quàm quod scit Iuppiter altus,
Solum quæ tarda est, est inimica tua.
Quam tu forsan amas, cerne an sit forsitan hostis,
Hastam fert equidem, non vehit at clypeum.
Illo forte die in pejus sine limite labar,
Nam vel dum moriar gaudia cuncta cadent.

Delitiæ-

Deletiaq; aliquæ non à me longius ibunt,
Harum multoties sumpsi ego & auxilium.
Quî fieri poterit sub tanta pericula labi
Omne bonum certa suspicione necis?
Robur sæpè meum sub quovis tempore languet,
Nec mens promittit jam mihi tuta bonum.
Ut me durus amor petijt, torsitq; sagitta,
Ante ictum, damnum constitit omne prius.
Uncta fuit grandi nimium dulcedine vitæ,
Secum & ducebat dulcia mella mihi.
Non mihi consilium substet nisi munere vitæ,
Nec placet & mortis noscere fortè diem.
Hæc quæ in me cernet casus sub amore supremos,
Ante ipsum risum fundet item lachrymas.
Humana in sede non te jam cerno sedere,
Te stultum quoniam quisque subesse putat.
Cur ergo credis mentis tibi mittere lumen,
Ut mortis laqueis cernet inesse trucis?
Mors tua vita tua est pariter vel semper in illa,
Quæro ergo an vitæ vel dare jura volet?
Hoc sit consilium ut solum tua commoda noscas,
Nunquam mente colis, te quoque forsan amat.
Si jam prorsus enim poterit mens nostra perire,
Sive gradus vitæ spes mea & ipsa simul.
Mortem conspicio trutinæ sub pondere vitæ,
Consilium est ipso deniq; fine bonum.
Naturæ vires nemo dimittere debet,
Hoc homini proprio denique jure datur.
Ut bona percupiat toto & mala noscere corde,
Hoc ergo studeo semper habere mihi.

EPIGRAMMA.

SEmper amatores hac re Venus evehit altos,
Securum ut possint ducere nempe nihil.
Firmus amor non est ubi cæca est ipsa voluntas,
Ergo securum nil erit inde simul.

ELEGIA XVI.

IN junco nodum quæsivi sedulus ipse,
Et non in scirpo denique nodus adest.
Nam Venere in turpi quæsivi gaudia justa,
In vano & certam nunc quoque corde fidem.
Lætari & volui Veneris dulcedine summa,
Et nullo tristem pondere adesse mihi.
Multum quisquis amat nihil excusabitur inde,
Vel sit quàm Salomon doctior ipse sacer.
Non solum id volui mentis submittere juri,
Sed factis studui tangere sæpè meis.
Hic amor æternis quærit meditamina curis,
Et si quid quovis tempore censet homo.
Facta proba & Veneris contrectans turpia facta,
Hos hostes sensi semper adesse feros.
Nec satis hic doleo tempus quod currere vidi,
Mansi mente mea dum status hic placuit.
Nosco equidem vel si factis non detego nostris,
Hanc Venerem quoniam non mihi linquo sacram.
Vix etiam doleo, quamvis dolor artubus hæret,
Si vel amo solum sufficit ira mihi.
In primo jam forte gradu sub crimine substo,
Nam sceleris dubius nunc mihi sensus inest.

Ad

Ad tempus mea vota ardent, pectusq; percurrunt,
Mittere & illa volo, delitiasq; suas.
Vellem labi equidem nullo conamine nostro,
Sed casu ut veniat jam mihi forte labor.
O utinam aut pauper, vel morbis obrutus essem!
Si jaceo, carpi deniq; posse scio.
Si ratio in Venerem divinis ducitur armis,
Me illa conspiciet fundere facta proba.
Non mihi robur adest quod me vel pellat ubique,
Nec mentis celeres praterit inde vices.
Gaudia non crescent numero, aut sub pondere magno,
Sunt pauca & solvi vel sine lite queunt.
Non spem, nec tempus, nulla aut fastidia temno,
Sed mihi jam toto pectore finis adest.
Illis esse nequit factis, Venerisq; furore,
Quem qui forsan amant undique semper agunt.
Auxilio hoc surgit, mentis volat incitus alis,
Et vita est illi quo magis ardet amor.
Si sine principio possem pertingere finem,
Quo vel amatores tollit in astra Venus:
Sive in delitias amissa mente vel ipsa,
Non dubito Venerem noscere posse odium.
Sed quis vel possit lætamine ducere vitam,
Ob Venerem si ejus non sibi sentit opem?
Non amo nec tandem possum vel forsan amari,
Nec ratio tantum negligit ista sibi.
Non Venus ast animum propriis domat ictibus ipsum,
Sed votum donec sum memor ipse mei.
Utq; puto tandem semper discrimina rerum,
Inter me & Venerem prælia cerno fera.
Non vel amari equidem demum satis autumo mecum,
Vel si corda premam gaudia nulla fero.

Sed dubito tandem quid possim inducere menti,
Si esset amor, forsan debita susciperem.
Vt qui mente putat, sensu & meditatur aperto,
Quid sit homo, hunc reperit vel Iovis esse & opus.
Et quia facta ejus nimium speculatur in orbe,
Negligit in mundo se quoque inesse hominem.
Cogito & ut Veneris naturam, & robora magna,
Gesta & quæ menti jam mihi sæpe manent.
Lætor enim ut potui transire Cupidinis arcem,
Extremis proprijs queis gravor inde nimis.
Non bene percipio quæ conflat damna Cupido,
Namq; alia haud potui corde referre bona.
Carcere qui vixit sub primo flore juventæ,
Aut exire dolet, nam manet illi habitus.
Arbitrium nequeo penitus depellere certum,
Et si amor ipse jubet non dare & obsequium.
Quantum & dilexi, quantum esse in amore putavi,
In me haud invenio deniq; posse dari.
Ædibus ex Veneris certâ tandem exeo portâ,
Atque aliâ redeo jam pedibus laceris.
Nec puto jam satis esse mihi vel forsan amari,
Semper amare placet nec cado spe penitus.
Ille ego sum turpi qui jam nutritur in arte,
Scit, nescitq; simul protinus esse malam.
Et sine delitijs habitus non linquitur ipse,
Hoc atque armatos comprimit inde viros.
Facta mea ast oculis conspecto denique cæcis,
Non claro siquidem lumine conspicio.
Damna mea agnosco, sed non dolor inde resurgit,
At cor non sentit, sed dat ubique fidem.
At quantum studeo Venerem ut de pectore pellam,
Hæc mala & ipsa simul, me simul ipsa sinunt.

Hanc

Hanc si forte sequor, memor adsum sæpe doloris,
Et justæ vitæ tunc bona commemoro.
Ut qui dæmonico turbatur pectore tandem,
Nempe Deum haud noscit, nec decus ipse videt.
Est ejus quoniam qui ejus premit undique vires,
Et redit in mentem post sua damna suam.
Utq; amor effectus vehementer comprimit artus,
Nil ratio vincit, nec mala quæ ipse vehit.
Ut Veneris puram meditor sub pectore partem,
Lætor si nimium me quoque corde levat.
Ut visus lumen prorsus deperditur ipsum.
In tenebris cæcis ut magis astat homo.
Sic amor ipse perit, vires ni exercet avitas,
Et facta, assuevit quæ nimis ipse sequi.
Quare amor in sola persistit mente repostus,
Nam liqui longo tempore facta sua,
Gaudia nostra dolor nullo certamine turbat,
Nec spes ulla quidem lenit ubique levis.
Dum Venerem toto non pellam pectore dulcem,
Nil dubito vegetam crescere posse magis.
Nec nisi magna quidem nascetur frondibus arbor,
Córque illi est quoniam commoda terra meum.
Sedem habet & mecum qua tandem surgere tentet,
Expectans tempus quod sit & utilius.
Sufficit ut mentis vel sensus occupet ipsos,
Hoc habitu assumpto quem si agit inde & erit.
Quando in distinctis Venerem modo profero verbis,
Hoc pateat cunctos quod sine fine ligat.
Non quod at Angelicam naturam viribus urget,
Nec quod bruta premit quæ ratione carent.
Hic amor est hominis proprio vel nomine dictus,
Naturis geminis mixtus ubique subest.

Turpis & est pulcher veluti cui fortius hæret,
Utq; est vis ejus non nisi mixtus adest.
Si in Venerem jam totus amor finitur & instat,
Tunc est dictus amor, nomina fine tenet.
Si in corpus tantum totus deducitur ipse,
Bruti amor est itidem: namq; ibi cessat amor.
Utq; anima est secum bona vel mala tota vicissim,
Ut ferri, aut chalybis semper habet speciem.
Talis amor sequitur naturam corporis omnem,
Vimq; trahit veluti stat sibi natus honor.
Nil sine respectu prudens homo suscipit ullus,
In genere est brutis insitum & arboribus.
Sensu bruta quidem superant sæpe arboris artus,
Atque hominem ratio vincere cuncta facit.
Vota ergo ratio qua non sibi miscet aperta;
Non hæc sunt hominis vel sibi ducat homo.
Atque est tantus homo quantus ratione nitescit,
Aut quantum hæc homini est longius, aut propius.
Non amor æquali sic pendet lance supremus,
Quin multum, aut pariter decidat ipse parum.
Corporis at votum sibi subtrahit omnia fervens,
Aut anima in se ipsam se sibi parte vehit.
Sicut & in membris unus sæpe eminet humor,
Qui non est unus nec simul æquus adest:
Tempore sed quodam sedes mutatur in ipsis,
Sic amor in nobis jam loca semper habet.
Sola anima ut non esse potest sine corpore toto,
Vel quid agat secum, vel sibi formet opus.
Nil homo nempe facit quod non communiter instet,
Ut facti partes sæpe manent similes.
Abstractum, corpus, nil secum suscipit unquam,
Spiritus & temnit undique materiam.

Illis jun-

Illis junctus amor qui est dictus nomine mixtus,
Ejus nomen habet cui magis est similis.
Non causa est Veneris mens pura concita luce,
Sed votum secum quæ sibi bruta gerunt.
Sic igitur Venerem sumunt sub sensibus ipsis,
Ingenti voto, quod movet in rabiem.
Quisq; videt multum non hoc durare vicissim,
Hanc autem Venerem quisque scit inde nimis.
Nonnulli, atque alij hanc norunt velut hæc movet ipsa,
Vnde inclinato corde sequuntur eam.
Si excessum in magnum votis homo surgit obortis,
Tunc corpus vires cogit ubique suas.
Vtq; est sic tandem vel semper amabile perstat,
Sic tantum dulcis pondus amoris habet.
Vel minuens, crescens, mutans, solvénsque vehensq;
Apta petit, deinceps quidquid & hostis adest.
Hoc veluti mentis vertatur numine puro,
Tempore vult ut homo, utq; Angelus, utq; animal,
Vtq; actu non flamma extat sub pondere ferri,
Est opus at totum tunc nimis absque opere.
Et magis ignem etiam fervens calor excitat omnem,
Qui ni in ferro esset, non calor esset ibi.
Tempore perstat amor sicut defunctus ubique,
Sed vivit surgens totus & ipse patet.
Unde habitu perstare patet sibi sæpe reducto,
Sæpè ad opus, simili motus ubique suo.
Non elementum autem est simplex elementa resumens,
Diverso est mixtum namq; elemento aliquod:
Alterius minimum sibi sed tamen accipit ipsum,
Quod vix est possit qui hæc quoque nosse sibi.
Sic amor est simplex qui non factum evocat ipsum,
Est sensus quoniam tangit & inde animam.

Pars aliam superat, cuncta & dicuntur ubique,
Quæ nempe est melior, quæ quoque non itidem.
Ut quem forte via quisquis speculatur in ipsa,
In qua turris adest & quoque villa potens.
Arma movent, truduntq; illum vel robore misso,
Est ubivis major, nec ferus arma timet.
Sic Venerem mens nostra quidem pellitq; movétque,
Ex facto in factum mittit & inde foras:
Donec solo habitu mentis sub corde supersum,
Namq; amor ut velox sæpè viator abit.
Ut stultus Regem se judicat, altaq; jactat,
Donec se Regis noscit habere nihil.
Et nihil ignorat sic toto pectore cæcus,
Ut Regem forsan se tamen esse putat.
Sic amor oblectat me sola mente coactum,
Donec jam tandem me violare puto.
Quam prius at Venerem me cogito amare venustam,
Est mihi dum speculor quæque puella stupor.
Sicut avarus enim per se sibi diligit aurum,
Nilq; videt sumptu quod sibi forsan amat.
Séque ipsum cogit, nec ait sibi sumere nummos,
At casum ignorat nec putat esse sibi.
Sic amor haud video quid nobis denique prosit,
Tunc placet ut finem ne mihi adesse putem.
Nec spero, aut animam sat erit spondere vicissim,
Sæpe horum in medio degere nunc studeo.
Semper homo prolem naturâ diligit ipsâ,
Sic ut vel nullo tempore temnat eam.
Qui si stultus adest, spernit sua facta caduca,
Talem hunc nam cernit sub vitijs miserum.
Sic & amoris opus me oblectat pectore toto,
Sumpto habitu quoniam consitus ipse mihi est.

Tempora

Tempore sed nostro semper sua facta repello:
In nullo semper nam mihi stat similis.
Est mihi gratus amor vel propter nobile numen,
Sic ut causâ istâ vel sua jura colam.
Ut qui semper amat, coluit quem semper amicum,
Ob quæ jam fecit non ut item faciat.
Sic his delitijs ad opus sine limite surgo,
In me ut permaneat sæpius acta nota.
Amissâ at causâ propter quam forsan amavi,
Gaudia amo solum quæ mihi mente manent.
Si affectu mea vota volant concussa vaganti,
Ex habitu sumpto jam mihi motus inest.
Utq; puto cuncta & motu sensisse sub ipso,
His fruor, & cogor detrahere inde simul.
Ut novi in damnum jam convertuntur iniquum,
Me agnoscens potui cunctaq; suscipere.
Præterita ut memoro, nimium vel lapsaq; cerno,
Vel nihil affectus cogitur inde meus.
Ars est ut medici toto pulcherrima jure,
Si servatâ suâ denique perstat ope.
Sic quodam extremo antiqua hic sunt facta refusa,
Ut cuivis menti nausea statq; sua.
Talis amor perstat tota sibi nobilis arte,
Ejus opus verò deniq; terribile est.
Spiritus hoc nimium vel viribus angitur ipsis,
Corda fame ut torpent, hisq; ita vita placet.

ELEGIA XVII.

PEssima vita illi est, vitæ qui gaudia perdit,
Hæc vitam absolvunt undiq; mirificam.

Mæror enim penitus vexat, consumit, agitque,
Si bene sic vivo mortuus inde vocer.
Te quoniam amisi quæ nunc mea vita superstas,
Mundus gratus erat dum fuit ipse & amor.
Atque Iovem, atque homines vel toto corde colebam,
Spem tu sprevisti vel sine lege meam.
Vires sæpe dolor minuit, roburq; repressit
In me vel cogor jam pietate frui.
Fæmineum ut pectus videor me prosequi amore,
Surgere tunc studeo, vis mihi at ipsa perit.
Ut qui animam vitijs vel toto tradidit orbe,
Tunc habitu in longum denique tempus abit.
In Venerem, aut iram vix est data quæque potestas,
Principio quoniam languit actus amor.
A me non possum me me ipsum tollere totum,
Nec mentem à Veneris jam removere gradu.
Iam doleo quoniam non me defendere possum,
Hoc quia forte placet temnit & hic ratio.
Pugna ista penitus decrescit vita vel ipsa,
Quam nolo, in melius ni Deus hanc dederit.
Nil hanc dimittit, neq; temnit nostra voluntas,
Ac sine vel meritis forsitan hanc videat.
Et sine amore quidem poteram te denique nosse,
Solo illo, quin tu nota mihi fueris.
Hic meus altus amor penitus jam perditus horret,
Te coluit, placuit nil sub amore premi.
Ast alio pectusq; tuum non gaudet amore,
Nam qui nil vel amat huic jacet alter amor.
Affectus languens ratio sub pectore pura,
Ut pellant Venerem robora quæq; movent.
Iamq; dolor Veneris nostros secat acriter artus,
Longo namq; dolor tempore nulla quatit.

Nec pectus nostrum suffert vel denique amorem;
Nec novus in nostro pectore vivet amor,
Teq; colens flevi natura pondera nostræ,
Contra te est prorsus forsan ut ipse & amer.
Nescio te tandem sævum flexisse timorem,
Fortunæ ut diræ vel tua facta dares.
Arma habet in Venerem tua mens, pectusq; furescens;
Atque illi semper consilium est ratio.
Si non forsan amas nihil est hoc denique mirum;
Parvus amor non est, est ubi mentis opus.
Si affectus Veneris te judice cuncta probassent,
Ingenij tecum consilium gereres.
Pectus amatæ etiam vel quovis jure puellæ,
Non frænum reperit quo sua facta premat:
Si vel amatores sensu desumere possent,
Damna refert toto quæ sibi fine Venus.
Etsi in principio nascuntur gaudia summa,
Non dubito Venerem linquere forte trucem.
Delitiæ mentem sacro lenimine torquent,
Venturi & semper jura doloris agunt.
Quisquis scire potest, sed sensu haud sumitur istud;
Nec corpus sentit quæ mala deinde gerit.
Illo qui est dulci concussus vulnere tandem,
Nescit quos sanos vel Venus ipsa tenet.
Delitias sed amor præsenti tempore præstat,
Sed tectus remanet sensibus ipse dolor.
Quis sapit, & sentit quæ secum gaudia ducunt,
A longe & nobis dat dolor ipse minas?
Nos oculis lætis desumunt gaudia semper,
Et tacito præstat horridus ore dolor.
Delitiæ ut refluunt languens dolor adjacet ipse;
Atque suum parvo tempore robur agit.

Venturiq; mali hoc toto timor elevat orbe,
Possessumq; bonum nil habet huic simile.
Votum hoc educit quod languens passio torquet,
Ante illud totam sumere constituit.
Non Veneris pondus vel sustinet alta catena,
Si cadit in terram, flectitur inde simul.

EPIGRAMMA.

STulte amor, & solo me totum nomine tundis,
Non bona praeterito tempore sumpta geris.
Sunt mala quae quondam nunquam sub pectore novi,
Haec oculos lacerant, oraq; pressa ligant.

ELEGIA XVIII.

O Dolor horribilis, veniam precor objice certam,
Si te perpetuò non quoq; corde sequor.
Quam colo fervescens contra te jussa refudit,
Ergo si haud pereo ne tua deme mihi.
Inq; duas me nempe volo diffundere partes,
Et mentem studeo tradere fortè tibi.
A morte at corpus longè sejungo furenti,
Nam dulci Veneri me objicere hic nequeo.
Me negat illa mori quam totis diligo curis,
Me tibi diffundo, me quoq; trade tibi.
Scit te non nobis vel munera quaeq; daturam,
Ne me linque tamen donec & hic moriar.
Illo forte die nostri miserere vicissim
Atque ejus nobis quae fera semper adest.
Spiritus ut tandem tentabit linquere corpus,
Immemor esto mei, pars sibi qui maneo:

Hic animam concedo meam, me ipsumque remitto,
Et mentem, poterit quæ tua ferre tibi.
Nil corpus tibi sume meum, nil te urgeat illud,
Vivere vult, etsi vivere fortè neges.
Corporis at miseri nil te detorqueat unquam,
Namque est omne tuum motus at ipse aliis.
Non ejus gemitus noströque sopore vagentur,
Noster amor somno ducitur inde gravi.
Clamore at nostro quoniam dona undique cessant,
Vult punire quidem Iuppiter ipse scelus.
Fata meis obstant meritis, penitusque repugnant,
Et dolor injustus tunc mea membra quatit.
Spes mea, vita mea est tantum mihi dulciter una,
Atque nefas patrat qui secat hos comites.
Horum mando tibi totum cursúmque viamque
Mors quoniam toto me jacit orbe ferox.
Crede equidem nobis concordi esse undique sensu,
Perdam oculos si te cernere jam nequeo.
Nec causa jam forte levi me denique credas,
Longè à te nunquam vivere posse mihi.
Ut puto me mortem solum vel cogere abesse,
Sæpè tibi, vitâ dulcior una mihi est.
Illam tunc fugio quam vocibus advoco nostris,
Primum atque hinc motum denique sæpe lucror.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, sic puro te ardeo amore,
Ut doleam, cur me non quoque forsan amas.
Sed Venere hac solum quam tangit quisquis amator,
Communis semper quos habet unus amor.

ELEGIA XIX.

Iam quia membra dolent, signum est satis esse doloris,
Errorem ut penitus demere sæpe sciam.
Sed quis robur aget contra acris robora damni,
Ut mihi delitias denique corde parem?
Mente mea tandem cognovi certius ipse,
Ut vili facerem dulcis amoris opes.
Sed Veneris totam conspexi denique legem,
Expertusq; fui quæ sibi jura gerit.
Non alium jam noster amor sibi devehit acer,
Toto & turbatur pectore semper amor.
Jam quoniam Venerem nostrâ non consequor ullâ,
Quæ pretium est totus quo reparatur amor.
Fortè essem ut victor non me alter detulit ardor,
Amisi quantum vel fuit ille lucrum.
Ut medicâ qui arte in vita se commoda defert,
Et vitæ prodest, ars aliquando nihil,
Sic morior, nam dulcis amor qui vivere fecit,
Pro nostro inquirit jam sibi non alium.
Esse nequit quoniam ut vel amans amer ipse vicissim,
Me sub pace sinat, ne mea quærat amor.
Invasit pectus qua parte est debile totum,
Fallens me Veneris forsan amore coli.
Ejus non aliud placuit mihi sumere pignus,
Quod pretium est, hominis pectora non maculans.
Hujus spem penitus misi, prorsusq; refudi,
Et Veneris toto tempore jura scidi.
Sed plusquam quivis Veneris sacra jura resumpsi,
Quæ nunquam secum forsan honesta colit.

Et quo-

Et quoniam nullo ſociatus obambulo terras,
Vix ſenſi tanto robore poſſe frui.
Quod tibi cor perſtat penitus quod linquat amorem,
Turpe,aut fortè ſimul quod jubet acer amor.
Quis ſic ſtultus adeſt Veneri ut ſine lege reſiſtat,
Atque ego ſum dicat qui ſino,quem tenui?
Sic anima ut perſtat rationis viribus acta,
In bruti partes quæ ſine luce ruunt.
Quod vult præſtat enim ratione pondere ducta,
Et quod præſtat homo dat quoq; jure ſuo.
Eſt ſic talis amor, ſi hominis ſe fudit in uſum,
Quantum ſemper habet reddit ibi ſimile.
Ergo quis ſtultus non dirum horrebit amorem,
Invictas vires ſi videt ille ſuas?
Qui caret at ſenſu ſolum ſe ſervat ab illo,
Non ego ita, extremum deniq; nam tenui.
Defendi cenſens audenti pectore marſi
In Venerem & verti durus ego faciem.
Nam rationis opem mecum vectare putavi,
Nec tanto lædi deniq; jure fero.
Ut Venere intendens me jam defendere ab ipſa
Poſſet vel robur fundere dura ſuum.
Quàm via parva quidem eſt qua ducitur ipſe Cupido,
Atque illâ nimium perficit acer opus.
Per medium ignotum in nos ſe commiſcet utrinque,
Atque locum, & tempus auget, & hunc minuit.
Novit amor,quæ nos ſub delectamine cogunt,
Quæ nos noſſe quidem poſſumus inde nihil.
Ut Venerem cenſemus enim jam creſcere totam,
Tunc illo in tenuem tempore tota redit.
Linquere ut aſpicimus,tunc nos amor improbus urget,
At tenui filo ſaxa moventur item.

Delitiæ memini lapſæ ejus, quam ardeo corde,
Atque obliviſcor ſæpè doloris ego.
Qui contrà cor noſtrum tantis clamoribus aſtat,
Mordentes vermes ut puto ineſſe mihi.
Sunt vota adverſa in me quæ ſic denique ſurgunt,
Delitias opto queis ſtat ubique dolor.
Fundere probra volo, prohibent ſed fundere probra,
Atque obſtant Veneri vota reſumpta meæ.
Credi etiam poterit quantum rationis inurant,
Intra ſe hæc nequeunt nulla placere ſibi.
Sicutq; ægrotus qui morbi robora neſcit,
Et neſcit quid ſit quod necis arma vehit.
Ut cernit totum jam ſæpe dolore perire,
Vix unquam ſenſit corde malum ſimile.
Nil dubitare licet ſi forſan ſuſpicor ipſe,
Exceſſu an veniant hæc mala ſponte ſua.
Et ſi exceſſu autem quis tot mala deniq; curat,
Atq; ſibi memorat vel mala præterita.
Sic Venerem doleo tandem nec credere poſſum:
Cernere ſic nimium me potuiſſe brevi.
Audire at nequeo quid de illa quam ardeo corde,
Quin urat magnam pectore ſæpe notam.
Si juſta eſt equidem magno lenimine cogit,
Si injuſta, eſt certus deniq; corde dolor.
Nil ejus tandem non mente revolvo potenti,
Quin caleam, aut multo frigore non rigeam.
Quodcunq; at medium de noſtro ſevoco ſenſu,
Aut iram, aut Venerem deinde perire puto.
Horum quiſq; mihi cauſæ ſub viribus hæret,
Neſcio quis mecum fortius aſtet adhuc.
Mens mihi non autem fert altera commoda demum.
Hæc propter quæ iſti corde tenere queo.

Cor

Cor timet occlusum vel nil jam deniq; restat,
Iram quod teneat cum patet ipsa semel.
Et tanta est nostris semper mutatio membris,
Ut sudor stillet cum premit ira sinum.
Non amor efficiet fervens ut vinceret ira,
Imo ejus robur protinus ille domat.
Sæpe brevi æquatur sub sensus jure Cupido,
Vincit amor nullo limine, & intrat atrox.
Non hominis poterit dici, crediq; Cupido,
Sicut corde fero, corde stat altus amor.
His lætor, nil forte tamen vel transeat inde
In vires animæ quod proprie ipse premo.
Gaudeo, nam video nullo durare sub ævo,
Votum quod pectus vel saturare potest.
Naturam at video nil secum ferre vicissim.
Ut viridis fructus crudus & ipse cadat.
Noster amor curis dat cæca obstacula nostris,
Aut natura tamen cuncta resolvet adhuc.
Etsi vivat homo vel quantum sæcula vivent,
Inspiciet lapsis undique quæq; nova.
Et nova pro antiquis fortè usurpabit ubique,
Quod curvum fuerat regula forsan erit.
Casus sæpe novi contingunt tempore quoque,
Aut quia non tales, sunt quia more alio.
Usus quoque die diverso absolvitur usu,
Judicium & multo crescit ubique gradu.
Usque ad mortis onus fas est ut quisque timescat,
Membris nam fervens omnibus ardet amor.
O amor, hæc nostra perstat sententia menti,
Damnum ferre bonum semper ubique tuum.

ELEGIA XX.

Discors noster erat cæco sub corde Cupido,
Per te hunc feci uno jure puella mihi.
Per te pace viget qui discors arserat ante,
Et per te crimen quod fuit ante, noto.
Per te delitias vitæ cognosco supremas,
Et jam mens pacem noscit ubique mea.
Iam expugnat veluti vincebant gaudia quondam,
Atque potest pacis jura referre sacra.
Non decet in mentis me totum attollere sensum,
Confusa ut tendat mens mea summa volans.
Virtutis firmas assumit denique vires,
Ex geminis damnis pectore linquo prius.
Ut quæram hæc non est cur mentis pondera volvam,
Estq; animæ inventus quilibet acer obex.
Ad lucrum tenuésque manus sibi fortiter armat,
Corpori & ut demat undique quæque mala.
Si fortuna meum contrectat robore corpus,
Spiritus ut damnis prælia quæque secet.
Scit jam quid faciat, nec conticet ardua lingua,
Damnum esse in mundo vivere posse diu.
Cæco at consilio corpus telum objicit acre,
Atque timens, armis sæpe nocere studet.
Consilio at sumpto telum tum linquit iniquum,
Et clypeum assumens arma nociva jacit.
Non me spes equidem vel toto corde fefellit,
Illá sperarem vivere posse nimis.
Arma autem forti cognosco robore nostra,
Fundere sub pacis cuncta pericla gradu.

Quisquis jam doleat, nam non mihi commoda subſunt,
Nec doleat noſtrum denique quiſque malum.
Occurſum nemo luctator compulit unquam,
Sicut ego at vidi currere me in ſtadio.
Si mea fata quidem vi non perfringo ſuprema,
Nemo infœlicem me vocet eſſe mihi.
Si vagus orbe ruo, per compita & evagor erro,
Sic tuto in portu nemo habet inde locum.
Eſtq; meum votum jam magna ex parte ſolutum,
Et plura invenio quàm potui cupere.
Non ſi hæc percipio, nemo puto conſtitit unquam
Sub tanto damno vel ſine delitijs.

EPIGRAMMA.

FLos inter ſpinas, de te quod denique dixi,
Mendacem me utinam ne faciant graviter.
Quæque tuli ut pulchrum jam forſan pectus amavi,
Ingrato ne ſit ſub mea damna gradu.

ELEGIA XXI.

QVæ mihi contingent jam fatis tradita linquo,
Arbitrio quoniam privor ubique meo.
Mens perijt, veniam cui non dat Iuppiter altus,
Principio quoniam deperij penitus.
Non patitur tempus, fræno ut vis decidat acta,
Ægrotat noſter vulnere ſenſus adhuc.
Illuc progredior quò duci denique nollem,
Et nil quod facio dat bona grata mihi.
Vt vis nulla ſubeſt homini, quem morbus adurit,
Vt pede ſurrexit protinus ipſe ſuo.

Vtq́; locum petiit, quò tandem tendere tentat,
Aut cadit aut flexâ fert sua membra viâ.
Sic ego, qui nunquam quod gratum est exequor ipse,
Et sensus nostrâ jam ratione ruit.
Cui si grata fero penitus mea gaudia perdo,
Quantum à me cernes hoc sine corde geri.
Vt ventis navis toto datur æquore velox,
Donec tunc nautas flatibus incutiunt.
Iam tunc navis iter pelago confecit acerbo,
Signo, quò jacuit vel quoque pressa prius.
Sic ego nam mentis turbata robora quassa,
Pugnam cum toto corpore semper habent.
Præfinire quidem non audeo prælia dira,
Tempora dum languent vel mea vota sequor.
Tempus præteriit, quo vixi plenus amore,
Etsi omni sensi tempore damna sua.
Mixto autem sensu sub corpore semper amaro
Me ut Regem vidi ductus ab obsequio.
Lætabar damnis nunquam bona cemmoda sumens,
Etsi non damnum provenit absque bono:
Plusquam forte mori semper detorqueor illis,
Qui mala non cohibet huic mala vita subest.
O amor, in pectus qui jam tua robora fundis,
Sic ut vix possim me objicere ipse tibi:
Ab me exi, quoniam nullo oblectamine perstas,
Nec pectus perstat jussibus inde tuis.
Ne in me propellas tandem tua corda superba,
Linque hunc, qui semper te negat ut Dominum.
Quis motus tantos pervincet corde dolores,
Et bona facta aufert quæ mihi demit atrox?
Hoc factum finis non occupat undique justus,
Et præsens multâ tristitiâ premitur.

Venturo

Venturo ex damno fervescens provenit ista,
Quod sæpe ante oculos servus ubiq; gero.
Hoc tolerabo quidem si cordis pondere multo,
Quam colo pro me etiam vel mea damna vehit.
Nil prodest sine pœna acri doluisse vicissim,
Mors ergo haud suberit jam sine delitijs.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, sunt grandia gaudia nostra,
Dum non mente puto quæ poteras facere.
Quodquod factum extat semper prope robora sumo,
Si sensus cæcos grandia vota regunt.

ELEGIA XXII.

VT Taurus deserta petit, fugit undique campos,
Ejus cum similis cogit adire juga.
Nec redit ipse tamen quin sumat corpore vires,
Illum ut pervincat qui hunc citò deseruit.
Sic à te tandem vel longius ire decebit,
Vultus vimq; meam perdidit inde tuus.
Non redeam donec dimisero corde timorem,
Aufert qui vi acri gaudia nostra suâ.
Iam venit tempus quo sortem corpore sumo,
Notus erit vel qui mollis ubiq; subest.
Nemo artem curat jam denique noscere talem,
Vt si etiam est fragilis non habeatur ita.
Infœlix quoniam mortisq; pericula in ipsa
Iam non arte valet, non valet ingenio.
Vt pavidum abscondat pectus, mentisq; timores,
Eligit ut vivat denique sæpè fugam.

Ex damno debet semper solamen habere,
Atque audens magnos tunc habet ipse pares:
Ut decus assumat varios titulósque potentes,
Cæsareum faciens commemorare decus.
Arma homines faciunt vel toto pectore magnos,
Illósque attollunt nomine sub simili.
Hic locus est, mollis quem semper corde relinquit,
Est quoniam proprium sola puella sibi.
Nomen at ingentis quisquis vult sumere secum,
Ejus sed fraudes denique nemo feret.
Hæc qui facta scient, & noscent nobile gestum,
Dicent quod nomen debet habere sibi:
Et tacito secum jam demum murmure dicent,
Nemo probus debet nomine inesse gravi.
Sed qui hoc suscepit quod nunquam robore duxit,
Illis, qui hunc nunquam vel jacuisse vident:
Qui mortem haud metuit, nec fructus mittit obortos,
Iam struxit validè dira pericla sibi.
Virtutisq; gradum secum tentabat habere,
Quo quisquis multum jam tolerare potest.
Corporis at damno lucrari tentat ubique,
Ejus quod nunquam juris inesse potest.
Nam virtus medio semper nimis eminet alto,
Atque extrema sibi suscipit ut vitia.
Virtutem adquirit morti qui pectora tradit,
Ob quoddam factum semper ubique bonum.
Nec putet hunc probris collabi denique posse,
Se quoniam virtus subvehit una probum.
Pectore qui est mollis vel sæva pericula linquat,
Longè à damno autem stat decus omne suum.
Versutus tandem veniet sub tempore quodam,
Vulpis more quidem temperieq; probus.

Prate-

Præterita ut quiſquis legit inclyta facta potenter,
Venturi grates dant ubicunque Deo.
Tempore ſunt quoniam quo apponunt pectora mundo,
Immenſis factis ſæpe ubicunque graves.
Sed propter Dominum qui toto promicat orbe,
Quem feſtis omnes ſemper ubique ſtupent.
Quiſque ingens Dominus ſecum ſub pectore luget,
Majorem Dominis credit adeſſe nimis.
Supra omnes fortuna volat, curritq; ſubeſtq;
Nemo ſui ſenſus robora forte videt.
Et Veneris ſimilis fervens furit acriter ira,
Ira ſua eſt ingens undique grandis amor.
Nemo regi poterit proprio ſub pectore nunquam,
Extra ſe at molles ſemper aguntur item.
Iracundus enim lætatur divite ſenſu,
Corde vigens, cernens quod patet oppoſitum.

EPIGRAMMA.

Contra mortis opus ſunt hæc quæ denique ſurgunt,
Mundi contemptus temnere ſortis opes.
Vivere lege ſua, quæ ſi eſt tunc peſſima & acris,
Tunc illâ columen Iuppiter ipſe dabit.

ELEGIA XXIII.

Mortis nempe viâ quæſivi commoda vitæ,
Inveni hic nimio falſa ubicunque modo.
Falſis at ductus proficiſcens undique ſignis,
Iam tandem infœlix ſumma pericla adij.
Ut condemnatus, qui cœli ſidera tentat,
Atque in Plutonis decidit ipſe domum.

Utq; Austri terras Aquilonis flatibus altis,
Quærit ubique vagans, & celer inde petit.
Pœna mea est ingens veluti mea comprobo damna,
Et juxta verum sunt mea damna nihil.
Delitias mitto, duro nectórque dolore,
Natura & placeo sum sibi qualis ego.
Non aliud possum nisi semper corde dolere,
Nec lætorq; bonis si mea semper amo.
Perdere sed doleo, nam dulcia commoda misi,
Venturiq; boni vix datur ulla fides.
Utq; homo vel toto tandem si pectore credat,
Hanc vitam linquit sæpe dolore miser.
Maxima nam nunquam persentit gaudia cœli,
Hæc sed quæ linquit cùm sibi vita deest.
Sic ego qui Veneris perdulcia gaudia linquo,
Sed pœnâ tali nullibi quæ esse nequit.
Atque metu spero, ratio quæ ducit utrinque,
Nescio quo possim nam tolerare modo.
Vt qui bella ferox tentat sub Marte subire,
Et prius hic vires invenit ille graves.
Et tunc cùm propius se ad pugnam accedere cernit,
Inde timore fugit, tergaq; versa patent.
Sic ego qui in Venerem vel toto robore surgo,
Donec & in fauces comprimar ipse necis.
Et quando accesso vel tunc secedere tento,
Et quia victor adest arma repono mea.
Non dubito jam sæpe mihi data pharmaca quondam,
Vires nam victæ sunt velut arte mea.
Mundum quisquis amat proprio sub pectoris ausu,
Sed nec amare placet cum mea sint Veneris.
Invitus ducor veluti pressisq; capillis,
Vt faciam solum quod jubet acer amor.

Si effu-

Si effugere exopto, pedibus vix ducor utrisque;
Sub tali pugnâ pendula vita mea est.
Dulcedo hæc agitat quæ dulci sorte palatum
Non in me existit, sed dolor ipse gravis.
Qui alterius Venerem sequitur; nec perstat amatui,
Non nimium patitur, fine stat ipse suo.
Ast ego nil mundi verum sub pectore firmo,
Et quam non merui denique semper amo.
Parte alia at video diversis munia factis,
Et vitæ, & mortis sunt mihi signa meæ.
Cuicunque at misero sortem non advoco dulcem,
Nempe parum dubij deperijsse sibi.
Ignoro, hæc sors magna quidem quibus ædibus astet,
Nec ratio suadet vivere cur cupiat.
In Venerem tanto jam non ego robore cogor,
Oblivisci autem vel bona ficta refert.
Sufficit hoc equidem veluti prius astitit inde,
Talis ego qualem quisque timere queat.
Sunt oculi fontes, queis stat dulcedo, & amaror;
Hi nam delitijs atque dolore fluunt.
Qui delectat enim dolor est unus undique solum,
Alter at hoc solum nil sociatur item.
Quomodo, qua & causa hoc possit jam denique sciri,
Non ego præceptor sim nec & author adhuc.
Sensibus hoc solum vel sæpe relinquitur omne,
Iudicium hos ducat quos docet altus amor.
Pars quæcunque fidem cuivis jam liberat ipsam,
Quam non est ratio solvere quæ ulla queat.
Sed nostris votis ratio datur undique summa,
Nec sit culpa mihi denique si nec amo.
Iam mea facta quidem non mens sibi suscipit ulla;
Illis namque datur quod mea consequitur.

Tollitur arbitrium si quid mihi confero factis,
In me mens solum libera sæpè manet.

EPIGRAMMA.

STulte amor, assueti qui stant sub corde dolores,
Tempore deveniunt quo mala nulla ferunt.
Quod si ita non esset, nil nobis esset in orbe,
In me ergo hic usus cur sine more ruit?

ELEGIA XXIV.

SIt quisq; attentis ut me audiat auribus omnem,
Nec putet illum odio lædere velle fero.
A me percipiet rerum nova pondera multa,
Quæ quatiant etiam membra dolore novo.
Queis dubito medium quis tandem provocat atrox,
Horum sed solum stat mihi sensus adhuc.
Sum velut ægrotus, qui morbi robora narrat,
Nec mala scit mortem quæ sibi semper agunt.
Quæ jam quisquis amans multo gerit inde labore,
Communi quæ astant vota dolore nimis.
In me non equidem similes, talesq; supersunt,
Nilq; metum incutiunt, nilq; minas referunt.
Pœnæ quæ invadunt nunquam vel forsan amantes,
His pereo quoniam jam nec amare queo.
Sufficit in mortem me irato accendere corde,
Sive ob defectus quos movet ira mihi.
Nescio quæ subsint, quæ me jam gaudia ducunt,
Et cur non pereo dum miser orbe ruo?
Non ira at saturor, nec jam mea pectora complet,
Ut bona mente fero quæ mihi mente manent.

Iamq; perire placet, quoniam mihi pessima vita est,
  Estq; mihi damnum cum puto mente nihil.
Iam quantum possum mentis sacra jura relinquo,
  Consilio aut egeo sum quia stultus ego.
Aut morti astrictus, qui non est morte solutus,
  Extremum ut tandem jam videt ipse diem:
Non sibi dona petit, non hæc ab numine poscit,
  Scit petere ipse locum quo sibi nemo sedet.
Sic ego qui fugio vel quævis munera semper,
  Iam Veneris cui astat quæ gero corde mihi.
Sic autem in Venerem volui flagrare furore,
  In me, me quoniam sæpe fefellit amor.
Ut stultus secum sapientis qui ardua ferre
  Corda putat, mentis vel bona jura suæ.
Et cum se spectat tantum non surgere posse,
  Probro illum fœdat, scit simul unde venit.
Sic ego cum sapiens non sit satis esse vicissim,
  Hanc perfeci omni tempore sæpe viam.
Cuncta ob defectus, qui nostro pectore degunt,
  In Venerem irascor vel nihil esse puto.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, quæ me bona denique linquunt,
  Primum fecit amor corde nimis cupere.
Et stulte hoc pretium tanto sub pondere duxi,
  Quod potuisse sequi vix mihi corde puto.

ELEGIA XXV.

IAm velut ægrotus, Medicus cui nuntiat atra
  Mortis opus dirum quod fugere ipse nequit.

Pocula si tandem non ebibit aucta veneno,
Nec substant etiam tecta pericla sibi.
Sic ego qui facere hic forsan jam tento periclum,
Mortiferum sanè quo sine vita cadit.
Differre ob mortem possunt vel scripta referre,
Et cum morte simul damna etiam timeo.
Quis pretio ducet qui vexant corda dolores,
Atque hic damna quibus spiritus ipse gemit?
Ut prope adesse videt quæ jam cadit ipse ruinam,
Præsenti quoniam substat in orbe miser.
In dubio labor, tremit actus spiritus ipse,
Nec me etiam sufferrt jam mihi ferre necem.
Parte alia mors certa mihi sæpe undique inhorret,
Et spem linquo simul protinus inde meam.
Sub collo mola dura jacet, pendetq; furenter,
Et fundum video cui cadere inde paror.
At si non secuit funem jam deniq; munus,
Nec gladium exacuit forsitan ipse favor,
Dona peto semper multis clamoribus actus,
Atque illud quod me quærit, ubiq; nego.
Ne observa pavidum me ducere pectore vultum
In te sed pietas det loca tuta mihi.
In te nam toto spectabitur undique corde,
Pars Veneris quam non fortè notare queo.
Intende at saltem mentem cohibere reductam,
Hoc filo pendet jam mea vita levi.
Sum, quem de duro traxerunt carcere vinctum,
Turbatisq; necem gressibus ipse peto.
Non aliud mihi munus adest. solamen & ullum,
Ni donum tantum judicis inde mei.
Non sic astrictus Veneris fuit undique casus,
Ceu hic quem nullo linquere jure queo.

Uno

Uno certus adest jam vitæ denique finis,
Est aliud virus quod secet omne sitim.
O tu qui nostri substas mihi causa pericli,
Nec multa est etiam debita culpa tibi!
Nullum jam donum te tandem incusat & urget,
Defectu si ejus deprimor exilio.

EPIGRAMMA.

FLos inter spinas, non tandem cernit amator,
Mortem etsi cernit non timet ille diu.
Cuncta nihil subsunt extremum si advenit ipsum,
Turris enim grandis est ut arena sibi.

LIBER QVINTVS ELEGIARVM.

ELEGIA I.

HIC dolor est ingens qui toto tempore durat,
Quem sensi quodam tempore nempe fuit.
Hic præsens mecum ducit sub tempore vitam,
Atque docet quantum nunc amor ipse potest.
Claudo sæpè pede insequitur, me & denique cogit,
Pœna mali toto est sumpta sub orbe mihi.
Mortali jaceo concussus vulnere totus,
Et nil præteritum tota medela mihi est.
Ferri non poterit rerum mutatio summa,
Quin parvo nimium tempore vita ruat.
Quis vel scire potest, quo torqueor ipse, dolorem,
Qui multo in me ipsum semper amore venit?

Illa ob quam ſemper mea commoda pectore duxi,
Quantum delitiæ jam mihi ferre queunt.
Ob defectum ejus me linquit longius eſſe,
Inq; viâ Veneris durior ira furit.
Hic varius ſenſus natura ut ſenſus oberrat,
Nec ſignum eſt aliud quam mihi vel quod adeſt.
Illo at quam ſolum vitæ ob ſacra gaudia duxi,
Vitam interq; necem me tenet illa ſibi.
Et mea jam requies in pœnam vertitur acrem,
Delitiæ eſt mœror qui caret aſper ope.
Sum ſervus, Regem qui forſan me eſſe putavi,
Turbatus toto denique corde cado.
Illa at membra quidem quæ invaſit ſpiritus ipſe,
Nempe prius cœli ſidera quam peteret.
Eſt ut flamma mihi Plutonis faucibus orta,
Nec fugere intento, nec datur ulla fuga.
Ni prius accedam, nulla eſt mutatio membris,
Utq; acceſſi autem ſtat via magna quidem.
Dicere nulla queo ante oculos ut protinus aſto,
Et taciti cordis ſtat dolor huic gravior.
In qua parte ſedet tanto mutatio caſu,
Si timor ipſe furit quo mea ſpes remanet:
Quidq; eſt quo ſemper deletur tota voluntas,
Nilq; bono, aut damno dat quoque mentis opes.
Falſe amor, eſt gratus vetitus cui denique campus,
Cui me contemnet me quoque trade ſimul.
Votum namq; tuum toto me comprimit orbe,
Hoc quod amare mihi diſplicet omne ſemel,
Votum nempe meum rationi obſiſtit ubique,
Hoc amor inducit vel quia pugnat atrox.
Linquitur & votis Veneris cibus undique noſtris,
Horum membrorum queis ſtat amara Venus.

Falſe amor, in me autem vis nil tua deniq; coget.
Cogere ni votum corda per ipſa meum.
Spiritus invitus diſcrimine decidit omni,
Nec ſibi quod curat forſan amore potes.
O dolor immenſe, haud illi jam denique parce,
Qui culpâ pœnas & tribuit gemitus.
O pietas, linguam cohibe, & tua reprime verba,
Ut faveas illi qui mala noſtra refert.
Damna colo, temnoq; bonum, vitamq; refundo,
Et cur forſan amem deniq; nemo videt.
Quare autem nec amem manifeſta eſt cauſa viciſſim,
Nilq; viam certam ſemper ubique ſequor.
Iuppiter ô ſumme, hinc quam temno, inſector amore,
Sub tali pugnâ qua mea vita ruit.
Non perit ipſa Venus, nec nobis detrahit iram,
Æquali intra illos undique ſorte ſecor.
Quis prius inde cadet non eſt qui intelligat unquam,
Ergo ego jam moriar pugna ut ubiq; ruat.
Pœnitet ut vel amo, dum vivo torpeo damnis,
Atq; mori cogit nobilis ipſe dolor.
Ægroto, & ſano ſi ſim vel corpore toto,
Quiſquis amor ſemper convenit huic alij.
Spiritus aſſiduo languet, torpetq; dolore,
Et toto corpus diſſidet orbe ſimul.
Per ſe ſemper amat ſemper quod debet amare,
Et ſine honore quidem vult & amare nihil.
Cor falſum eſt, quoniam juſtis clamoribus arſit,
Ejus quam pietas noſcere nulla nequit.
Dum dolor eſt, poſſunt inſiſtere gaudia amoris,
Illo ni turpis volvitur ira furens.
Quod ſi ſubſiſtit, fervens dolor extat ubique,
In quem vel robur conſtat ubique ſuum.

Quantum amor est pulcher, formoso atq; ore venustus,
Tantum est terribilis ejus in orbe dolor.
Sub lassis membris contagia fortius hærent,
Quod languet nec habet quo sibi pulchra ferat.
Non gladio jam forte mori nunc debeo diro,
Corpus defunctum stat cibus hic canibus.
Cor corvis, milvisq; subest multo impete sectum,
Spiritus ast ejus sumat ubique locum.
Qui tradit prolémq; Dei, hanc colit osculo aperto,
Hic locus huic semper debitus inde micat,
Tradidit, atque ideò Deus hunc sibi demit ubique:
Magnum nam crimen grandia damna meret.

EPIGRAMMA.

SEmper amans fueram vel quantum spiritus ipse,
Fœmineo in cœtu vel bona summa putat.
Et præter carnem nihil est, deceptus oberro,
Qui hoc negat at pedibus quattuor ire potest.

ELEGIA II.

PAtriam ut assiduo qui linquit pectore charam,
Nec reditum proprio corde putare vovet.
Plorantem sobolem, mœstos & linquit amicos,
Arripit atque ejus denique quisque sinus.
Et flendo dicunt, tecum nos cogimur ire,
Aut ne nos linquas tristitiâ pavidos.
Et qui plus valuit, spectans hos fortè jacere,
Horum damna quidem quî tamen ipse sciet?
Hoc tibi confiteor, pleno quoque & ore refundo,
Me hunc esse ut dixi, qui est modo sorte sua.

Gaudia

Gaudia cuncta quidem me totum denique linquent,
Nullis nam videor ludere delitijs.
Gaudia non solum dimisi grandia, & alta,
Horum namq; loco desidet ipse dolor.
Irascor Veneris dum dulcia munera mitto,
Atque ictu cecidi quem quoque pertimui.
Mors fera me invasit, toto & sub robore pressit,
Quæ ut possim mundum linquere sola jubet.
Ex hoc & cunctis jam tandem separor ipse,
Namq; coli nequeo, nec quoque forsan amo.
Quidquid enim cerno, memorem me cogit ubique
Venturi damni quodq; stat inde modo.
Est ubi nigredo, candor nitet amplius ipse,
Gaudia parva quidem grandia damna gerunt,
Dicere non possum mundi me ardescere damnis,
Spiritus, & corpus languet ubique meum.
Morbo quo vitæ torpescunt omnia dona,
Hoc sum defunctus nec quoque vivus agor.
Non mens sub Musis sacra oblectamina constat,
Et quia nulla placent, nil amat acer amor.
In mundo dego spe nullâ denique præceps,
Siq; aliud meditor spes nihil ipsa fovet.
O socij, nostros penitus sentite dolores,
Sit pietas, degit cui miser orbe sibi.
Atque magis si aliquis simili sub sorte fuisset,
Et si sint plures queis opus estq; nihil.
Suntq; alij qui damna minus vel protinus ipsi
Corde ferunt, vulpes quàm quoque mente rapax.
Atque alij plures queis nil mens conscia prodest,
Ni dum vel constant pura metalla sibi.

EPIGRAMMA.

NEscio cui favent resonantia carmina nostra,
Nilq; dico Veneri sunt quia sæcla satis.
Mœrorem & nostrum non sentit quæque puella,
Sic ego nec damnum sentio corde meum.

ELEGIA III.

CErtum est me tandem jam nil curare decere
Cum Paphiæ obsistam qua penitus violor.
Ira acris te forte precor mea pectora ut urgent,
Damna tibi refero queis premor ipse, mea.
Corda pudore actus culpam tibi defero nostram,
Me in votum, pectus nil removere, meum.
Hoc ab amore venit magnum, sævúmque, feróxque,
Et simile est illi quod quatit inde probos.
Est mihi solamen, tales ictu ejus abire,
His & Pluto scatet qui Veneri inde placent.
Ut fuit at mecum facilis pugnæ undiq; sæva,
Vincere & ingenti prælia dira manu.
Sic me intra exarsi certamina grandia ducens,
Nec fuit hinc alter forte mihi similis.
Sunt mea vota quidem quantus stat cordibus ignis,
Quo voto in me ipsùm fortius ira furit.
Quam colo conspicio grato, ingratoq; sub ore,
Sic turbatus agor, mos mihi lapsus abest.
Ecce amo & inde pudet nosco ut me forsan amare,
Illa placet nimium cum Veneri ipsa nego
Commoda quæ aspicio in Venerem pelluntq; sub illa,
Et sua damna odio non mihi sufficiunt.

Quæ

Quæ ſic ſumma patent, tanto & certamine me angunt,
Sæpius ut Veneris jam bona quæque fugent.
Illis ſemper amor plenum dat corde favorem,
Defectusq; ejus nos facit immemores.
Non perit ira quidem, langueſcit ſed tamen ipſa,
Dum Venus ingenti robore pectus agit.
Ut perit ira, Venus me totum dura relinquit,
Pax manet, intra illos non fera bella ruunt.
Non uſus vires pudet hic neſcire potentis,
Atque iram, & Venerem jam ſcio adeſſe trucem.
Pectus amatoris cogunt, pœnisq; refundunt,
Damno quod patitur non ſibi deinde patet.
At ſi forſan amor, ducet mea vita dolores,
Si non forſan amor, aſpera vita mihi eſt.
Sed jam liber ero prorſus damnoq; bonóque,
Atque brevi mecum grandia bella cadent.
Semper amor, dolor ipſe patet dum vita ſuperſtat,
Sed ſine conſilio me mea vota movent.
Quis ſic ſtultus adeſt Veneri ut fera prælia jactet?
Defuncti & ſenſu qui caret, hanc nec habet.
Non queis cura pati eſt Veneris ſacra damna venuſta,
Qui eſſe at vult fortis hic ſua membra domat.
In me exemplar adeſt quovis inſigne ſub actu,
Quod Veneris ſenſi ſtat ſine jure boni.
In me eſt forſan iter nequeo quod flectere tandem,
Illuc me & ducit ſi benè mente fero.
Quò vix ire queo conjunctus ſenſibus iræ,
Pectore & irato defero damna mihi.
Tempore jam lapſo nimios ſenſi ipſe dolores,
Nec minor hic præſens ſtat mihi corde dolor.
Hic eſt fel nimium, nil mellis denique ducit,
Et videor manibus jam mea corda premi.

Non durare potest quin vel necet aut mea linquat,
Est magnus quoniam gaudia mixta negat.
Atque ubi se miscet dictus dolor improbus alte,
Esse nequit pereant quin quoque corda simul.
Nam Venus ut moriar vult tabo ut lasser acerbo,
Ecce perire velo quàm prius ipse ruam.
Hic at ubi hanc vidi non possum linquere sedem,
Opto illam quoniam cernere sæpè nimis.
Et mortem timeo si non defendor ab illa,
Et si defendor, tunc dolor alter ibi est.
Censeo at hanc alium visu sensisse supremo,
Atque ejus Venerem, dulcia & ora sua.
Vidi ego nempe bonum toto mihi corde malignum,
Quod placuit, magnus sed fuit ipse dolor.
Quantum illâ nimium divino gaudeo censu,
Ut placuisse alij censeo, tunc pereo.
O utinam mentem vel toto pectore perdam,
Ut toto hic caderet pectore sæpe dolor!
Decido & in pejus penitus si languet & alget,
Et redeo quoniam lædor ubique magis.
Esse nequit memorem quin forsan gaudia quæque,
Queis major cogit pectora nostra dolor.
Ante oculos habeo, videor sentire sed illam,
Ignoro & tempus, quodq; timere licet.
Cultus amore fui, sed non velut ipse putavi,
Corde at dimisso noster amor cecidit.
Signa at quæ constant certissima prorsus amantem,
In me hæc invenio denique deestq; nihil.
Hac in lætitiam, mœrorem & concido acerbum,
Intus, & inde foras mens scit ubique mea.
Nil nisi & hanc video, quæ me necat aspera semper,
Nilq; agitat votum nulla puella meum.

Hac

Hæc aliquando mihi mala ſæpius eſſe videtur,
Non cor pulchrum extat, nec datur inde pudor.
Illam ut forte puto, nihil ejus deniq; noſco,
Atq; illam ut mirum viribus actus amo.
Credidi enim ſenſu vel non potuiſſe ſubire,
Mecum aut quam colui dulce bonum Veneris.
Nilq; illam potuiſſe etiam ſub gaudia amare,
Veniſſe hanc cenſens forſan amare citam.
Oſtendit vultum ficti ſub pectus honoris,
Et Veneris ſenſus actibus exequitur.
Impavida at fecit tales mihi viribus actus,
Ut mihi corda premat reſtet & inde nihil.
Quod manet effervens ſecum ſæpè occupat ira,
Utq; hæc tota perit me ſibi ſemper agit.
Aſt oculi facies, hujus pulcherrima forma,
In me terribiles conſtituere vices.
Ex voto quod membra ſibi ſine lege lucratur,
Ex alio format quod varia arte ſibi.
Hoc eſt materia, & totum ejus deniq; robur,
Nam non cor ſolum tota ſed ipſa ruit.
Cogitur hoc ſolum jam tandem noſtra voluntas,
Tardè hunc effectum ſed ſibi ſæpe negans.
Nolo at amare quidem, ſed amant mea vota viciſſim,
In rigidam perſtat arida flamma nivem.
Utq; anima eſt nobis diffuſo corpore tota,
Quælibet & membris ſtat quoq; fuſa ſuis.
Sciſſo aliquo non eſt cur nos timor urgeat acer,
Illo ipſam penitus poſſe perire patet.
Sic meus aſtat amor ſub toto corpore fuſus,
Ut ſi quid video quod removere queat:
In me nil video quod linquere poſſit amorem,
Corpore at in toto ſtat quoque totus amor.

Ut pelagus nunquam puncto vacuatur ab imo,
Ingentem si quis extrahat inde lacum.
Appeto sed Venerem sed tali nomine solum,
Ut juxta hanc hostes semper ubique furunt.
Hac mala tota subest, & plus qui hanc tractat ubiq;
Æqualiq; omnes sunt ubicunque malo.
Si gradus est firmus nos labi desinit omnes,
Atque instans illud dat quoque vota bona.
Est tempus, minui, vel toto crescere sensu,
Hunc qui semper figitur inde nimis.
Ut me componunt multo contraria jure,
Sic amor est varius, votaq; sunt varia.

ELEGIA IV.

Sit maledicta dies qua vitæ munera sumpsi,
Sic sæpe adverso pectus amore ruit.
Sumq; ego, qui vario sub mentis turbine labor,
Atque mihi sensus corde solutus adest.
Semper amo invictus, similis temnoq; vicissim,
Mens mihi discordi statq; ubicunq; gradu.
Atque oculi, & tactus fuerant prius undique juncti
Si esse puto, non sum denique qui fueram.
Et Venus & mecum contemptus constitit ipse,
Sed damno mecum cuncta ubicunque furunt.
Non sine amore quidem mentis mihi munera linquo,
Ob votum, quod non esse videtur amor.
Esse suam nostram Venerem non pectore nosco,
Imo etiam ad tempus noxa videtur atrox.
Ejus amore quidem sensu mens emicat ipso,
Nec munus pretij non placet esse sui.

Non

Non sua jura volo, torpescit vulnere pectus,
Antiquo ex facto, turpi & ubique novo,
Dico placere mihi penitus contemnere semper,
Sed nequeo tali mente subesse semel.
Atque hujus Veneris causam sub mente revolvo,
Non hanc percipio nec locus ejus ubi est.
Non at amare puto, Venere & puto deinde carere,
Mens sibi delitias sumit ubique graves.
Nescio quî possim tanta hac sufferre vicissim,
Aut ira, aut damno stat ratio ipsa mihi.
Sentio & ut damnum ad se me vehit ipse Cupido,
Aut minus hoc præstat, ne quoque lædar ego.
Est aliquando mihi pulchrum quod turpe superstat,
Atque aliquando ejus horreo facta simul.
At per se tactus desumpsit gaudia nulla,
Ut lætatur enim gaudia mens revehit.
Ob faciem, talem quæ dat mihi pectore mentem,
Semper agor, læsusq́; advocor inde simul.
Clamq́; amor at mecum gestis operatur acerbis,
Nec ratio est quare tot simulare queam.
Quod video, ad litem nec toto sufficit orbe,
In tot opes semper pauperis inde sinus.
Hoc, quod corda premit, Venus adfuit improba quondam
Non carni, at durus sic ut abesset amor.
Ut medicus toto turbatur pectore doctus,
Ægroti ut tristis tot mala nosse nequit.
Æquum tangit enim pulsum, & languescere vitam,
Membris, corde, sinu, pectore, mente, manu,
Ex octo signis quæ sunt Hippocratis arte,
Nulla videt, tandem fit sibi vita brevis.
Sic mihi dulcis amor toto fert corde levamen,
Nescio quid noxæ debeat esse mihi.

N[illegible] amare volo, sed denique forsan amari,
  Cur Venus [illegible] vita subesse potest?
S[illegible] & [illegible] qui [illegible] cernere tentat,
  Quo [illegible] possimus flamma modo.
Se [illegible] membrum leporisq; bovisq;
  [illegible] saepe bibisse & aquas.
Et [illegible] quod morbo sufficit ipsi,
  [illegible] maxima sufficio.
Sed [illegible] nequeo mihi sumere certum,
  Quae sunt deliciae quas in amore gero.
Non [illegible], sed me caro provocat ipsa,
  [illegible], queis viget altus amor.
[illegible] toto sub corpore habetur,
  Et non est pulcher partibus ipse suis,
Nec bene quis [illegible] cur sic habeatur & ipse:
  Quod natura refert, forsan habetq; nihil.
Neq; [illegible] sequitur quod denique corpus,
  Hoc est at [illegible] fallit at haec oculos.
Ipsa Venus [illegible] vel turpia cogit amare,
  Ex quo spes [illegible] perstat ubique ferox.
Cogere si [illegible] me mens tunc sevocat omnem,
  Ut [illegible] tango tunc nihil at saturor.
[illegible] possit quod me diffundere in iram,
  Si parva est, [illegible] crescit & inde meum.
Et si est magna quidem, tunc crescit viribus ira,
  In Venerem haud credo posse redire semel.
Nescio & [illegible] quia nil sua conscius opto,
  Nec [illegible] mors aliquando sua.
Ejus sub Venere at nunquam jam gaudia duco,
  [illegible] erit [illegible] si bona temno sua.
[illegible] semper nostra adsunt gaudia in illa,
  [illegible] ipse manens.

ELE-

ELEGIA V.

Æquum est alterius mundi meminisse micantis,
Mentem nam præsens nil vetat ire supra.
Sumq; Deo gratus video ut manifestius inde,
Crimen quo ingenium constitit omne meum.
Invenio mentem jam tandem sæpe solutam,
Et sum liber enim tempore quo esse licet.
Ast habitum ut tollam vel nullo robore possum,
Mutare ut mores non citò nempe datur.
Noscere qui posset rerum primordia summa,
Quin prius hic habitum fortius hic agitet.
Quæ mala post peragit cùm jam extat natus in orbe,
Et quantum vires stant quoque corde suæ.
Hoc servabit enim vel qui se in gaudia fundat,
Alter ne dominus ejus inesset ibi.
Utque intrat multâ semper dulcedine ridet,
Utq; intravit item quis citò trudet eum?
Discit homo scripto, ratio nec sufficit ulla,
Sicque est ingenio littera nota suo.
Est sensus qui actus collatio dicitur ipsa,
Qui hoc sub judicio debet inesse sibi.
Hoc sine sensu autem mens nil perdiscit ubique,
Adverso perstat sed sibi more gravi.
Invenit & medium, cui virtus candida substat,
Hoc est hanc supra dicere abire nimis.
Qui jam se exercet, non perdere, præparat, usum,
Ut senuit, longo tempore semper inest.
Non sentit damnum, nec se languescere sentit,
Stat, sese ut lignum dirigere inde cupit.

Non habitum veterem tentat dimittere secum,
Qui facile hoc fieri vel sibi mente putat.
Induit ut sese facilè hunc atque invenit ipsum,
Sic reperire putat se exuit ut penitus.
Cogitat at solum tanta se ornare sub arte,
Vt socium talem denique constituat.
Nescit si credit fieri tunc forsitan hostem,
Illo delitiæ nam nituêre suæ.
Non dominus noster vidit, sensitq́ vicissim,
Alterius famâ quî quoque perdat eum.
Quid magnum efficiet si vult hunc pellere totum?
Mutari est facilis denique quisquis homo.
Affixo vitio virtutem est sumere rectam,
Hoc medio magnum perstitit hic spatium.
Cordi laborat enim, medium ut videt ipse viator
Auxilium & nullo sensit adesse modo,
Sæpe retro quidam cernunt quosdam ire vagantes,
Et metuunt reliquam conficere inde viam.
Sic hic forte timet, sic toto pectore inhorret,
Vt gressum haud moveat territus inde loco.
Naturæ qui habitus studio quæsisset aperto,
Sub sermone aliquos esse videbit ibi.
Sic sub temperie quidam statuuntur adesse,
Hos mos semper agit, nilq́ agit inde parum.
Sic habitus tunc fortis adest ubi decidit ipse,
Talesq́ hos video, semper & esse noto.
Quem mores faciunt, non sustuli, at effugit ipse.
Natura in servum tunc quoque me statuit.
Ignari, nunc forsan ego volo deinde sciatis,
Non habitum toto corde manere situm.
Inq́ illum tota ut deducitur ipsa voluntas,
Tunc mens quod viride est cogitat esse nigrum.

Sed quis casu acri sic forsan corda movebit,
Vt vel delitias linquat ubique suas?
Atque ibi vel damnum posuit, bonaq; ipsa locavit,
Perdere & his vitam vult sine morte suam.
Ob Iovis astra alij, quidam ob se, sortis ob auram;
Aut quia factorum denique jam puduit;
Occlusis oculis quod sub curvamine cæco
Torpuit, in rectum dirigere instituunt:
Nec non hi pravi ducunt incommoda facti,
Ignorare nequit nam sibi forsan homo:
Vt sciat at saltem si fortè ingressus oberrat,
Non ideo ignari nomen habere potest.
At sentire malum, non mentem perficit ipsam;
Parte unâ tantum qua sibi judicium est.
Qualis sit verò, mens solum perficit ipsa,
At quanta, haud poterit mens sibi nosse semet:
Mens sub judicio nimium conjuncta supremo,
Facti judicium construit omne sui.
Et multum efficiet, si rectè id judicat ipsa,
Nilq; ita noscendi subdita erit gradibus.
Turpia qui facta haud toto jam pectore plangit;
Hunc esse ignarum semper ubique patet.
Facto autem turpi ratio obluctatur aperta,
Delitijs qui obstat, perficit omne nefas.
Qui ergo haud mente dolet, turpe ut quid conficit ipse;
Quid sit forte dolor nescit ubique sibi.
Vnde ignorantis potior pars cernitur omnis,
Et sensum, robur mentis habere suum:

EPIGRAMMA.

O Amor, aßiduo fertur sermone per orbem;
Damnis perpetuis gaudia mixta dari;

Finisq; immenso semper manet inde dolore,
Multa mala, atque unum fert quoque sæpe bonum.

Elegia VI.

NAmque loqui haud prodest, domine, hic sermone soluto,
Accipitrem ut saltem desq;, ferasq; mihi.
Carmine at id dicam, haud timeo te id forte negare,
Hoc hic textus erit, sed mihi glossa timor.
Num fieri poterit mores ut denique mutes,
Natura his quoniam principium dederat.
At deinde absolves generoso id pectore tandem,
Omnia perficiens nobilitate tua.
Gaudia dimisi jam prorsus corporis ipsa,
Et quæ sunt animæ jam mihi curo nihil.
Sentio nilq; animæ splendentia gaudia mecum,
Sed scio virtutis, sentio nulla tamen.
Delitiæ nostræ sola est venatio tantum,
Supplico deinde tibi qui omnibus es melior,
Accipitrem ut dones sub curvis unguibus acrem,
Sic tibi ut & donum denique vel placeat.
Si fortuna mea id jam denegat aspera nobis,
Naturæ saltem deinde placere volo:
Et rationis opus longo delinquere gressu,
Insanam ut rursus forsan amem Venerem.
Nolo tamen fieri torpenti pectore deses,
Nec Deus aut mollem me aut rigidum faciat,
Iam sed amare volo, vel frangam candida colla,
Quam piger ut faciam vel mala sive bona.
Semper amor duro se præstitit undique corde,
Dilexi quoniam semper amore gravi.

Iam

Iam non pectus amat, cervicem aut quæque puella,
Hæc ubi erit jam quæ non sibi talis erit?
Non ultra pelagus jacet hæc, neque forsan ad Indos,
Parthenope hanc servat, si bene quæris eam.
Huic meritum est sancti, divino & numine pectus.
Captivam hæc regis debet habere fidem.
Hæc est summa boni species, virtutis & altæ,
Hanc quis vel pretio ducet ubique suo?
Regem esse egregium vel toto dicitur orbe,
At similis mundo rara puella venit.
Hæc hominum quærit qui sit sub pectore Phœnix,
Dat Deus hos forsan quos sibi jungat amor.
Quod patet à longè nam tandem ducit & illum,
Vno ut sic jungat tunc duo corda modo.
Quàm pauci Veneris cognoscunt munera dulcis,
Etsi omnes sensu percipiunt Venerem.
Crasso voto autem quod dat natura suprema,
Nunc animal præstat vel sibi nosse minus.
At quis forte sciet sensus discernere amoris,
Et sibi quæ adverso fert quoque vota modo?
Infiniti autem quæ sunt finita capessunt,
Quod natura negat nec simul esse potest.
At caro carnem aptat, nemo hæc vel forte negabit,
Atque hominis votum mollia membra premit.
Hoc si animæ haud hæret, sunt his fastidia cuncta,
Ex his conjunctis quid grave sentit homo.
Ille animæ sacros qui forsan sentit amores,
Inter mortales Angelus esse potest.
Corporis, & qui animæ jam sensibus utitur altis,
Vt perfectus homo dulcia cuncta sapit.
Non sine damno autem nullus sua gaudia sentit,
Corporis hic semper qui bona solus amat.

Esuriens etenim nunquam sub corde quiescit,
Aufert esca famem, tristitia haud saturo est.
At si quàm par est se devehit altius idem,
Est quoniam excessus, nausea nata subest.
Non simili casu defenditur altus amator,
Inter vota subest, & fera jura mali.
Non Venerem tandem quisquis sibi sumit honestam,
Vt seu extremum sentiat ejus homo.
Sive parum aut nimium non huic jam constitit hostis,
Zelum, vota, malum jam me habebit idem,
Namque ut corpus amat diverso est undique corde,
Vota nocent illi, nausea sæva subest.
Ast amor hic animum & corpus qui jungit utrinque,
Vim linquit cunctis semper ubique sitam.

EPIGRAMMA.

SI videor stultus crasso quia carmine scribo,
Arcanum aut Veneris vel quia mente gero:
Vt tandem ostendam cur hæc jam denique feci,
Dicam hæc si jußit qui velut alta natat.

EPIGRAMMA.

QVa ante oculos dulces defers sub amore puellæ,
Et menti & cordi dasq; refersq; modum:
Te precor, accipitrem celerem ut mihi denique poscas,
Venari at videor si hæc mihi dona dabis.

ELEGIA VII.

DOctus amator enim me nunc intelligat ipsum,
Nam Venerem nunquã quæ loquor ipsa negant.

At

At qui sub membris saturatur turpiter atris,
Sermonem nunquam sumpserit iste meum.
Est amor ipse triplex, sequitur quem quisquis amator,
Hic at honestati est, illeq; delitijs.
Postremum at sileo quoniam est & amabile donum,
Non redamat nunquam qui quoque forsan amat.
Hi duo at uniti possunt vel semper inesse,
Si vel flamma duplex vrere nosq; potest,
Sensus hi quosdam vel sæpe sequuntur amores,
Naturam accipiens undique quisque suam.
Expes corrupto nam stat sibi pectore semper,
Corrupta & semper jam quoque vota cupit.
Ast anima æterno quæ perstat tempore viva,
Hic bona virtutis sub pede ducit ovans.
Quodq; illi hæreſcit sub dulcia gaudia cogit,
Et quoniam improprium est protinus omne ruit.
Sponte sua mixto Veneris stat jure voluntas,
Quæ dum non regitur fert mala cuncta sibi.
Pectore ab ignaro votum hoc producitur atrum,
Naturasq; duas continet inde simul.
Atque hominem totis cogit, curisq; coërcet,
Vult, sed nec finem tunc habet iste spei.
Namque animæ nil forte potest sub jure placere,
Atque minus membris queis quoque plura refert.
Inq; altum attollit, naturæ & robore firmat,
Et mentem cogit ne cadat inde suam.
Quantum præstat homo, finem sæpe appetit unum,
Hanc Venerem mundus non habet iste sibi.
Hic amor at cunctis jam delectabilis extat,
Quantum illi est gratum vel sine jure rapit.
Hic facit ut falso jam forsan quisquis ametur,
Quod vel delitijs substitit, hoc & amat.

Ut pelagus nunquam puncto vacuatur ab imo,
Ingentem si quis extrahat inde lacum.
Appeto sed Venerem sed tali nomine solum,
Ut juxta hanc hostes semper ubique furunt.
Hac mala tota subest, & plus qui hanc tractat ubiq;
Æqualiq; omnes sunt ubicunque malo.
Si gradus est firmus nos labi desinit omnes,
Atque instans illud dat quoque vota bona.
Est tempus, minui, vel toto crescere sensu,
Hunc qui semper figitur inde nimis.
Ut me componunt multo contraria jure,
Sic amor est varius, votaq; sunt varia.

ELEGIA IV.

SIt maledicta dies qua vitæ munera sumpsi,
Sic sæpe adverso pectus amore ruit.
Sumq; ego, qui vario sub mentis turbine labor,
Atque mihi sensus corde solutus adest.
Semper amo invictus, similis temnoq; vicissim,
Mens mihi discordi statq; ubicunq; gradu.
Atque oculi, & tactus fuerant prius undique juncti
Si esse puto, non sum denique qui fueram.
Et Venus & mecum contemptus constitit ipse,
Sed damno mecum cuncta ubicunque furunt.
Non sine amore quidem mentis mihi munera linquo,
Ob votum, quod non esse videtur amor.
Esse suam nostram Venerem non pectore nosco,
Imo etiam ad tempus noxa videtur atrox.
Ejus amore quidem sensu mens emicat ipso,
Nec munus pretij non placet esse sui.

Non

Non sua jura volo, torpescit vulnere pectus,
Antiquo ex facto, turpi & ubique novo,
Dico placere mihi penitus contemnere semper,
Sed nequeo tali mente subesse semel.
Atque hujus Veneris causam sub mente revolvo,
Non hanc percipio nec locus ejus ubi est.
Non at amare puto, Venere & puto deinde carere,
Mens sibi delitias sumit ubique graves.
Nescio quî possim tanta hac sufferre vicissim,
Aut ira, aut damno stat ratio ipsa mihi.
Sentio & ut damnum ad se me vehit ipse Cupido,
Aut minus hoc praestat, ne quoque laedar ego.
Est aliquando mihi pulchrum quod turpe superstat,
Atque aliquando ejus horreo facta simul.
At per se tactus desumpsit gaudia nulla,
Ut laetatur enim gaudia mens revehit.
Ob faciem, talem quae dat mihi pectore mentem,
Semper agor, laesusq́; advocor inde simul.
Clamq́; amor at mecum gestis operatur acerbis,
Nec ratio est quare tot simulare queam.
Quod video, ad litem nec toto sufficit orbe,
In tot opes semper pauperis inde sinus.
Hoc, quod corda premit, Venus adfuit improba quondam
Non carni, at durus sic ut abesset amor.
Ut medicus toto turbatur pectore doctus,
Aegroti ut tristis tot mala nosse nequit.
Aequum tangit enim pulsum, & languescere vitam,
Membris, corde, sinu, pectore, mente, manu,
Ex octo signis quae sunt Hippocratis arte,
Nulla videt, tandem fit sibi vita brevis.
Sic mihi dulcis amor toto fert corde levamen,
Nescio quid noxae debeat esse mihi.

Nam nec amare volo, sed denique forsan amari,
Cur Veneris mecum vita subesse potest?
Sicut & ægrotus qui secum cernere tentat,
Quo veniat febris pessima flamma modo.
Se sumpsisse inquit membrum leporisq; bovisq;
Frigore corruptas sæpe bibisse & aquas.
Et nil cernit enim quod morbo sufficit ipsi,
Illum si duxit maxima suspicio.
Sic ego judicium nequeo mihi sumere certum,
Quæ sint delitiæ quas in amore gero.
Non in carne jacent, sed me caro provocat ipsa,
Perq; oculos intrant, queis viget altus amor.
Ut quis formosus toto sub corpore habetur,
Et non est pulcher partibus ipse suis,
Nec benè quis cernit cur sic habeatur & ipse:
Quod natura refert, forsan habetq; nihil.
Inq; aliis extat sequitur quod denique corpus,
Hoc est at facies fallit at hæc oculos.
Ipsa Venus vultu vel turpia cogit amare,
Ex quo spes mecum perstat ubique ferox.
Cogito si in partem me mens tunc sevocat omnem,
Ut video, aut tango tunc nihil at saturor.
Ut memoro possit quod me diffundere in iram,
Si pauca est, votum crescit & inde meum.
Et si est magna quidem, tunc crescit viribus ira,
In Venerem haud credo posse redire semel.
Nescio & amare etiam quia nil sua conscius opto,
Nec me excusat item mors aliquando sua.
Ejus sub Venere at nunquam jam gaudia duco,
Gratum erit assiduo si bona temno sua.
Nilominus semper nostra adsunt gaudia in illa,
Ejus pro toto, in partibus ipse manens.

ELEGIA V.

ÆQuum est alterius mundi meminisse micantis,
Mentem nam præsens nil vetat ire supra.
Sumq; Deo gratus video ut manifestius inde,
Crimen quo ingenium constitit omne meum.
Invenio mentem jam tandem sæpe solutam,
Et sum liber enim tempore quo esse licet.
Ast habitum ut tollam vel nullo robore possum,
Mutare ut mores non citò nempe datur.
Noscere qui poßet rerum primordia summa,
Quin prius hic habitum fortius hic agitet.
Quæ mala post peragit cùm jam extat natus in orbe,
Et quantum vires stant quoque corde suæ.
Hoc servabit enim vel qui se in gaudia fundat,
Alter ne dominus ejus inesset ibi.
Vtque intrat multâ semper dulcedine ridet,
Vtq; intravit item quis citò trudet eum?
Discit homo scripto, ratio nec sufficit ulla,
Sicque est ingenio littera nota suo.
Est sensus qui actus collatio dicitur ipsa,
Qui hoc sub judicio debet inesse sibi.
Hoc sine sensu autem mens nil perdiscit ubique,
Adverso perstat sed sibi more gravi.
Invenit & medium, cui virtus candida substat,
Hoc est hanc supra dicere abire nimis.
Qui jam se exercet, non perdere, præparat, usum,
Vt senuit, longo tempore semper inest.
Non sentit damnum, nec se languescere sentit,
Stat, sese ut lignum dirigere inde cupit.

Non habitum veterem tentat dimittere secum,
Qui facile hoc fieri vel sibi mente putat.
Induit ut sese facilè hunc atque invenit ipsum,
Sic reperire putat se exuit ut penitus.
Cogitat at solum tanta se ornare sub arte.
Vt socium talem denique constituat.
Nescit si credit fieri tunc forsitan hostem,
Illo delitiæ nam nituêre suæ.
Non dominus noster vidit, sensitq; vicissim,
Alterius famâ quî quoque perdat eum.
Quid magnum efficiet si vult hunc pellere totum?
Mutari est facilis denique quisquis homo.
Affixo vitio virtutem est sumere rectam,
Hoc medio magnum perstitit hic spatium.
Cordi laborat enim, medium ut videt ipse viator
Auxilium & nullo sensit adesse modo,
Sæpe retro quidam cernunt quosdam ire vagantes,
Et metuunt reliquam conficere inde viam.
Sic hic forte timet, sic toto pectore inhorret,
Vt gressum haud moveat territus inde loco.
Naturæ qui habitus studio quæsisset aperto,
Sub sermone aliquos esse videbit ibi.
Sic sub temperie quidam statuuntur adesse,
Hos mos semper agit, nilq; agit inde parum.
Sic habitus tunc fortis adest ubi decidit ipse,
Talesq; hos video, semper & esse noto.
Quem mores faciunt, non sustuli, at effugit ipse.
Natura in servum tunc quoque me statuit.
Ignari, nunc forsan ego volo deinde sciatis,
Non habitum toto corde manere situm.
Inq; illum tota ut deducitur ipsa voluntas,
Tunc mens quod viride est cogitat esse nigrum.

Sed

Sed quis casu acri ſic forſan corda movebit,
Vt vel delitias linquat ubique ſuas?
Atque ibi vel damnum poſuit, bonaq; ipſa locavit;
Perdere & his vitam vult ſine morte ſuam.
Ob Iovis aſtra alij, quidam ob ſe, ſortis ob auram;
Aut quia factorum denique jam puduit,
Occluſis oculis quod ſub curvamine cæco
Torpuit, in rectum dirigere inſtituunt.
Nec non hi pravi ducunt incommoda facti;
Ignorare nequit nam ſibi forſan homo:
Vt ſciat at ſaltem ſi fortè ingreſſus oberrat,
Non ideo ignari nomen habere poteſt.
At ſentire malum, non mentem perficit ipſam;
Parte unâ tantum qua ſibi judicium eſt.
Qualis ſit verò, mens ſolum perficit ipſa,
At quanta, haud poterit mens ſibi noſſe ſemet:
Mens ſub judicio nimium conjuncta ſupremo,
Facti judicium conſtruit omne ſui.
Et multum efficiet, ſi rectè id judicat ipſa,
Nilq; ita noſcendi ſubdita erit gradibus.
Turpia qui facta haud toto jam pectore plangit;
Hunc eſſe ignarum ſemper ubique patet.
Facto autem turpi ratio obluctatur aperta,
Delitijs qui obſtat, perficit omne nefas.
Qui ergo haud mente dolet, turpe ut quid conficit ipſe;
Quid ſit forte dolor neſcit ubique ſibi.
Vnde ignorantis potior pars cernitur omnis,
Et ſenſum, robur mentis habere ſuum:

EPIGRAMMA.

O Amor, aſſiduo fertur ſermone per orbem;
Damnis perpetuis gaudia mixta dari;

Finisq; immenso semper manet inde dolore,
  Multa mala, atque unum fert quoque sæpe bonum.

Elegia VI.

NAmque loqui haud prodest, domine, hic sermone soluto,
  Accipitrem ut saltem desq; ferasq; mihi.
Carmine at id dicam, haud timeo te id forte negare,
  Hoc hic textus erit, sed mihi glossa timor.
Num fieri poterit mores ut denique mutes,
  Natura his quoniam principium dederat.
At deinde absolves generoso id pectore tandem,
  Omnia perficiens nobilitate tua.
Gaudia dimisi jam prorsus corporis ipsa,
  Et quæ sunt animæ jam mihi curo nihil.
Sentio nilq; animæ splendentia gaudia mecum,
  Sed scio virtutis, sentio nulla tamen.
Delitiæ nostræ sola est venatio tantum,
  Supplico deinde tibi qui omnibus es melior,
Accipitrem ut dones sub curvis unguibus acrem,
  Sic tibi ut & donum denique vel placeat.
Si fortuna mea id jam denegat aspera nobis,
  Naturæ saltem deinde placere volo:
Et rationis opus longo delinquere gressu,
  Insanam ut rursus forsan amem Venerem.
Nolo tamen fieri torpenti pectore deses,
  Nec Deus aut mollem me aut rigidum faciat,
Iam sed amare volo, vel frangam candida colla,
  Quam piger ut faciam vel mala sive bona.
Semper amor duro se præstitit undique corde,
  Dilexi quoniam semper amore gravi.

Iam

Iam non pectus amat, cervicem aut quæque puella,
Hæc ubi erit jam quæ non sibi talis erit?
Non ultra pelagus jacet hæc, neque forsan ad Indos,
Parthenopè hanc servat, si bene quæris eam.
Huic meritum est sancti, divino & numine pectus.
Captivam hæc regis debet habere fidem.
Hæc est summa boni species, virtutis & altæ,
Hanc quis vel pretio ducet ubique suo?
Regem esse egregium vel toto dicitur orbe,
At similis mundo rara puella venit.
Hæc hominum quærit qui sit sub pectore Phœnix,
Dat Deus hos forsan quos sibi jungat amor.
Quod patet à longè nam tandem ducit & illum,
Vno ut sic jungat tunc duo corda modo.
Quàm pauci Veneris cognoscunt munera dulcis,
Etsi omnes sensu percipiunt Venerem.
Crasso voto autem quod dat natura suprema,
Nunc animal præstat vel sibi nosse minus.
At quis forte sciet sensus discernere amoris,
Et sibi quæ adverso fert quoque vota modo?
Infiniti autem quæ sunt finita capessunt,
Quod natura negat nec simul esse potest.
At caro carnem aptat, nemo hæc vel forte negabit,
Atque hominis votum mollia membra premit.
Hoc si animæ haud hæret, sunt his fastidia cuncta,
Ex his conjunctis quid grave sentit homo.
Ille animæ sacros qui forsan sentit amores,
Inter mortales Angelus esse potest.
Corporis, & qui animæ jam sensibus utitur altis,
Vt perfectus homo dulcia cuncta sapit.
Non sine damno autem nullus sua gaudia sentit,
Corporis hic semper qui bona solus amat.

Esuriens etenim nunquam sub corde quiescit,
Aufert esca famem, tristitia haud saturo est.
At si quàm par est se devehit altius idem,
Est quoniam excessus, nausea nata subest.
Non simili casu defenditur altus amator,
Inter vota subest, & fera jura mali.
Non Venerem tandem quisquis sibi sumit honestam,
Vt seu extremum sentiat ejus homo.
Sive parum aut nimium non huic jam constitit hostis,
Zelum, vota, malum jam me habebit idem,
Namque ut corpus amat diverso est undique corde,
Vota nocent illi, nausea sæva subest.
Ast amor hic animum & corpus qui jungit utrinque,
Vim linquit cunctis semper ubique sitam.

EPIGRAMMA.

SI videor stultus crasso quia carmine scribo,
Arcanum aut Veneris vel quia mente gero:
Vt tandem ostendam cur hæc jam denique feci,
Dicam hæc si jussit qui velut alta natat.

EPIGRAMMA.

QVæ ante oculos dulces defers sub amore puellæ,
Et menti & cordi dasq; refersq; modum:
Te precor, accipitrem celerem ut mihi denique poscas,
Venari at videor si hæc mihi dona dabis.

ELEGIA VII.

DOctus amator enim me nunc intelligat ipsum,
Nam Venerem nunquā quæ loquor ipsa negant.

At qui sub membris saturatur turpiter atris,
Sermonem nunquam sumpserit iste meum.
Est amor ipse triplex, sequitur quem quisquis amator,
Hic at honestati est, illeq; delitijs.
Postremum at sileo quoniam est & amabile donum,
Non redamat nunquam qui quoque forsan amat.
Hi duo at uniti possunt vel semper inesse,
Si vel flamma duplex vrere nosq; potest,
Sensus hi quosdam vel sæpe sequuntur amores,
Naturam accipiens undique quisque suam.
Expes corrupto nam stat sibi pectore semper,
Corrupta & semper jam quoque vota cupit.
Ast anima æterno quæ perstat tempore viva,
Hic bona virtutis sub pede ducit ovans.
Quodq; illi hærescit sub dulcia gaudia cogit,
Et quoniam improprium est protinus omne ruit.
Sponte sua mixto Veneris stat jure voluntas,
Quæ dum non regitur fert mala cuncta sibi.
Pectore ab ignaro votum hoc producitur atrum,
Naturasq; duas continet inde simul.
Atque hominem totis cogit, curisq; coërcet,
Vult, sed nec finem tunc habet iste spei.
Namque animæ nil forte potest sub jure placere,
Atque minus membris queis quoque plura refert.
Inq; altum attollit, naturæ & robore firmat,
Et mentem cogit ne cadat inde suam.
Quantum præstat homo, finem sæpe appetit unum,
Hanc Venerem mundus non habet iste sibi.
Hic amor at cunctis jam delectabilis extat,
Quantum illi est gratum vel sine jure rapit.
Hic facit ut falso jam forsan quisquis ametur,
Quod vel delitijs substitit, hoc & amat.

Ut pelagus nunquam puncto vacuatur ab imo,
Ingentem si quis extrahat inde lacum.
Appeto sed Venerem sed tali nomine solum,
Ut juxta hanc hostes semper ubique furunt.
Hac mala tota subest, & plus qui hanc tractat ubiq;
Æqualiq; omnes sunt ubicunque malo.
Si gradus est firmus nos labi desinit omnes,
Atque instans illud dat quoque vota bona.
Est tempus, minui, vel toto crescere sensu,
Hunc qui semper figitur inde nimis.
Ut me componunt multo contraria jure,
Sic amor est varius, votaq; sunt varia.

ELEGIA IV.

SIt maledicta dies qua vitæ munera sumpsi,
Sic sæpe adverso pectus amore ruit.
Sumq; ego, qui vario sub mentis turbine labor,
Atque mihi sensus corde solutus adest.
Semper amo invictus, similis temnoq; vicissim,
Mens mihi discordi statq; ubicunq; gradu.
Atque oculi, & tactus fuerant prius undique juncti
Si esse puto, non sum denique qui fueram.
Et Venus & mecum contemptus constitit ipse,
Sed damno mecum cuncta ubicunque furunt.
Non sine amore quidem mentis mihi munera linquo,
Ob votum, quod non esse videtur amor.
Esse suam nostram Venerem non pectore nosco,
Imo etiam ad tempus noxa videtur atrox.
Ejus amore quidem sensu mens emicat ipso,
Nec munus pretij non placet esse sui.

Non

Non sua jura volo, torpescit vulnere pectus,
Antiquo ex facto, turpi & ubique novo,
Dico placere mihi penitus contemnere semper,
Sed nequeo tali mente subesse semel.
Atque hujus Veneris causam sub mente revolvo,
Non hanc percipio nec locus ejus ubi est.
Non at amare puto, Venere & puto deinde carere,
Mens sibi delitias sumit ubique graves.
Nescio quî possim tanta hac sufferre vicissim,
Aut ira, aut damno stat ratio ipsa mihi.
Sentio & ut damnum ad se me vehit ipse Cupido,
Aut minus hoc præstat, ne quoque lædar ego.
Est aliquando mihi pulchrum quod turpe superstat,
Atque aliquando ejus horreo facta simul.
At per se tactus desumpsit gaudia nulla,
Ut lætatur enim gaudia mens revehit.
Ob faciem, talem quæ dat mihi pectore mentem,
Semper agor, læsusq; advocor inde simul.
Clamq; amor at mecum gestis operatur acerbis,
Nec ratio est quare tot simulare queam.
Quod video, ad litem nec toto sufficit orbe,
In tot opes semper pauperis inde sinus.
Hoc, quod corda premit, Venus adfuit improba quondam
Non carni, at durus sic ut abesset amor.
Ut medicus toto turbatur pectore doctus,
Ægroti ut tristis tot mala nosse nequit.
Æquum tangit enim pulsum, & languescere vitam,
Membris, corde, sinu, pectore, mente, manu,
Ex octo signis quæ sunt Hippocratis arte,
Nulla videt, tandem fit sibi vita brevis.
Sic mihi dulcis amor toto fert corde levamen,
Nescio quid noxæ debeat esse mihi.

Nam nec amare volo, ſed denique forſan amari,
Cur Veneris mecum vita ſubeſſe poteſt?
Sicut & ægrotus qui ſecum cernere tentat,
Quo veniat febris peſſima flamma modo.
Se ſumpſiſſe inquit membrum leporisq; bovisq;
Frigore corruptas ſæpe bibiſſe & aquas.
Et nil cernit enim quod morbo ſufficit ipſi,
Illum ſi duxit maxima ſuſpicio.
Sic ego judicium nequeo mihi ſumere certum,
Quæ ſint delitiæ quas in amore gero.
Non in carne jacent, ſed me caro provocat ipſa,
Perq; oculos intrant, queis viget altus amor.
Ut quis formoſus toto ſub corpore habetur,
Et non eſt pulcher partibus ipſe ſuis,
Nec benè quis cernit cur ſic habeatur & ipſe:
Quod natura refert, forſan habetq; nihil.
Inq; aliis extat ſequitur quod denique corpus,
Hoc eſt at facies fallit at hæc oculos.
Ipſa Venus vultu vel turpia cogit amare,
Ex quo ſpes mecum perſtat ubique ferox.
Cogito ſi in partem me mens tunc ſevocat omnem,
Ut video, aut tango tunc nihil at ſaturor.
Ut memoro poſſit quod me diffundere in iram,
Si pauca eſt, votum creſcit & inde meum.
Et ſi eſt magna quidem, tunc creſcit viribus ira,
In Venerem haud credo poſſe redire ſemel.
Neſcio & amare etiam quia nil ſua conſcius opto,
Nec me excuſat item mors aliquando ſua.
Ejus ſub Venere at nunquam jam gaudia duco,
Gratum erit aſſiduo ſi bona temno ſua.
Nilominus ſemper noſtra adſunt gaudia in illa,
Ejus pro toto, in partibus ipſe manens.

E L E-

ELEGIA V.

ÆQuum est alterius mundi meminisse micantis,
Mentem nam præsens nil vetat ire supra.
Sumq; Deo gratus video ut manifestius inde,
Crimen quo ingenium constitit omne meum.
Invenio mentem jam tandem sæpe solutam,
Et sum liber enim tempore quo esse licet.
Ast habitum ut tollam vel nullo robore possum,
Mutare ut mores non citò nempe datur.
Noscere qui poßet rerum primordia summa,
Quin prius hic habitum fortius hic agitet.
Quæ mala post peragit cùm jam extat natus in orbe,
Et quantum vires stant quoque corde suæ.
Hoc servabit enim vel qui se in gaudia fundat,
Alter ne dominus ejus inesset ibi.
Vtque intrat multâ semper dulcedine ridet,
Vtq; intravit item quis citò trudet eum?
Discit homo scripto, ratio nec sufficit ulla,
Sicque est ingenio littera nota suo.
Est sensus qui actus collatio dicitur ipsa,
Qui hoc sub judicio debet inesse sibi.
Hoc sine sensu autem mens nil perdiscit ubique,
Adverso perstat sed sibi more gravi.
Invenit & medium, cui virtus candida substat,
Hoc est hanc supra dicere abire nimis.
Qui jam se exercet, non perdere, præparat, usum,
Vt senuit, longo tempore semper inest.
Non sentit damnum, nec se languescere sentit,
Stat, sese ut lignum dirigere inde cupit.

Non habitum veterem tentat dimittere secum,
Qui facile hoc fieri vel sibi mente putat.
Induit ut sese facilè hunc atque invenit ipsum,
Sic reperire putat se exuit ut penitus.
Cogitat at solum tanta se ornare sub arte,
Vt socium talem denique constituat.
Nescit si credit fieri tunc forsitan hostem,
Illo delitiæ nam nituêre suæ.
Non dominus noster vidit, sensitq; vicissim,
Alterius famâ quî quoque perdat eum.
Quid magnum efficiet si vult hunc pellere totum?
Mutari est facilis denique quisquis homo.
Affixo vitio virtutem est sumere rectam,
Hoc medio magnum perstitit hic spatium.
Cordi laborat enim, medium ut videt ipse viator
Auxilium & nullo sensit adesse modo,
Sæpe retro quidam cernunt quosdam ire vagantes,
Et metuunt reliquam conficere inde viam.
Sic hic forte timet, sic toto pectore inhorret,
Vt gressum haud moveat territus inde loco.
Naturæ qui habitus studio quæsisset aperto,
Sub sermone aliquos esse videbit ibi.
Sic sub temperie quidam statuuntur adesse,
Hos mos semper agit, nilq; agit inde parum.
Sic habitus tunc fortis adest ubi decidit ipse,
Talesq; hos video, semper & esse noto.
Quem mores faciunt, non sustuli, at effugit ipse.
Natura in servum tunc quoque me statuit.
Ignari, nunc forsan ego volo deinde sciatis,
Non habitum toto corde manere situm.
Inq; illum tota ut deducitur ipsa voluntas,
Tunc mens quod viride est cogitat esse nigrum.

Sed

Sed quis casu acri sic forsan corda movebit,
Vt vel delitias linquat ubique suas?
Atque ibi vel damnum posuit, bonaq; ipsa locavit;
Perdere & his vitam vult sine morte suam.
Ob Iovis astra alij, quidam ob se, sortis ob aurani;
Aut quia factorum denique jam puduit;
Occlusis oculis quod sub curvamine cæco
Torpuit, in rectum dirigere instituunt:
Nec non hi pravi ducunt incommoda facti,
Ignorare nequit nam sibi forsan homo:
Vt sciat at saltem si fortè ingressus oberrat,
Non ideo ignari nomen habere potest.
At sentire malum, non mentem perficit ipsam;
Parte unâ tantum qua sibi judicium est.
Qualis sit verò, mens solum perficit ipsa,
At quanta, haud poterit mens sibi nosse semet:
Mens sub judicio nimium conjuncta supremo,
Facti judicium construit omne sui.
Et multum efficiet, si rectè id judicat ipsa,
Nilq; ita noscendi subdita erit gradibus.
Turpia qui facta haud toto jam pectore plangit;
Hunc esse ignarum semper ubique patet.
Facto autem turpi ratio obluctatur aperta,
Delitijs qui obstat, perficit omne nefas.
Qui ergo haud mente dolet, turpe ut quid conficit ipse;
Quid sit forte dolor nescit ubique sibi.
Vnde ignorantis potior pars cernitur omnis,
Et sensum, robur mentis habere suum.

EPIGRAMMA.

O Amor, aßiduo fertur sermone per orbem;
Damnis perpetuis gaudia mixta dari;

Finisq; immenso semper manet inde dolore,
Multa mala, atque unum fert quoque sæpe bonum.

ELEGIA VI.

NAmque loqui haud prodest, domine, hic sermone soluto,
Accipitrem ut saltem desq; ferasq; mihi.
Carmine at id dicam, haud timeo te id forte negare,
Hoc hic textus erit, sed mihi glossa timor.
Num fieri poterit mores ut denique mutes,
Natura his quoniam principium dederat.
At deinde absolves generoso id pectore tandem,
Omnia perficiens nobilitate tua.
Gaudia dimisi jam prorsus corporis ipsa,
Et quæ sunt animæ jam mihi curo nihil.
Sentio nilq; animæ splendentia gaudia mecum,
Sed scio virtutis, sentio nulla tamen.
Delitiæ nostræ sola est venatio tantum,
Supplico deinde tibi qui omnibus es melior,
Accipitrem ut dones sub curvis unguibus acrem,
Sic tibi ut & donum denique vel placeat.
Si fortuna mea id jam denegat aspera nobis,
Naturæ saltem deinde placere volo:
Et rationis opus longo delinquere gressu,
Insanam ut rursus forsan amem Venerem.
Nolo tamen fieri torpenti pectore deses,
Nec Deus aut mollem me aut rigidum faciat,
Iam sed amare volo, vel frangam candida colla,
Quam piger ut faciam vel mala sive bona.
Semper amor duro se præstitit undique corde,
Dilexi quoniam semper amore gravi.

Iam non pectus amat, cervicem aut quæque puella,
Hæc ubi erit jam quæ non sibi talis erit?
Non ultra pelagus jacet hæc, neque forsan ad Indos,
Parthenope hanc servat, si bene quæris eam.
Huic meritum est sancti, divino & numine pectus.
Captivam hæc regis debet habere fidem.
Hæc est summa boni species, virtutis & altæ,
Hanc quis vel pretio ducet ubique suo?
Regem esse egregium vel toto dicitur orbe,
At similis mundo rara puella venit.
Hæc hominum quærit qui sit sub pectore Phœnix,
Dat Deus hos forsan quos sibi jungat amor.
Quod patet à longè nam tandem ducit & illum,
Vno ut sic jungat tunc duo corda modo.
Quàm pauci Veneris cognoscunt munera dulcis,
Etsi omnes sensu percipiunt Venerem.
Crasso voto autem quod dat natura suprema,
Nunc animal præstat vel sibi nosse minus.
At quis forte sciet sensus discernere amoris,
Et sibi quæ adverso fert quoque vota modo?
Infiniti autem quæ sunt finita capessunt,
Quod natura negat nec simul esse potest.
At caro carnem aptat, nemo hæc vel forte negabit,
Atque hominis votum mollia membra premit.
Hoc si animæ haud hæret, sunt his fastidia cuncta,
Ex his conjunctis quid grave sentit homo.
Ille animæ sacros qui forsan sentit amores,
Inter mortales Angelus esse potest.
Corporis, & qui animæ jam sensibus utitur altis,
Vt perfectus homo dulcia cuncta sapit.
Non sine damno autem nullus sua gaudia sentit,
Corporis hic semper qui bona solus amat.

At qui ſub membris ſaturatur turpiter atris,
Sermonem nunquam ſumpſerit iſte meum.
Eſt amor ipſe triplex, ſequitur quem quiſquis amator,
Hic at honeſtati eſt, illeq́ꝫ delitijs.
Poſtremum at ſileo quoniam eſt & amabile donum,
Non redamat nunquam qui quoque forſan amat.
Hi duo at uniti poſſunt vel ſemper ineſſe,
Si vel flamma duplex vrere noſq́ꝫ poteſt,
Senſus hi quoſdam vel ſæpe ſequuntur amores,
Naturam accipiens undique quiſque ſuam.
Expes corrupto nam ſtat ſibi pectore ſemper,
Corrupta & ſemper jam quoque vota cupit.
Aſt anima æterno quæ perſtat tempore viva,
Hic bona virtutis ſub pede ducit ovans.
Quodq́ꝫ illi hæreſcit ſub dulcia gaudia cogit,
Et quoniam improprium eſt protinus omne ruit.
Sponte ſua mixto Veneris ſtat jure voluntas,
Quæ dum non regitur fert mala cuncta ſibi.
Pectore ab ignaro votum hoc producitur atrum,
Naturasq́ꝫ duas continet inde ſimul.
Atque hominem totis cogit, curisq́ꝫ coërcet,
Vult, ſed nec finem tunc habet iſte ſpei.
Namque animæ nil forte poteſt ſub jure placere,
Atque minus membris queis quoque plura refert.
Inq́ꝫ altum attollit, natura & robore firmat,
Et mentem cogit ne cadat inde ſuam.
Quantum præſtat homo, finem ſæpe appetit unum,
Hanc Venerem mundus non habet iſte ſibi.
Hic amor at cunctis jam delectabilis extat,
Quantum illi eſt gratum vel ſine jure rapit.
Hic facit ut falſo jam forſan quiſquis ametur,
Quod vel delitijs ſubſtitit, hoc & amat.

Nil amat at totum quod jam delectet ubique,
Quare illo tutus nullus amator inest.
Hic rationi ipsi tantum nocet undique semper,
Vt præsens illi est quod sibi forte placet.
Si quis forte optat mixto se extollere jure,
Hoc faciet volvi quæ bona sumpta cupit.
Confuso Vates describunt carmine amorem,
Illumq; advertunt, quis tetigit, dubitant.
At ratio ex anima penitus nos sevocat omnes,
Ab sensu torquent nos quoque vota gravi.
Esse potest quisquis jam perstet simplici amore,
Absq; animâ in membris, his quoque subq; animani,
Virtutem ut sequitur tali sese armat amore,
Et corpus bruti mugit ubique sono.
Hæc mixta intexunt varios sub veste colores,
In qua qui perstat vix patet ipse color,
Immemor est quisquis naturæ denique summæ,
Cogit & utq; potest obsequium alterius.
Non ita ut & totum vel secum dividat omne,
Si partim haud moritur tunc sopor inde sibi est,
Et quantum quisquis sua vota laboribus urget,
Facta inde existunt mira ubicunque nimis.
Fœdere sed charo justos vehit undique sensus,
Et simili casu bella videntur ibi.
Quod ratio prohibet, sæpe optat spiritus ipse,
Et corpus moritur nec mala sentit idem.
Omnis amans semper nequit indere gaudia cordi,
Donec vel corpus sese animæ statuat.
His si vota quidem morsu quatiuntur acerbo,
Hic amor in culmen nos nequit inÿcere.
Ni corpus factis se ostendit semper iniquis,
Quod natura dedit, vertit ubique ferox.

Atque animam cogit potum ut bibat undique amarum,
Nec naturæ etiam jam placet inde sacræ.
Per se anima at tandem persentit gaudia nulla,
Sub corpus minimum tota vel inde ruunt.
Per se anima at tali non permiscetur amore,
Objectum quoniam jam nequit esse suum.
Non est at membris, bruti est affectus ubique,
Unio at hæc miscet jam omnia plena sibi.
Vult homo ut & pectus subdatur forte puellæ,
Quam colit & toto semper amore flagrat.
Hanc amat ut nimium famam & discrimine turpat;
Corporis & factis spiritus ipse viget.
Non saturatur enim si corpus deficit unquam,
Compositi votum jura resumpta secat.
Factis nota patet rerum præscripta voluntas,
Unde animam nostram sic patet esse humilem.
Corpore de nostro nunquam se attollit in altum,
Delitijs ambo sunt quia sæpe inopes.
Spiritus effertur sub gaudia corporis alta,
Naturam & linquit sic sua semper agens,
Illis at corpus semper se in gaudia fertur,
Naturam & miseram vix sibi noscit idem.
Appetit ipsa caro, sed semper spiritus hæret,
Nam si aliquis tangit, tunc rapit illa magis.
At non virtutem pertingit cæca voluntas,
Instar sed pelagi fluctuat illa nimis.
Principio feritate tumet, nimis horrida & astat,
Cui sciat elatum quàm citò dejiciat.
Funibus atque tribus funem facit ipse Cupido,
Rumpitur hic subitò; durat & ille nihil.
Frangitur, aut languet quo mors sævè ingruit, alter,
Tertius at si & abest funis ubique perit.

Firmior hic extat, reliquos & firmat utrinque,
Non facit esse quidem, sed vetat inde ruant.
Dici vix poterit quî corpore spiritus astat,
Hic vult, alterius cuncta ubicunque placent,
Gaudia & hic sentit, vires labuntur & hujus,
Dum gravidusq; subest robur ubique viget.
Sæpe quidem tunc vota etiam sub corpore cessant,
Est opus ut vires spiritus ipse ferat.
Est opus atque aliter florescat corpus ut ipsum,
Sic animam & pressam leniat inde modo.
Estq; necesse fames ut tandem frangat utrumque,
Aut votum alterius deprimat hinc alium.
At si vota quidem toto sub corde gravantur,
Nil mirum tandem gaudia si sequitur.
Vtque potest quoniam semper se in gaudia fundit,
Spiritus at corpus non bona in æde gerit.
Non per se corpus tandem infinita reservat,
Per se anima excessum quemque relinquit iners.
Juncti ambo ascendunt in dulcia gaudia semper,
Quantum anima at tardat noscere, lapsa, sua.
Hoc restat corpus toto ut languescat amore,
Sic oculi tunicæ tunc tenuantur ibi.
Atque anima, & corpus toto lætantur in orbe,
Delitiæ atque dolor semper utrisq; patent.
Hujus it inq; aliud sub sensu passio moto,
Estq; usus stulto nullibi suspicio.
Ast horum est aliquis nullâ tolerabilis arte,
Vt temni, causam tentet ob alterius.
Contemptus Venerem fugat, atque oblivio lætam,
Non saltem æquali tempore durat ibi.
In multis tunc torpet amor sub corpore solum,
Aut quoniam ira furit, jam immemor aut quoniã est.

Per-

Perq; oculos Venus alta ardet, flammescit & igne,
Appetit & tactum, crescere & unde petit.
Spes moderata quidem Venerem tunc perficit omnem,
Qua amissâ mortem denique culpat amor.
Ejusq; est proles spes, votum & denique fervens,
Nec timor est longè qui fera bella movet.
Hos autem affectus vix denegat altus amator,
Hanc trutinam solum pondere cogit amor.
Quisque alium superare audet, vexareq; tentat,
Quod quis si exequitur cuncta refulcit amor.
Ex anima exorditur amor, sensuq; potenti,
Per se at virtutem, mentis opusq; petit.
Hic amor ingenio solum conflatur ubique,
Dum bona sæpe colit quæ sibi noscit ovans.
Factum est immensum pares ut se undique firmant,
Multiplicare bonum quo viget ille diu.
Hic amor ex pretio formam sibi sumit honesto,
Nec pugnat secum quæ salit inde Venus.
Hanc qui consequitur nullo discrimine gaudet,
Non timor existit, spes neque dura furit.
Qui sunt quos tandem vel secum cogit honestas,
Virtutem per se fœmineam ut quis amet.
Non dubito quemcunque bonam sibi velle puellam,
Delitiæ ut nimium denique sic vigeant.
Non aliquem nosco qui hæc sentiat inde remotus,
Intra se totum dat sibi sensus opus.
Vnde amor hinc alter superest, nec deficit ipse,
Contemptu, & lapsu truditur immemoris.
Hic amor estq; lapis perfecta Lydius arte,
Nam nihil est florens hic ubi forte cadit.
Hic amor astat ubi Veneris regnum undique summum,
Atque animam & corpus servat ubique simul.

Delitijs nec enim damnis tarda effluit ipsa,
Pectore sub casto sæpius illa viget.
Mentem conturbat, fuscat subtilia quæque,
Et dolor invigilat tunc ubi dormit homo.
Solus vult etiam, subito celatq; colitq;,
Hoc qui est concussus, huic ratio ipsa ruit.
Nam nequit aut sensu desumere forsan honesto,
Vt leporem haud sentit fervidus ore canis.
Sensus vota animam vinclis nodantq; ligantq;,
Sic hos quos cogit pectore blanda Venus.
Obscuro ingenium semper cum lumine cernit,
Ob cæcos oculos quos tegit inde anima.
Discipuli queis summa Venus patet ipsa magistra,
Nil meditari audent facta ut ubique premant.
Turpis amor, nullo tandem sub fœdere pactum,
Corpora dura domat, corda ferina secat.
Extremum affectum lassis dant sensibus ipsis,
Duro astant saxo vitæ hominis miseræ.
Atque amor ex anima exoritur, qui purus & altus,
Virtute, & toto surgit ab ingenio.
Hoc pectus simplex ducit sibi Iuppiter ingens,
Tantumq; est etiam temnat ut hinc alia.
Sede in me inventâ cuncti cecidere vicissim,
Quisquis sub simili motus ubique suo est.
Sensi ictus geminos quos quisquis contulit hasta,
In me etiam laqueos struxerat inde simul.
Hic per se lumen, datq; alter sæpe tenebras,
Atque simul vitam, gaudia summa, febrem.
At Deus hic animam multo vehit ipse favore,
Hanc in delitijs non fera damna premunt.
Non miserum corpus fastidia pessima torquent,
Nilq; bonum noscit, ni mala noscit ibi.

Sic etiam affectus veluti sua membra relinquunt,
Est animæ carcer fortior & gravior.
Atque ejus vires latè extenduntur ubique,
Post saxum haud cernit, sola at aperta videt.
Tutus amor lucro nunquam lassatus in orbe,
Corporis & lucrum deficit omne brevi.
Iam non defendar, quin me Venus aspera lædat,
Voto illo cingit quod caro nostra sibi.
At natura duos mihi defert undique amores,
Si forte adveniunt, si quoque forte placent.
Vtq; homo nempe potest majus decus undique habere,
Vtq; animæ jungi membra simul poterunt.
Sic amor exsurgit per dulcia gaudia semper,
Vtque animam & corpus vincla duo abripiunt.
Sæpius hic alio sese torquentur ubique,
Nec sic fortis amor jam undique cuique patet.
Vtque amarat corpus proprio sub jure relinquit,
Ejus nam vires sunt sibi fine sitæ,
Tunc animam jam purus amor confirmat & aptat,
Tunc ratio nitido perstat ubique gradu.
Gaudia suscipiunt illo sub tempore tanta,
Corporis ut prorsus gaudia dejiciant.
Et quando vires tunc corporis inde vehuntur,
Principio deflet spiritus ipse meus.
Et si delitiæ corpus sub viribus indunt,
Delitijs torpet spiritus ipse suis.
At vota illa quibus totis caro sensibus instat,
Complementa ferunt queis Venus ipsa manet.
Alter amor vitijs qui liberat undique quemque,
Non sedem reperit, qui Venerem inde meret.
Hoc at amore quidem desidero vivere solum,
Mensq; alijs nunquam stat mihi læta bonis.

Ergo ubi erit ſic tantus amor toto integer ore,
Illo ut ſit nullum pectore nempe malum.
At me forſan amans ſimili ſub ſorte viciſſim,
In ſpem delitiæ ſunt ubicunque meam.
Spiritus at gaudet curis ſpeculantibus alta,
Intra ſe & conflat robur ubique ſuum.
Non putat inde pedes, non brachia, pectora, colla,
Nam quidquid ſimile eſt ſæpe amat & ſimile.
Ejus ſolum opto ſic mentis lumina clara,
In me ut ſecretum jam nihil inde foret.
Vt Veneris ſtricto ſic ſemita calle ſubeſſet,
Duceret ut noxam quidquid & eſſet obex.
Vtque ejus Veneris Zelum ſub pectore ferret,
In me uſque in mortem conſtet ut ipſa ferox.
Si Iovis ob ſtudium membris tunc ſpiritus aſtat,
Et fata in Venerem nulla ſoluta jacent.
Et ratio nullo detracta ut tempore vera,
Pugnam imo cunctam judicat hoſtis adhuc.
Sic eſt delitijs ſemper caro percita noſtra,
Nympham ut non videam quin mihi mente gemam.
Et ſine fine illam jam prorſus denique cerno,
Cor ſe nam totum firmat ubique ſimul.
Et gratis ratio nobis deſumpta ſuperſtat,
Se memini Venerem perdere poſſe meam.
Vt qui ſic vanâ perſiſtit mente per orbem,
Hic ut divinas jam ſibi quærat opes.
Artibus & magnis ſua gaudia circumit alta,
Mundi & delitijs jam bona multa videt:
Sic ego qui Venerem dextro volo nectere jure,
Delitiisq; illis hanc volo detrahere.
Quod peto at ipſe nequit proprijs imponere rebus,
Nec locus eſt in quo vis ſua tuta fluat.

Non locus est stabilis votum qui continet ipsum,
Et spes non audet linquere corda, mea.
Non est qui nisi amet forsan cognoscat amorem,
Sive Dei causâ confiteatur eum.
Ille ego sum, cesso qui nullo tempore mecum,
Illum mente ferens qui dat & inde nihil.
Cogunt vota quidem spe tristi corda jacere,
Sic torpente sinu vix citet ut ratio.
Non me namque latet manifesto est jure & apertum,
Nympham non puro forsan amore frui.
Sunt mihi delitiæ rerum speculatio summa,
Et tristor factis dum mea vita manet,
Ignis amoris enim nullo sub tegmine torpet,
Hunc oculi vulgant semper ubique mei.
Atque dolor mittit semper sub corda cruorem,
Atque occurrit ubi tunc quoque vulnus adest.
Vota mea assiduo permuto concita motu,
Nec certo durus stat dolor ipse loco.
Est color in facie incertus, mœstusq; gravisq;
Publica linquo quidem condita quæro loca.
Vtque cubile peto dolor excitat inde repellens,
Dum non fortè fleo corda recussa ruunt.
Languentes sensus subitus quatit undique motus,
Atque caput collo fert grave semper onus.
In venis calor ardet atrox, flammisq; perurget,
Ventura & sensus dura pericla secant.
Præteriti quoniam memor asto sensibus ipsis,
Induitur corpus sæpe pudore meum.
Cura ingens Veneris semper mea facta retorquet,
Et nisi quæ sensit, cogitat inde nihil.
Est jus vota meis compleri turgida curis,
Nescio quid vires sic quatit inde graves.

Ponitur utque aurum nivei per prata papyri,
Vt parvum aut multum forte lucrum fuerit.
Sic noster sensus simili stat denique casu,
Hac Venere egregiâ quam manet ipsa potens.
Humida at incutiunt flammas, ignesq; refringunt.
Arida & obsequium dant loca semper ibi.
Sic Veneris vires influxus cælitus indunt,
His quibus est robur grandius omne suum.
Hoc illi præstat quem toto diligit orbe,
Atque hic ut dæmon sic tua corda tenet.
Vota caro quæ nostra petit, quæritq; vicißim,
Si est complementum gaudia victa ruunt.
Delitiæ ast animam quæ cogunt robore nostram,
Durabunt, quoniam non sibi finis adest.
Vtque homo cui multis occurrit mors fera damnis,
Nam infinita subest viva anima illi at adest.
Parte alia in mundo deletur denique totus,
Finitum quoniam non it in auxilium.
Mortalem sic corpus agit sibi semper amorem,
Spiritus æternum donat habere gradum.
Vt chalybis clypeus semper quemque excutit ictum,
Ferratum at clypeum quilibet ictus agit.
Vnito ut perstant conflati utrinque metallo,
His mixtis robur nascitur eximium.
Sic subtilis amor diuturno pondere magnus,
Vim finitam agitat corporis ille sui.
Sensitivus amor casu cadit undique certo,
Spiritus amißâ stat quoque temperie.
Carnisq; exoptat tunc spiritus artubus indi,
Nam non est qui ullo tempore nec vel amet.
Iamq; homines ardent qui multo semper amore,
Divinis factis mente polum repetunt.

Est magnum ingenium divinum denique donum,
Atque ejus mores credere quemque juvat.
Ergo si Veneris sermo vel quilibet exit,
Quem ratio nullo jam sibi jure probet,
Non sit qui tandem mea carmina crimine fœdet,
Quæ secreta ferunt, quæ hic amor ipse tegit.
Horum esse at possum certis detectio causis,
Datq; amor eclipsim nunc ubi deficio.
Finito mundo nec sol, nec signa, nec astra,
Per cælum current, nilq; planeta nitens.
Illius ob causam cuncta hæc Deus edidit altus,
Atque illo amisso stabit in orbe nihil.
Si ex hoc mundo robur transfertur utrinque,
Quod nos in Venerem semper ubique movet.
Decidet è cœlo, in Venerem nemo acriter ardet,
Imo languescunt semper amore viri.
At si cernit amor sine fructu errare per orbem
Corda, pudore tumens decidet ipse loco.

ELEGIA VIII.

DVm Cypriæ flammas presso sub pectore duxi,
Vix illam potui noscere mente mihi.
Ejusq; at quantum dimisi è corpore sensum,
Dicere possum equidem quid sit & illa satis:
Ejusq; ob causam quæ sit sine crimine novi,
Vtilis & decoris forsan habere nihil.
Quomodo ut in votis depressa est tegmine cæco,
Quomodo & effervens ira stat una sibi.
Delitias Veneris sequitur qui sensibus altas,
Spemq; illis nullam sentit adesse suam.

Tempore præsenti sua sunt sibi gaudia semper,
Incerta & Veneris tangitur igne nimis.
Qui verò pœnam suffert, non sicut amorem,
Hic magnis votis altera habere cupit.
Ira sub facibus sua desidet acta voluntas,
Et spes atque metus fortia damna ferunt.
Vt corpus rectâ nexum compagine secum,
Dicitur æquali membra tenere modo:
Sic amor est, constat tribus ut sibi sensibus altis,
Atque tribus factis hunc quoque quisq; videt.
Quisquis enim votum prospectat corporis apte,
Materiam & qua extat semper honestus amor.
Hæc homo conqueritur benè si colit actus amore,
Absque his conjunctis est amor ipse nihil.
Non est Angelicus tandem puer iste Cupido,
Corpus quamque animam consequitur potius.
De illo autem est sermo, cujus pars maxima substat,
Ejus vis ingens undique tota simul.
Partibus at sentit qui jam tribus ignea tela,
Angeli & est hominis bruti & ubiq; sinus.
Et veluti cujus suscepit nomina secum,
Etsi cuncta simul corpore cuncta gerit.
Primum illi est corpus quacunque ex parte subactum,
Atque anima est illo viribus hisce sita.
Si illud fastidit, corpus sine robore perstat,
Et Cyprium pariter spiritus ipse fugit.
Sæpe & novit homo toto manifestius ore,
Spiritus an nimium corpus an inde ferat.
Nescit homo si qua arte vehat sub tempore toto,
Corporis & quid sit quod movet in Venerem.
Spiritus æterno servat durabile jure,
Principium membris tunc sua vota ferunt.

Sic

Se ſociantur enim ſemper factisq; vehuntur;
Tum Cypriæ votis, temporis atq; in opus:
Aſt ut homo, talis regnat ſub corde Cupido,
Ejus ubi & ſemper ſtat ſitus acer amor:
Hocq; fame horreſcit, ſaturatur & inde viciſſim;
Iura ſequens Veneris quæ quoque cepit eum.
Eſt ut amator enim lucro dimotus ubique;
Et comes illi aſtat quo bona cuncta fluunt.
Illum ſemper amat, magis & ſua commoda magna;
Nec duplici flammas prævidet igne feras.
Sic cauſa eſt duplex Veneris pulchræq; ſacræq;,
Nec benè conſpicitur forſitan eſſe duas.
Incipit ut corpus, nam ſe & communicat ipſum
Causâ unâ & tandem ducitur aut duplici.
Quis modus eſt ejus, qui eſt firmo pectore amator;
Nulla optans turpis forſan amoris ibi?
Et minus accenſus qui eſt ignibus undique honeſtis;
Et Cypriæ calido ſemper amore tepet.
Vno autem voto duo forſitan hæc ſibi ſectaris,
Confuſus nullâ vel ſibi mente manet.
Magno ardet voto diffundi ſemper amore,
Luxuriæ & pariter grandia vota ſubit.
Ignorat Venerem ingenio qui ſe aptat ubique;
Atque omnes uno ſunt mihi ſæpe gradu:
Rex ſervæ ſervus depreſſo ſubditur ore,
Delitiasq; ejus vult & honeſta bona.
Sunt in amore duo rerum diſcrimina ſemper,
Quis ſit & unde venit, quid facit, hocq; notat;
Illudq; ut laqueos linquat quibus arctus habetur;
Et quando & famulis quî dat & inde ſuis.

EPIGRAMMA.

CÆlo emittantur jam nostræ pondera mentis,
Quæ mihi delitias constituêre graves.
Hæ sunt illæ equidem, causa est delecta sed ipsa,
In me turbatas undique & invenio.
Vt prope qui laqueos mortis si conspicit altos,
Dum pelagi sævit dura procella trucis:
Atque locum inspectat quo possit habere salutem,
Quam nec adire potest, nam tunc sua fata negant.
Sic ego qui sortis mecum mala subfero duræ,
Téque meam video vincere posse necem.
Omni spe vacuus, votis jam pectore fusis,
Ibo tua assiduo jura superba loquens.

Vt longo qui forte jacet sub tempore languens,
Atque uno exoptat surgere posse die,
Ejus nec robur surgenti sufficit illi,
Imò ut vel surgit sic subito ipse cadit.
Sic mihi contingit surgo qui adversus amorem,
Atque sequi cupio quæ mihi mente fero.
Hæc nequeo complere quidem, vis namque dehiscit,
Extremo nimium victa ab amore truci.

Iuppiter ut statuit puppim mergi æquoris undis,
Anchora & in portu pondus & omne perit.
Ex parvo in magna hic jam quemque pericula cerno,
Et nulli est certum quo cadat ipse malo.
Majori at sapiens non perstat munere tandem,
Stultus sicq; minus scire futura potest.
Iudicium fallit, perit experientia cuncta,
Fortuna, & casus jam sibi cuncta movent.

ELEGIA IX.

Amq; manus veniam quæ nulli forte dederunt,
Vitæ cogendo fila ſcidêre tuæ.
Nam miſerum hunc mundum liquiſti vulnere mortis,
Secreto ut tandem fata dedêre modo.
Quod video, & tango, format mihi corde dolores,
Dum te, quam colui, me memorare jubent.
Inq; meis pœnis ſi quid benè quæritur inde,
Delitijs me angi quilibet inveniet.
Ergo durabit, quoniam fulcra undique ſervat,
Nam ſine delitijs non dolor ipſe ſubeſt.
Pectore ſub magno Venus at necis abnegat arma,
Inq; illo ſolum quo vitium viguit.
Non immenſus amor tentat durare supremè,
Nilque ejus vires languida corda gerunt.
Vtq; oculus jam nulla videt, ſenſusq; labaſcit,
Tunc amor ipſe perit, quo lucra cuncta manent.
Qui ſic perſiſtit damno ut vexatur acerbo,
Sed nil durat, ait, ceu mala qui patitur.
Semper honeſtus amor ſanctos quoque cogit amare,
Hoc te ſæpè colo quem fera mors nec agit.
Confuſo quæ vota mihi ſub corde ſteterunt,
Externis factis clara ubicunque patent.
Membra dolent quoniam natura hoc imperet ipſa,
Delitiæ quoniam jam cedidere nece.
Spiritus at pœnis ſemper convolvitur atris,
Ex quibus & fletus tempus in omne gerunt.
Sub tali pœnâ non ſunt, ſunt ſolamina cordi,
Vt fugit toto quam mihi corde colo.

Alter amor verò puros qui nectit amicos,
Post mortem multo robore semper adest.
Huic Veneri stulti obsequium si nullibi præstant,
Signum est quo præstat semper ubique bonum.
Hæc sine pœnâ autem dimittit gaudia cordi,
Vota & cæca quidem proveniunt propius.
Et cæcum pectus divino lumine ditat,
Sed non ut signum tollat, agatq; notam.
Et si quid nullo posset præstare pudore,
Non oculus mundo fortè serenus erit.
Estq; ut theriaca parvo sub pondere virtus,
Quæ virus nimium delet ubique sibi.
Ille amor in membris qui solum nascitur ipsis,
Si non morte ruit, vel citò morte cadet.
Ast alius quo pœna meum secat undique pectus,
Non fugiet si deest, absq; quiete mihi.
Dicitur at cordis votum, membrisq; facultas,
Et durat, nam animam viribus hic tetigit.
Non semper, virtutis enim non advocat ignes,
Parte vnâ sensus vota vocantur item.
Vota hæc jam Cypriam conturbant undique honesta,
Vtque bono, & damno mens mea tota ruat.
Corpore & ex anima, adversis homo nectitur ipse,
Nam Venus, & votum corpora semper agunt.
Quantumq; accipiunt naturæ ex viribus altis,
Dulce est, & vitæ dulcia mella refert.
In medio alter amor nimium sedet improbus ipse,
Nec certam illi autem dicitur esse viam.
Dimisit portum pelagi sub littore magno,
Lethiferum & virus stat medicina sibi.
Quisque trium diversa mihi facta incutit ipsa,
Fortior at mecum sæpe habitat nimium.

Tres

Tres sunt at partes in quas mea vota recurrunt,
Et triplici veniunt undique sæpe modo.
Inter se adverso pugnant certamine semper,
Delitiasq; ferunt, atque ferunt alia.
Corporis ut tandem mons toto ostenditur orbe,
Tunc doleo, pereunt, nilq; redire queunt.
Est dolor hinc alius qui totum me induit ipsum,
Cogito ut hic Venerem jam periisse meam.
Natura, & ratio, atque alium dant semper amorem,
Nam sine pœna etiam gaudia multa fluunt.
At locus in quo extat dolor hic, quo morte repellor,
Extra naturam non jacet hic penitus.
Non penitus claustrum dimisit pectoris ipsum,
Quod motus tandem præteriisse putat.
Ille amor at finem qui in me non invenit ullum,
Est medius, quo ardet fortius ipse dolor.
Extremumq; hujus naturam præterit omnem,
At mortis rodens undique vermis adest.
Omnibus at semper subsultat opinio falsa,
Nobiscum, atque extra consita semper inest.
Hanc Venerem semper duram quicunque tremiscunt:
Sentitur verè, sed dubitatur item.
Pauci hujus causam tandem novere reductam,
Delitiæ, atque dolor, quæ simul adveniunt.
Per se corpus enim semper sua gaudia poscit,
Pòst anima hæc sentit vult & habere simul.
Ac sua cuncta etiam, in quæ vix compellitur ipsa,
Omnia falsa manent queis saturatur ibi.
Ex istâ at pugnâ noster fugit inde Cupido,
Nil namque est verum pallia sub Veneris.
Sic animæ corpus divinis viribus hæret,
In mundo ut simplex posit inesse nihil.

Quis bonus haud extat, ſimplexq́ humilisq́ ſtat alter,
Inter ſe pugnant, fortia & arma movent.
Aſt ita langueſcunt ad tempus prælia dura,
Spiritus ut membris denique nil noceat.
Temperie aſt anima immensâ ſimul acta quieſcit,
Ex quo nec corpus pectore dat gemitus.
Hæc pax ut mecum non eſt diuturnâ, nec alta,
Nam dolor eſt qui autem gaudia longa facit.
Sentio ſed damnum quod cenſeo ineſſe ſupremum,
Conſilium & nullo nunc mihi jure peto.
Nec ſtudeo mecum vel jam curare medelam,
Imo at mæroris quæro pericla mei.
Talis ego exiſto, ut me nec dolor excitet ipſe,
Iam ſcio quo poſſim damna ſubire modo.
Facta ejus memoro, in mortis redeoq́ cacumen,
Hæc autem fugiens otia nulla probo.
Abſentiq́ animâ meditor tunc corporis umbram,
Sic lætor veluti qui ſacra templa colit.
Nam prius exiſto, mortis me pœnitet hujus,
Et cogor ſemper plangere noſtra mala.
Iam tanta amiſi, ut non commoda debita ſubſint,
Nec fortuna tenet quod mihi demat atrox.
Vt conjuncta ſibi prorſus mihi cogito corda,
Atque ad ſermonem ſæpe remota ſuum.
Non puto vel ſemper torqueri corda dolore,
Languida nec mecum pectora cerno mea.
Et ſi debebant ſub corde labeſcere noſtro,
Tempus adeſt, quo vrgent ducere principium.
Iam mea vota quidem mens adfert percita noſtra,
Sunt ſurſum, & deorſum ceu nebula aëria.
Nil puto, nam noſtris dolor artubus effugit altus,
Sentio ſed damnum, quod ſibi damna refert.

Dſeun-

Defunctum ut video nil vivi ducere secum,
Ingratéque malum perdere quod patior.
Sensus torpescunt, nec jam vexantur utrinque,
In pœnam, & Venerem prælia dira movent.
Damna fero, ut fusco horrescunt Plutonis in antro,
In mundo hæc nunquam pressa videbo mihi.
Inq; alio mundo videor me forsitan esse,
Et mea facta quidem sunt ibi magna mihi.
Æqua at sunt illis, quæ mens laudavit ubique,
Pro vero at falsum semper ubique latet.
Ingenium nostrum durus dolor opprimit omne,
Nec locus est primum quem tenuere sibi.
Et si est non talis, qualis quoque substitit olim,
Defecit me mors, hoc & ubique premunt.
Atque alium occidens, me occidit denique fervens,
Nescio cur toto non mihi corde ruo.
Quidam dixerunt Cypriam esse hic semper amaram,
Dicere & hoc poßunt queis fuit illa cibus.
Per se aut ex alio mortem sensêre palato,
Atque ejus damnum longius omne cadens.
Per me hanc non timeo, alterius mi est causa timoris,
Et quia dura fuit, non mihi sit pietas.
Qui jacet in terra nil jam timet ire sub imum,
In spe est spes etiam perdita tota mea.
O rerum aßidua, atque ardens divisio cunctis!
Dæmonio similis stat dolor ipse truci.
Æstimo nulla bona, at quæ solus pectore duxi,
Solus homo exequitur non citò quæ ipsa placent,
Non timeo Cypriam mundum quæ lædit iniquè,
Sed metuo cœlum posse deesse mihi.
Cuncta uno aspectu, & vultu contemplor eodem,
Nil mihi tristitiam dat neque lætitiam,

Non nigror, atque albor ſumunt ſibi forte colores,
In me eſt obſcurum, nec nihil eſt nitidum.
Vtque amor, atque timor mihi jam potuere nocere,
Abſolvi tempus quo premit ille oculos.
Ut video non tantus adeſt dolor improbus ipſe,
Vt licet ad mortem cui ſua membra dedit.
Cuncta mala at ſuperat diris mors viribus acta,
Hæc ſenſi, atque modo, ſunt ſtupor illa mihi.
Vtque amor eſt damni non maxima ſigna reducit,
At vellem ut toto notus in orbe foret.
Diceret ut quiſquis patet hic datus undique amori,
Plangeret ut quiſquis fortia fata mea.
At votum caſu quod demum ſurgit honeſto,
Dumq́; erit, iſtud erit pulchra puella, nimis.
Communis caſus quoniam ſtat cuique ſupremus,
Quem mors lethali vulnere ſemper agit.
Tunc etenim ratio cæcis ſe abſcondit in umbris,
Totuſq́; affectus cæca ſepulchra ſubeſt.
Iuppiter at juſtus crudelior inde videtur,
Sic mens eſt nobis turbida ſemper iners.
Atque fidem nectit dolor ut langueſcit utrinque,
Sed non eſt noſtrum grandia ſcire ſatis.
Hi, quos mors fervens privavit conjuge læta,
Cognoſcent damni pondera quæque mei.
Verus amicus enim charum colit undique amicum
Voto, quo nunquam jam ſibi morte perit.
Imo eſt ceu ignis nimium quo cogitur aurum,
Verum aurum conſlans diruit atque aliud.
Diligo at hoc illam, quæ ſenſit funera mortis,
Atque amo vel metuens quidquid & ejus erat.
Spiritus at vivit, nil mirum denique nobis,
Illum ut amem, & firmet pectora noſtra nihil.

Vt

Vt memoro mortem, redeo sub dura pericla,
Vtque illis substo nil dolor ipse perit.
Accidit ipse at amor, non est substantia cordi,
Et factis semper noscitur ipse suis.
Et quantus, qualisq; manet sic deinde videtur,
Et velut unde oritur vis sua sic nituit.
Et ventus veluti est tellus occurrit ut illi,
Aut riget, aut magnis ignibus ipse calet.
Sic amor, aut pœnam, seu mittit gaudia summa,
Vt locus est illi, quem sine fine tenet.
Radices firmat vel stat telluris in ora,
Sive lutum tractat, aspera & arva colit.
Sæpe locos geminos fervens amor incolit ipse,
Naturis geminis est quia dictus homo.
Per se corpus enim similes petit undique casus,
Spiritus ast uno stamine cuncta cupit.
His autem unitis, factis amor emicat ipsis,
Quisque horum, in dubio est plurima jura vehat.
Per se quisque sibi venatur gaudia læta,
Queis sumptis, aliud signa dat inde sua.
Vtque amor inspectat finem sua vota subire,
Iam bona nulla potest, nec licet hinc ruere.
Vt corpus moritur, nil tandem restat amanti,
Iam nisi per gemitus asper ubique dolor.
Hic ut forte cadit, pariter mors protinus horret,
Vt sanctus cessat, tunc sua festa ruunt.
Gaudia sed quædam quæ corpore spiritus aptat,
Sunt quæ & amatores vel sine fine premunt.
Quisque suum toto sic concinit ore dolorem,
Vtque animæ, aut sumunt corporis inde modum.
Vt perit altus amans amor alte pignore durat,
Defuncti ut vivus munera corde gerit.

Quod jam præteritum confuso erat undique casu,
Dividitur, paleis grana remota manent.
Non aliusq; usus poterit rem cernere totam,
Nam solum mortis stat via secta nimis.
Nil corpus sentit, quî jam cogetur amare?
Nam perijt sensum quod sibi jure dabat.
At si amo, stultus erit qui non jam denique credet,
Igne animam Veneris semper ubique premi.
Vtque animam sumat nimium Iovis astra precatur,
Hoc dubitans, pœnam sumere posse mihi.
Si nostris votis finem puto adesse supremum,
Spem vitæ atque illo defero sæpe meæ.
At mihi nulla fides confestim provenit inde,
Spiritus haud membris duceret unde moram.
Defuncti in mundum nequeunt jam deinde redire,
Ante ipsam mortem nota puellá aderit.
Hoc certum est, ergo nihil est jam denique mirum,
Hoc sperans, damnis si mea membra tero.
Si verum est autem sanctis esse undique numen,
Vellem vel mortis vulnere destitui.
Iuppiter omnipotens, peto, nescio quid precer ipse,
Vel nisi ut in proprium méque locum referas.
Nil cunctare quidem, absque illâ me assumere tandem,
Spiritus ut veniat est ubi forte suus.
Atque meum corpus vitæ ut non decidat ardor,
Amplexu ut nectat dulcius, opto suum.
Nos amor incussit, nec stat sanabile vulnus,
Mors removet, justum est me locet hic propius.
Iudicijq; die carnem ut sumemus & ossa,
Mixtim adjungemus corpora nostra simul.

ELE-

ELEGIA X.

QVis fuerit ſiquidem divino ex æthere lapſus,
De te qui verum narret ubique mihi.
Quis dicet pudor ille ubi erit, quo uremur utrinque,
Gaudia ducentes, damnaq; ſumma ſimul?
Tunc loca monſtrabunt pariterq; malumq; bonumq;,
Vt mala ſuſcipiant, ſuſcipiéntve bona.
Noſq; duo ſi unus jam non locus undique ſolvit,
Perpetuo inter nos non removemur adhuc.
Non æqua eſt cauſa at te qua jam percolo ſemper,
Diverſa eſt toto ſemper in orbe nimis.
Plutonis dubito pœnas ſimileſq; videri,
Vt ſunt queis noſter fervet ubique dolor.
Tempus adeſt quo te in mundo puto ſemper habere,
Verâ in amicitiâ dulci & ubique gradu.
Delitias illas mundus quas contulit ipſe,
Ipſum cor ſummum vix memorare poteſt.
Iam miſerum donum duco, plenumq; dolore,
Eximium eſt autem, ſed citò vanet idem.
Quantumq; in mundo potui ſub jure tenere,
Mors tulit, & dubito cui dedit illa loco.
Sed dolor at dirâ facere hic nequit improbus arte,
Vt nihil extiterit denique noſter amor.
Illo at lætor enim vel ſi jam plurimus eſſet,
Et ſi illo invexi corpore mœſtitiam:
Gaudia quis ſperet læto ſub corpore nulla,
Nilq; bonum finem, ſive malum metuit.
Mundum proſpectat, juvenem ſi cernit, & acrem,
Nil votum cernens eſt ubi nempe ſuum.

In cœlumq́ oculos attollit lumine recto,
Nilq́ humili loquitur tunc gravis ore Iovi.
Verba, inquit vilem quibus undique se advocat ipsum,
Ast irato astat tecta nimis ratio.
O Deus, abrumpit cur non sua pectora luctu,
Qui charum socium morte perire videt?
Ut dulcesq́ optat mortis tolerare dolores,
Gaudet, nam zelo tunc patitur nimio.
At pietas, cur inde jaces subfusa sopore,
Et pectus nescis cogere in omne malum?
Non tibi robur adest quo hoc tali tempore fundas,
Sed nemo in laudes impius esset adhuc:
Qui tres forsan aves ictu demitteret uno,
Qui non gauderet sortis ubique bono.
Occidatq́ duas, maneat sed tertia viva,
Quam penè ut quassam devehat inde sibi.
Mors meq́ uno ictu petiјt tribus ictibus actum,
Iam periere duo, delitiæ atque bonum.
At si jam nimium mecum cessaret honestum,
Vita mihi finem nosceret ipsa suum.
Dicere non possum me gaudia nulla subire
Mentis, nam tandem perdere nulla volo.
Inq́ meis damnis sunt commoda quæque reposta,
Sic ut delitiæ sintq́ mei immemores.
Quisque putet quantum clades sua me opprimat ingens,
Qua missá quodvis denique temno bonum.
Nescio ubi existit, ni jam mens sustinet illud,
Mens mea delitias perdidit acta suas.
Et si summa quidem sapientum dicta reponam,
Hos celebrans, ducunt qui sua damna sinu:
Mentisq́ esse scio, magnæ rationis, & apta
Nullo defunctos vel prosequi gemitu.

Quidquid homo peragit, sano & sub corde reducit,
In partem debet tendere sæpe bonam.
Si dolor aufertur, de pectore prosilit arcto,
Certè illi substant undique delitiæ.
Si ratio nunquam pœnæ discrimina suffert,
Hoc erit in præsens quod mihi mente gero.
Hasce at delitias æquo sub pectore sumo,
Námq; aliud cupiens non mihi pectus adest.
Non placuit ridere mihi ceu fletibus angi,
Ex oculisq; liquor dulcior ipse fluit.
Si nequeo gaudere tamen, corde angor utrinque,
In mortem pectus jam eximium invenio.
Et si continuo lachrymæ non pectore stillant,
Mente mea hinc illam semper ubique gemo.
Imo opto ut damnum me tandem linquat ubique,
Si morior, sensum nempe perire volo.
Delitiæ quoniam semper mea damna sequuntur,
His ingratus ero, si his nihil extitero.
Atque bono hic sensus, damno & componitur atro,
Tempus agit damnum, crescit at inde bonum.
Gaudia quæque meo nutriuntur pectore semper,
Quando aliquod factum jam sine morte puto.
In me ut suscipior nequeo depellere damnum,
Cogito nam mortem semper adesse mihi.
Has at delitias mens efficit, atque refundit,
Sunt mea damna ignis, fumus ut omne bonum.
Omnia sunt mecum veluti mihi somnia cæca,
Námque bonum somno, sentio damna vigil.
Dicere non possum quin me mea gaudia linquant,
Vt me mortalem cogito corde meo.
Me admiror quando penitus sub fine labasco,
Cogito dum mortem sub dubio esse puto.

Hunc motum jam forte brevi sub pectore vidi,
Vt quæ me voluit jam mea velle neget.
Nec videt aut sentit, si illi mea defero vota,
Omnibus estq; bonum, nam Iovis astat opus.

EPIGRAMMA.

TE, quæ es summa Dei mater, sacra filia & ejus,
Deprecor, hic quoniam me negat aure sibi:
Spirtitus ut mundum subeat, rursusq; revisat,
Vt sedem tandem nuntiet ipse suam.

ELEGIA XI.

SVm quia solus amans, videóque his moribus ipsis,
Extremo Venerem semper inesse gradu.
Perditur omnis amor dum gratia languit absens,
Nec meus at mortis deperit ipse vice.
In morte at nimium, te quam vita ardeo jure,
Si dat nemo fidem, non nego at his veniam.
Pauci sunt aliud qui toto pectore credunt,
Iam nisi quid simile est quod sibi conveniat.
Asper namque dolor non corpora denique servat,
Quodcunque at damnum tempora semper agunt.
Non at dissimilem cuiuis me præfero solum,
Pondere circa alium judicor ipse meo.
Vi tamen ex alijs discordi est undique sensu,
Dum Venerem sequitur quà subit hic speciem.
Tempora cuncta mihi diros dant sæpe dolores,
Delitias dulci sæpe dolore alias.
Discordi humores substant sub corpore, motu,
Tempore & in tempus vis quoque quæque cadit.

Uno nempe die sensu fruor, imperat acri
Flegma sub hoc ipso, bilis & atra, cruor.
Sic animæ affectus mutantur deniq; secum,
Pluribus è contra stantq; caduntq; malis.
Uno ictu ast illis peragunt sua facta vicissim,
Et subito præceps corpore causa subest.
Utq; aurum è vena quando deducitur ardens,
Mixtum alijs substat materijs varijs.
Traditur utq; igni fumo tunc mixta dehiscunt,
Purum aurum linquens finibus impavidum.
Sic mea vota quidem mors damna comprimit acri,
Quæ ut jam firma manent grandia parte patent.
Ejus quam duro mors depulit excita telo,
Immixtus mecum deniq; perstat amor.
Sunt duo vota quidem naturam quæ alta sequuntur,
Natura & quodvis semper agunt hominem.
Si vel facta simul damnóq; bonóq; reducunt,
Hoc veluti est primâ sede sub alterius.
Utq; alia hic jam vota simul dominantur utrinq;
Naturæ est hominis tunc quoq; semper opus.
Naturam adversum nimium turbátq; quatitq;
Nec finem advertit qui omnibus altus adest.
Utq; animæ partes florentia vota sequuntur,
Naturæ insistens rectior instat homo.
Major pars quoniam minuit, vincítq; minorem,
In finem quo agitur jam invenit inde viam.
Quodq; necesse subest voto quærénsque movénsque;
Ni artem pertransit nil sibi languet homo.
Quam natura offert si forsitan amplius exit,
Falsum exit votum, sermoq; fictus adest.
Quæ natura vehit secum flagrantia vota,
Certo conflantur jam sibi fine simul.

Naturasq; hominum Venus altera transit ubique,
Est signum cingi nullibi fine suo.
Omnibus affectus mixto sub jure tulerunt,
Ut mixti claudi tunc potuere simul.
Distinguuntur enim postquam sua fata supersunt,
Sejunctos sentit tunc quasi visibiles.
Multi sunt nunquam qui noscant carmina nostra,
Et plures nunquam qui mea nosse queunt.
Quis credet Veneris sceleratis artibus unquam,
Pura hic simpliciter vota manere sibi?
Affectus miros ex se ducuntq; ferúntque,
Secreta inq; hostes undiq; tecta jacent.
Dulce, & amarum etiam distinguunt ore saporem,
Illa at dum vixit talia vota aderant.
Plangere defunctum communi ab amore resultat,
Ex quo percipio tristia damna mihi.
Effugere at gentes vel sint jam denique lata,
Finiri & nunquam vel sua velle mala.
Delitia fugiunt, quasi sint vel turpiter hostes,
Inter damna adfert hoc nihil inde mali.
Robur agit possit quod mi premere inde dolorem,
Ne arbitrium referam nobile delitijs.
Signa hæc sunt Cypriæ, quam quis sibi sumpserat altam:
Invenio hæc pariter jam absq; dolore capi.
Si quid at exoritur turbo primordia sensim,
Nam rerum finis nil mihi forte placet.
Iam jam quisquis amor mihi dat fastidia cæca,
Rem mihi & horrificam judico inesse nimis.
Si inter damna quidem vel quædam gaudia miscet,
Hæc perdit, damnis & redit ipse meis.
Si vi autem mentem in partem mihi separo tandem,
Ejus forte memor planctibus hancq; fero.

Princi-

Principio multo jam me subit ipse dolore,
Atque brevi facilis sit mihi nempe dolor.
Iam mea natura hic senium dat sæpe caducum,
In vomitum me omnem provocat ipsa caro;
Magni & amatores defuncto denique amore,
Sunt mihi jam similes non siquidem penitus.
Ejus si quid enim cerno dolor improbus horret,
Quod fugio ut saltem separer inde ab ea.
Iamq; locum, & tempus digito mihi quisque resignat;
Delitiæ utq; illis vel fuit ipse dolor.
Quæ tales fuerant, tristem ut me pectore ducant,
Ast aliæ, & plures hanc referunt nitidam.
Est mihi na[illegible] dolor sicut fuit acrior unquam,
Quem vellem & nostro sanguine construere.
Noscitur effectu Veneris ferus acriter ignis;
Mensurâ certâ si nihil ipse patet.
Parvus & est magnus velut alter quisquis amator;
Robur habet veluti pectora sumit amor.
Est & talis amor, sicut servatur ubique,
Ex simili semper nascitur altus amor:
Nam caro carnem optat, similem quoque spiritus optat,
Nascitur hisce nothus jam sibi dissimilis.
Et qui corpus amat non perdita corpora quærit,
Gaudia & ut memorat restat ubique dolor.
Est amor at Veneris simul hic quid amabile semper;
Atque perit corpus quod pariter coluit.
Iam vel amare nequit, non est quem diligat inde,
Spe fusa, & voto non sibi vivit amor.
Spemq; tenere nequit nimium nihil inde reducens;
Utq; est ex membris mors cedit esse nihil.
Si quam fortè colo nil mundi possidet hujus,
Pars ejus major semper ubique subest.

Et quando in mundo carnis vivebat ab aura,
Tunc animam volui semper amare suam.
Nil ergo præsens, mentem mihi turbat, & urget:
Ut vivebat enim tunc caro & hostis erat.
Prælia discordi ferventia parte perhorrent,
Mentem agitant semper gratius opposita.
At nostræ Veneris causam quis judicet altam,
Et nihil efficiet si bene cernit opus?
Et meus altus amor non morte est mortuus atra,
Mundum etsi amitto sentio damna nihil.
Semper amo, & timeo perfusus corda pudore,
Spiritus at vivit quem Deus ipse tulit.
Nilq; meum extra me casu servatur u[illegible]nque,
Hanc sed sorte Deus det sine fine polo.

EPIGRAMMA.

Mater summa Dei purgantes si incolit ignes
Spiritus ob nullo crimina tersa modo:
Si precor hic natum precibus ne projice pectus,
Sed mea fac illi crimina ne noceant.

ELEGIA XII.

Quid sunt delitiæ si non noscuntur in orbe?
Imo ut more manent nausea sunt miseræ.
Et quod morte etiam tractasti forsan ubique,
Misisse at velles tempore sæpe brevi.
Et quod nos nunquam vel forte putavimus inde,
Perdere quod minimus jam fuit inde dolor.
Si rem percipimus tanto discrimine amaram,
Vitam etiam gratis linquere commodum erit.

Nunc

Nunc tanto extremo videor sub corde refundi,
Quod volui extremo corde mihi ut pereat:
In me fortè redit lento calor excitus igne,
Quo amisso mortis me rapit ipse dolor.
Talem etiam motum secum jam nemo videbit,
In me ut conspicio jam quia dividimur.
Mors hoc præstat enim præsentia commoda demens,
Venturi tantum scit Deus ipse modum.
Multi amiserunt plenam sub pondere gazam,
Uxorem, & natos, atque metalla simul.
Corq; illis perstat nullo discrimine quassum,
At mea nunc virtus candida corde habitat.
Et penitus toto nostra est sententia jure,
Damni vel nullo tempore ferre gradus.
Nec doleo, ut video me perdere gaudia summa,
Lugeo sed mortem quæ mala cuncta refert.
Delitiæ parvæ nostrum tetigere dolorem,
Gaudeo, nam pectus sustinet inde malum.
Cogito at ut causam vel qua de parte resurgit,
Tunc placet injustum ferre doloris onus.
O tu, quæ mundi liquisti jugera magni,
Ad me atque ipsa venis fer fera tela necis:
Atque precare Deum possis mihi dicere tandem,
Quæ te animæ puræ circumeunt propius.
Mors quæ grata aufert cunctis & dulcia dona,
Quæ vitam & sortem sæpe referre queant.
Quantum ex me refero dempsit, nec me enecat ipsa,
Quod fuit ex toto tempore restat adhuc.
Præsentisq; boni cuivis partem offero solum,
Nam nil delitias jam mihi ferre potest.
At spem venturi mecum jam nolo referre,
Dulcis nam mecum stat mihi tristitia.

Nil ita jam doleo ſatiet quod me inde dolore,
Imo nempe dolor jam eſt mihi quidquid opus.
Corq; meum chalybe eſt ſemper mihi fortius ipſo,
Nam vivit, partem & ſervat ubique ſuam.
Spiritus ut tandem diviſo munere perſtat,
Frigida cui mœrens oſcula ſumma dedi.
Non in amore refert, ſic noſco, jura viciſſim,
Quæ ſummo potui pectore ferre mihi.
Tempore at exiguo pœnas nequit ullus adire,
Ejus ſic qui alto cogitur inde lucro.
Turbato ingenio potuit nil ſtringere factis,
Tempus pœna petit, ſi hanc quoque ſenſit homo.
Inq; odium apparet majori robore ductus,
Si hoc non præſtat enim mixtáque lætitia eſt.
Stultus at eſt nimium tanto qui crimine ſe arctat,
Si quocunque die non ſua perpetitur.
Nemo in me inſurgat primum quin comprobet ipſe,
Si eſt æquum mortem nempe dolere meam.
Illa autem noſtrum ſolamen conſtitit amplum,
Illá & finitá mundus & ipſe perit.
Sic crudelis adeſt ut nil ſe lugeat unquam,
Atque illum quam ſe diligit inde magis.
Ergo ſi quidam licitum dedit ipſe dolorem,
Quam mihi vel nulli contulit aſper eum.
O mors, fœlicem, miſerum quæ reddis ubique
Propter te & gaudens tunc dolet, atque gemit.
Te metuit quidquid ſub Phœbi lumine ſubſtat,
Te ſine nempe dolor non habet ullus iter.
Hoſtis tu es Veneris, toto & contrarius orbe,
Unitos quoniam dividis ipſa ſinus.
Delitias noſtras certo mihi comprimis ictu,
Sentiri at nequeunt ſic tot amara mala.

EPIGRAMMA.

O Anima, egregium si factum jam tibi prodest,
Sanguinis hic rivos ob tua dona dabo.
Ad me jamq; veni semper noctuq; diéque,
Et pro te, narra, si licet esse preces.

ELEGIA XIII.

TEmpore si quovis me esse altum credidi amantem,
Sensum in me Veneris cerno subesse parum.
Si ut vulgò fertur, sic sensibus ipse resumo,
Verum est in me altum vivere amoris opus.
At si prateriti quid servo temporis ipse,
Et quod amor propria tradere sede potest:
Nomen amatoris solum, nam adfero mecum,
Non tantum ut debet pectus amore calet.
Mortua jam tandem est quam semper amoribus arsi,
Vivo at ego hic illam jam periisse videns.
Summo at amore quidem vix est toleratio menti,
Sic longè à mortis me retulisse loco.
Iam licet ire illuc, quâ stat via amoris aperta,
Nescio quid tandem me facit immemorem.
Velle autem videor, falsum est quia mortis & horror,
Non aufertur ei quam sibi sæpe cupit.
Quid tandem effecit cur non mihi vita periret,
In mortem ut propius censui abire citam?
Dixerat at deflens, ne me mors sæva relinque,
Et nostri doleas sæpe doloris onus.
O cor perversum, ejus qui sic se undiq; cernit,
Quam leve es, & torpens absque cruore manes!

Parvus amor, pietasq; ingens jam sufficit inde,
Grandia ut efferret jam undique signa mihi.
Quis tolerare potest miseros jam denique casus,
Qui dirâ veniunt morte furente citi?
O crudele malum deles quæ jura juventæ,
Tabo & corrumpis corpora nostra putri!
Spiritus at metuens totum volat æthera velox,
Incertum, atque horrens damna, locum repetit.
Delitia at præsens hic toto pondere restat,
Quis sanctus mortis non dubitabit iter?
Quis mortem lugebit enim, planctuq; sequetur,
Ejus & alterius ceu malá summa simul?
Nemo sensu autem ducet mortalia damna,
Quæ minus agnoscit, cui fera mors at abest.
O infaustum damnum cui stat divisio vitæ,
His quæ unita manent tempus in omne simul!
Invenio sensus turbatos undique mecum,
Spiritus & proprio tunc quoque jure caret.
Jam quisquis nostros plangat sine limite casus,
Affectus veluti viderit usque meos.
Gaudeat & falsus socius lætetur ubique,
Invidus & damnis qui quoque gaudet ovans.
Quantum autem possum doleo, conórque dolere,
Atque ut non doleo jam mihi nulla placent.
Opto quidem toto me perdere gaudia sensu,
Et lachrymas oculis sæpius effluere.
Non ita frigidè amo, quin vultum fletibus angam,
Mortem & vitam ejus jam mihi mente movens.
Vitæ ejusq; memor misero mœrore labasco,
At mortem ut possum sæpe mihi doleo.
Nil magis at possum nec plurima viribus indo
Imperio damni ni dare & obsequium,

Per-

Perdere sed mentem volo si illam funditus aufert,
Sed quia non morior, stat mihi parvus amor.

EPIGRAMMA.

QVisquis amat, minimum ne linquat forsan amare
Mortuus, aut vivus jam sit & ejus amor:
Aut saltem ab mundo pateat sibi longius esse,
Occludi, aut vigeat nomine ubique sibi.

LIBER SEXTVS ELEGIARVM.

ELEGIA I.

INGENS pœna quidem est (quam vix dabit excita lingua)
Qui moritur, nescit dum loca quæ ipse petit.
Nescit fortè, Deus si ipsum deducet in astra,
Aut ipsum infœlix jam sibi Pluto trahat.
Sic similem pœnam sumit modo spiritus ipse,
De te nam ignorat quid Deus instituit.
Damna tua, atq; bona hic jam vel mihi dantur ubiq;
Quidquid & accipies hoc tolerabo quidem.
Tuq; anima, hic perstas quæ jam divisa vicissim,
Tempore ab illius quam mihi semper amo.
Me adverte affectu vehementer inesse perustum,
Sit dubito an tecum fas mihi posse loqui.
Sedes in qua extas, mentem mihi vertet ubique,
Dicere quod volui tollet & ipsa mihi.

Gaudia, tristitiam per te mihi detuli acerbam,
In te est quam poterat vel Deus ipse dare.
Non jam fortè manus supplex ad sidera tollam,
Illi nam evenit quod fieri poterat.
At si habitat cœlum, nullus bona dicet opima,
Et si habet hanc Orcus, sunt nihil inde preces.
Quod si ita persistit, me totum spiritus angat,
Si in nihil at redijt quod penitus fueram.
Per me præcipuè si in tali sede superstat,
Non tantus quatiat jam mea membra dolor.
Nescio quid dicam, satior jam pectora dictis,
Si clamo, aut taceo, nullus in orbe placet.
Si puto, si gradior, tempus tunc præterit omne,
Quidquid ago ante ipsum tunc doleo ipse prius.
Lætitiæ amissæ non denique lugeo damnum,
Tantus adest ejus mi timor inde mali.
Omne malum est minimum, durat nisi semper in ævum,
Quod timeo tandem ne mihi deficiat.
At mortale malum plus est quàm horrore relictum,
Pars atque aufertur, par quia semper adest.
O dolor, in nostros insurge asperrime sensus,
Inq; animum immemorem sis mihi jam clypeus.
Corda premit, mentemq; jacit, sensusq; refundit,
Me non defendit vel satur ipse nimis.
Tot damnis me urget quæ quisquis denique plangat,
Et quantum ipse potes vim mihi trade tuam.

EPIGRAMMA.

SI nil jam te, anima, accepto sub robore servat,
Morem communem deniq; scinde necis:
Atque redi in mundum, quid sisq; ostende vicissim,
Aspectusq; tuus non mi erit ipse stupor.

ELEGIA II.

ILle tenet ſecum quidquid vult ipſe tenere,
Viribus adjungit qui ſua vota ſuis.
Non opibus poſſunt hæc nullo tempore haberi,
Ignarus tolli cogitat omne malum.
Ergo ut delitias magnas jam quiſq; ſequatur,
Illas non opibus quærat habere ſibi.
Inq; malum potius, quàm in commoda pellitur inde,
Intra ſe quiſquis fert bona quæque ſita.
Limite natura eſt decreto prædita ſecum,
Illo & delitias conſtat ubique ſuas.
Atq; poteſt nimium toto depellere corde,
Ignarusq; etiam percupit iſta nimis.
Frigore, & igne, fame eſt toto ſervatus in orbe,
Per ſe nam corpus nil quoque nempe petit.
At ſi vota magis pariter quærúntque, petúntque
Tunc loca forte boni ſumet ubique dolor.
Vellera at Armenica à ſe nunquam frigora pellunt,
Vafra & quæ Vulpis frigora pellis agit,
Nilq; æſtus causá fas eſt leve ſumere textum,
Lectum nec mollem quærere deinde juvat.
Stat ſubito, & nullis perſiſtit ſumptibus inde,
Quod juvat, & quærunt grandia vota nimis.
Eſuries, quò plura patent, tunc creſcit ubique,
Cujuſdam & voti nauſea plena ſubeſt.
Commixta at tandem vota haud ſaturabimus unquã,
Naturæ ut linquunt limina jam propria.
Dat ratio, ſenſusq; ſimul tot pondera normæ,
Limitibus claudens omnia preſſa ſuis.

Vtq; hæc sumpta gerunt, quibus astant insita semper,
Tunc homo se lætum dicet in orbe sibi.
Verum igitur mens clara capit, sumítque, vocátque,
Absq; fame at corpus sæpè manet saturum.
Hoc votum at spurium poterit sub nomine dici
Gratum est, atq; nocet jam his quibus inde fluit.
Illis est siquidem queis quisque repellitur actus,
Naturam expellens, & sua facta videns.
Hoc evertit enim quod dat vitæ omina cuncta,
Rumoris falsi filius inde subest.
Atque ideò stulti non debita tempora norunt,
Quósq; hæc vel fugiunt jam sine mente vocant.
Rex est quisquis homo, servum hoc sibi subdit & urget,
Ne & vota existant, dat sine lege malum.
Servitio ob rectum Dominum, statuítque, locátque,
Ob mores nescis quæ mala jam pateris.
Hoc in mundo hominem toto discrimine ducit,
Et quærit finem nullibi quem inveniet.
Extra se quoniam nunquam ducetur in ipsum,
In natura autem non sibi finis adest.
Quare ego consilium tandem cuicunque remitto,
Vt socius proprias sic sibi sumat opes.
Vt sibi desumat ferventi dona metallo,
Vtq; necesse sibi jam pariter fuerit.
At reliquum tandem jam semper egentibus addat,
Illius quoniam non bona sumet ibi.
Sed bona falsa quidem quæ sæpe fluuntq; cadúntque,
His quoniam dives jam esurit inde magis.

EPIGRAMMA.

N*Vntio at-hic cunctis sibi qui reperire studebunt,*
Absque dolore ullo gaudia magna boni.

Utq; metum fugiant, rerum & discrimina cæca,
Intrabuntq; opibus tunc citò quisque domum.

ELEGIA III.

QVi Iovis haud causâ, aut per se virtute carebit,
Stultus erit, tentat si hoc & in orbe sibi.
Hic scelerati autem sceleris neq; damna reducunt,
Nilq; vehunt justum si bona vel peragunt.
Iam similes fuerant quos rectos fama vocavit,
Non verum famâ jam bona texuerant.
Propter facta quidem magnos signaverat orbis,
Non in mundo extat qui bona corde gerat.
Improbus at culpæ semper fert pectore causam,
Esse potest quisquis qualis & esse volet.
Quæque hominum sedes nil servat munera juris,
Nescio si Antistes servat & ista sibi.
At veniam certo mihi jam Deus offerat ore,
Hoc toto dubito qui mihi corde decus.
Pontifices, Reges donec loca summa sequuntur,
Non quæ est fas faciunt, quæ sed in orbe placent.
Iamq; Deus primâ qui diligit omnia mente,
Mente secundâ autem cultus ubique subest.
Est jus naturæ causam præcedere primam,
Sæpè alijs, Veneris statq; ubi totus amor.
Et quidquid fieret solum ducatur ob illam,
Nec pro alijs illam fas quoque velle prius.
Hæc est principium nostrum, finisq; supremus,
Nobisq; est totum quidquid habemus item.
Nos stulti hanc legem sensu turbamus abacto,
Namq; Deum volumus commoda ob alterius.

Namq; Deũ precibus sine causa haud flectimus unquam
Ex illo & nobis munera at expetimus.
Sic sumus & stulti ut nos tunc audire putemus,
Nostra & tunc damnant undique jure preces.
Primos affectus, causam primamq; subimus,
Propter eum nostris rebus adest studium.
Ipse preces surdis tunc suscipit auribus omnes,
Nec sine culpa autem vix & ab hoc gradimur.
Nil miror si facta Dei ignorantur ubique
Obscura ut perstant quæ vel aperta patent.
Causa est in nobis, nostro & de viscere substat,
Nec licet hic multos volvere mente libros.
Si in saxum adverso cursu ratis actis tetendit,
Est quia non illam jure magister agit.
Si virtute quidem nemo se dirigit altè,
Quid facient, possint vivere ut inde pij?
Si Deus haud fuerit, nilq; essent præmia mundi,
Per se ipsos debent justa patrare viri.
Factis namq; bonis quisquis lætamina sumit,
Atque boni facti tunc homo munus habet.
Inq; Deum, aut in se qui non jactatur apertè:
Hic decoris famam tentat, & omne jubar.
Stultus adest factis si hæc censet sumere magnis,
Ignorans solum tanta labore capi.
Supplicium sceleris non ab Iove denique sumunt,
In mundo quoniam nullibi pœna subest.
Nec reges etiam damnant quoscunque supremos,
Hos quoniam metuunt, parte alia & dubitant.
Atque ut ovem rapido teneram Lupus arripit ore,
Et tutus Taurus pascitur omne nemus:
Sic Reges miseros pœnis torquéntque premántque,
Non illos qui armant unguibus inde manus.

Princi-

Principibus solum non substitit ardua culpa,
  Ast illi solum qui his mala facta jubent.
Sunt injusti etiam, & tendunt in crimina iniqua,
  Invidiæ ob causam, vel quia lucra patent.
A nobis primam mala sumunt omnia causam,
  Qui manus & Domini Principis inde sumus.
Contra illos, qui forte pares sunt undique semper,
  Ut decore & magni simus & hic opibus.
Est animal duplex homo secum denique solum,
  Naturas quoniam suscipit ipse duas.
Si factis autem non saltem jam placet uni,
  Omnino est stultus, nam sibi lege caret.
Si ratio at factis non splendens ducitur ipsis,
  Aut votum, quod non puniat aut aliud.
Stultus erit rectis si se premit undique factis,
  Hoc quia habet, rectis quod negat orbis adhuc.
Ut qui per pelagus percurrunt spumea prata,
  Et si his deest Aquilo se removentur ibi:
Quò fortuna vehit subeunt ea denique saxa,
  Sic sunt qui degunt semper in orbe viri.
Non virtutis habent secum documenta micantis,
  Quisque subit solum quæ loca vota petunt.
Est qui obstat stultus, qui sese deterit amens,
  Nam causam ignorat qua citò formet opus.
Cur, Deus, incutiunt qui mundi compita factis,
  Quod cupiunt nullo tempore suscipiunt?
Utque id suscipiunt tunc vota potentius ardent,
  Et nunquam linquit pectora dira fames.
Quomodo vel quare nec perscrutantur in orbe,
  Si esse potest aliquid quo benè degat homo.
Hoc autem noscent, fraudisq; venena videbunt,
  Contra se assiduo stat labor inde ferus.

Immensè stultus sapiens dicetur ubique,
Stultitiam & noscet tunc minus ipse suam.
Dumq; voluptati dederit sua pectora cæca,
Huic servit, dubitat quis sit, & unde venit.
Dat decus huic siquidem communis opinio falsa,
Et pro alio hunc cepit pessima quæque nota.
Famam & opes vellet virtutes esse supremas,
Has stulti retinent, litigat his sapiens.
Nil est forte bonum quod possidet improbus ipse,
Improbus at semper continet omne decus.
Recti nempe famæ exposcunt hæc denique nunquam,
Sed magis ut cernit qui hæc dare fortè potest.
Est stultus stulti qui munera ducit honore,
Ejus nam nullum cuncta tenent pretium.
Nec multum differt quidquid reperitur in illis,
Qui vanis toto pectore rebus hiant.
Nempe virum rectum nil vel decus evehit ipsum,
Nam rectus factis gaudet utrinque suis.
Non honor est illis genua inflectentibus ipsa,
Solus honoris opes qui vel honorat habet.
Non quem tollit honor, qui commoda denotat ipsa,
Quæ si non adsunt, est ibi falsus honor.
Quod bonus at toto contemnit pectore semper,
Non putat esse bonum qui his viget ipse bonis.
Æquum est ut cunctos contemnat Iuppiter altus,
Nam vitæ authorem temnimus inde Deum.
Vt gentes tunc forte deos sine mente colebant,
Culpa illis aderat crimine nulla quidem.
Hanc oculis mentis spectabant undique totis,
Et quia cernebant mira peracta nimis.
Nuncq; deos falsi colimus rumoris ubique,
Et durant, quantum numina noscit homo.

Virtuti

Virtuti curamus enim sacra tradere mira,
Ut vultu sacro ducitur altus honor.
Nescitur qua falsus honor vi denique substet,
Si in dubio est, verus qua capiat speciem.
Omne decus jam sæpè coli cuicunque videtur,
Nec sapiens transit quod sapere huncq; decet.
Est nam summus honor quo non decus inde tenetur,
Sunt cuncti æquales quo extitit exterius.
Invidia est, pugnat quæ tundere commoda bello,
Et famæ, & decoris turpiter hostis adest.
Ignarus cui nulla subest mens vera, nec alta,
Hujus quis poterit fortè manus fugere?
Sunt plures decoris qui candida lumina turpant,
Unde malo, & summo non decus inde deest.
At sceleratus enim gaudet spoliatus honore,
Improbus & famæ nulla trophæa gerit.
Non solum stultos qui nil sub pectore norunt,
Sed cunctos multo lenit ubique gradu.
Traditur omne decus, quos vel favor evehit ipsis,
Utq; carent culpâ stat citò nemo memor.
Qui fœdis factis summum scandêre cacumen,
Plus status hos tollit quàm fera facta premunt:
Quis stultus jam facta feret vel propter honorem?
Namq; bonis factis nil sibi præstat honor.
Sunt qui etiam ignari peragunt bona facta vicissim;
Ignorant causam tunc quia quis tribuat.
Non tantumq; alij stulti bona sed tamen ornant,
Atq; his efficiunt queis bona facta ruunt.
Hos primos natura vehit, tollitq; supremos,
Viribus & proprijs ad bona quæque movet.
Inq; Deum ast alios, in se quoq; culpa refundit,
Dum vivunt, Stygium morte petunt fluvium.

Temnit sæpe Deus, qui mundum aut temnit ubique,
Et qui calcat eum si haud benè dividitur.
Non solum est longè qui per deserta vagatur,
Sed qui ejus turbas linquere constituit.
Furem quisq; vocat quem furis nom ne novit,
Et vanum toto qui actus honore subest.
Hunc opibus qui astat nimium quoque dicit avarum,
Et locus in quo extat jam sua culpa sibi est.
Non decus, at nec opes justus labor advocat ipsas,
Sic his semper hiat dira caterva nimis,
Æquo qui mundi per compita tramite scandit,
Scandere forte nequit jam ob mala quæ impediunt.
Quiq; optat regimen nunquam bona facta relinquat,
Aut usum insanus nescit inesse simul.
In mala facta quidem cunctis via plana patescit,
Spinosum, atque novum denique substat iter.
Si pravis factis quisquis probra sumeret atra,
Quid faciet pathicos qui sibi servat eques?
Cumq; viri excelsum nomen desumpserit ipse,
Hoc linquens, mores fœmineos sequitur.
Sunt at qui hoc facinus committunt turpiter ingens,
Nilq; illis tandem tollitur altius honor.
Qui decus haud aufert, cui ablatum debet inesse,
Non dabit hoc illi qui hoc sibi jure meret.
Non autem est crimen pulchri contemptus honoris,
Fœmineæ turba vel minus inde viris.
Imo signa premunt vel crimina pauca sub illum,
Pejus quam possit jam fieri inde viris.
Accidit hoc quoniam judex est quisque vicissim,
Perpetiens pœnam quæ scelus illud agit.
Sese ut fortè colunt, aliorum crimina laudant,
Et stulti efficiunt facta nefanda viri.

Fœmi-

Fœmineum cœtum non est quod denique carpat,
Natura ast hujus jam sibi sumit onus.
Qui nil cognoscit, cogitq; hunc passio cæca,
Est natura boni, statq; magistra mali.
Fundamenta tria in queis vel bona summa locantur,
His nequeunt siquidem posse subesse sita.
Radix est autem splendens prudentia, & alta,
Hisq; hujus nomen stat velut inde fera.
Qui possunt, atque inde volunt ediscere multa,
Natura & dono facta patrare bona,
Hos contra Deus ipse potest miracula ferre,
Natura quoniam crimine subsiliunt.
Non dubitare licet si in se quis crimina patrat,
Factis si ratio longius astat inops.
Contra naturam prorsus molitur & instat,
Namq; hominis fines crimine transiluit.
Observo cœlum, flammas nec cerno venire,
Quæ Sodomæ proles acriter igne vorent.
Tempus ubi est quando vindictam jure movebas,
Horum naturam qui sine lege premunt.
Iustitiam aspicio quando vel sidera mittent,
Quæ inter nos lapso tempore semper erat.
At nil de cœlo cerno descendere sacro,
Quod de te spero solum habet ipsa fides.
Juppiter omnipotens quando ostendêris in orbe,
Vindictam tandem sumis ab exitio.
Post mortem haud dubito punire, & cogere quosque,
Te esse ast in mundo semper ubique probo.
Jam populi miserere tui, pietatéque serva,
Inq; tribunali hunc affice supplicio.
Agni hi vellus agunt, & candida membra revellunt,
Atque etiam statuunt has lacerare feras.

Si non mirantur nec magna extrema stupescunt,
Virtuti harescunt publica jam vitia.
Iam sapientis habent dulcissima nomina avari,
Ut mercator item deniq; degit eques.
Et timidi, decoris nunquam fastigia perdunt,
Vel nomen toto pectore permaneat.
Iam proprijs factis mens non datur ulla nitescens,
Si existunt opibus forte patrata sacris.
Non juvenis decore inde caret, si est forsan avarus,
Aut si Tantalicam vinceret ipse sitim.
At si largus udus, vel sensu prodigus omni,
Conjugium in sacrum sic erit istud obex.
Insanusq; senex, factis atq; improbus ipsis,
Luxuria & torpens vanus honore nimis:
Non inter stultos famamq; decusq; fugabit,
At qui sunt docti, queis sua debet homo.
At quis homo perstat si irato haud pectore substat,
Contra illos, mundi queis patet altus honor?
Cernat ut hos stultos vitiis sine limite fœdos,
Queis bona proveniunt fraude doloq; truci.
Nescio si est aliquis quem non jam deterat orbis,
Cùm nobis, pressis sensibus hic noceat.
Esse potest turpis, sed nemo hunc jure retractat,
Audaci mundus perficit ipse viam.
Iam pravis medijs mundus sua commoda defert,
Audaxq; in damnum transit, abitq; suum.
Contempti exhorrent, quos cunctos despicit orbis,
In mundo quo sit, fert sibi quisq; locum.
Hic nulla est ratio, sedes qui construit ipsas,
Apponet nullum si bonus ordo subest.
Non imitatur enim seriem, ritumq; probatum,
Ordóque est nullus, magnus at error adest.

Non rex ipse regit, populus non paruit ullus,
Nescio quisve alio sit quoq; deterior.
Alter non alij vel vita jure repugnat,
Nam nemo finem non premit inde suum.
Si est qui vel normam perfracto limite rumpat,
Hic minimus casus pectora non agitat.
Sed tamen æterno persistit regula jure,
Ast una æstatis non dat hirundo dies.
O populi, ad visum sensu date lumina aperto,
Vera haud esse vides quæ quasi vera patent.
Nec decus, at nec opes, nec veræ stemmata famæ,
Pro virtute quidem par tibi robur habent.
Iactator, dirus, supremo & plenus honore,
Impius, astutus, pertimet, absque Deo est.
Ac si virtutem gerat, hunc quicunque sequuntur,
Immensam & famam sub bonitate trahit.
At qui virtutem sola sub mente reducit,
Atque decus nimium corde tenere potest.
Hic sapit, & spernit cunctorum corde favores,
Cùm stultos videat sæpe favore frui.
Non sic quid magnum est, ac recti si illud haberent,
Non multo ferrent undique sub pretio.
Nec quis ita est stultus, virtutem ut pellat amœnam,
Noscit eam, non est at satis istud ei.
Quam pauci pleno capiunt sub numine, jure,
Ut facta eximio pectore sæpè ferant.
Non illi vitam degunt qui semper honestam,
Ast illi læto qui sibi corde manent.
Quidquid enim totus jam secum judicat orbis,
Affectus causam constituit miseram.
Ergo stultus adest qui se altius evehit omnem,
Iudicio judex quod sibi semper habet.

Communem errorem jam tanquam quisq; relinquat,
Tale quia in terris ingenium inveniunt,
Nec veri norunt certi splendentia jura,
Concipiunt pravos pectore sæpe habitus.
Nec multum præstat menti qui sufficit ipsi,
Sed qui habet hoc possit quo sibi ferre bona.
Debilibus facile haud quovis stat robore factum,
Difficile aspiciunt namq; oculis minimis.

ELEGIA IV.

OMne parum substat sequimur quod sæpe labore,
Assequimur quoniam, nec saturatur amor.
In re exoptata defectus nullus habetur,
Inq; illam votum flectimus inde nimis.
Ast in delitias vota hic quæcunq; feruntur,
Ejus nec motum cogere nemo potest.
Sunt quæ possit item vel totá linquere lege,
Quæ in nos à nobis lecta, & amata patent.
Sub parvo pretio noctésq; diésque locamur,
Perdere qui id faciat si est Deus hic dubito.
Multum etiam parvo pretio donatur ab ipso,
Delitiam amittens undique mœstitijs.
Hostile in corpus mundus jacit undique telum,
Præcipue ast animæ viribus hostis adest.
Inq; hoc est nostrum jam sæpe malumq; bonúmque,
Quis vel amare jubet quæ nimis inde premit.
Inq; homine existunt variantia gaudia semper,
Ad vitam cuivis jamq; necesse manent.
Natura hæc præbet, speciem servántque vicissim,
At natura negat ceu puto sæpè alia.

Sed

Sed magno à quovis ſemper ducuntur honore,
Per ſe ſed referunt undique forte nihil.
Virtutis ſigno ſemper decus emicat altum,
Et ſola pretio ſemper habentur opes.
Aſt homines ſtulto ſic ſunt ſibi pectore multi,
Ut decus, ut vel opes ſumma bona eſſe putent.
Hinc oculus noſter virtutem haud cernit apertam,
Quomodo deſumat præmia magna ſibi.
Hunc qui divitijs pollet, decore aſpicit altum,
Non locus eſt hujus ſed loca ſola manent.
In mundo hic cæcus manſit dolus altius hærens,
Neſciat utq; alium jam ſibi nemo Deum.
Gaudia ſunt quædam quæ abducunt altera ſecum,
Non gladium, haúdve famem non caro damna cupit.
Propter opes pariter cuncti juvenéſque ſenéſque,
Se morti tradunt, gaudia deſpiciunt.
Cumq; opibus depugnat honor, bellóque fureſcit,
Nilq; honor ipſe valet, namq; ſequuntur opes.
In campis floreſcit honor quos conſerit aurum,
Hoc, Deus eſt, mundus quem celebravit adhuc.
Si bona ſentit homo in mundo hæc invenit oborta,
Ille autem neſcit qui bona vix alia.
Si torpetq; malo jam mundo hoc venit ab ipſo,
At non omne malum, pars ſed ibi potior.
At mala mundus agit, bona cum vult ducere ſecum,
At bona cum præſtat non bona vera gerit.
Hoc qui eſt inſanus vix demum intelligit unquam,
Nec ſapiens votis qui ſua membra premit.
Largus & eſt agilis, crudelis, & improbus, acer,
Qui virtute caret, qui terit arma boni.
Hoc nomen toto ſibi ſemper in orbe meretur,
Nam virtutis opes non videt ille ſibi.

Egregij facti poscit facta alta voluntas,
In quo deesse quidem gaudia nulla queunt.
Non lucri studium ferventi corde furescit,
Mundus amat famam, divitiasq; decus.
Sunt verò plures peragunt qui corde coacto,
Et statuunt multo grandia facta lucro.
Ignaros reprimunt, & duris casibus urgent,
Iam dolor, atque metus stat sine jure salus.
Ast alij, & pauci norunt sua facta vicissim,
Et pravo efficiunt hi quoque corde bona.
Si qui fortè docent, rectos sub pectore motus,
Virtutis studio quisq; erit inde probus.
Hæc qui non peragunt prorsus sine nomine substant,
Ornatu ut cingunt turpia membra gravi.
Nilq; putant aliud penitus nisi posse videri,
Quod multo præstant sæpe dolore citi.
Virtutis verò obsequium cui denique præstant,
Hoc sumunt solum quod sibi forte placet.
Nilq; in opus cogunt, si forsan displicet illis,
Suntq; ut busta nihil quæ sibi turpe ferunt.
Mundi nempe bonum nihil est si noscitur ipsum,
Hoc sapiens noscit, stultus at ipse timet:
Nec verò est sapiens qui hoc scit, nilq; effugit ipsum,
Nam prudens pectus non sine honore patet.
Insanos doctos plures memorabo vicissim,
Et quos quis doctos dicere forte potest?
Obtectos stultos, & quos nihil obtegit unquam,
Quos venia insequitur, quos negat & venia.
Multorum est votum, tota & sententia semper,
Ut bona tres partes sæpè ferant hominis.
At demum est æquum sub vero dicere sensu,
Rumore hic vero vivere sola bona.

Quodq́ anima, & toto quis sentit corpore secum,
Et quod jam solo corpore semper habet.
Et quantum ingenio secum sibi percipit ipse,
Cœlestiq́ tamen nunc nihil addo boni.
Multi etiam docti libris scripsere supremis,
Lætitiæ, & decoris lucra & inesse boni.
Et quidquid secum nihil adferat undiq́ honestum,
Non verò esse bonum, sed tamen esse decus.
At duo semper agit quod fulget nomine honesti,
Hoc quoniam nimium gaudia sacra vigent.
Sic pariter sibi semper habet lùcrum utile vitæ,
Nil rationis iter turpiter effugiens.
Utile namq́ bonum sese custodit ubique,
Et quod delectat se sibi claudit opus.
Quidquid fortè movet sacra oblectamina cordis,
Delitias desert, quodq́ tacere licet.
Gaudia sed lucrum nunquam sibi nulla reducunt,
Delitiæq́ magis quam lucra summa patent.
Quodq́ animal fert corde sibi sua gaudia læta,
In lucrum sed homo nil rationis habet.
Unde at dicetur tandem bona cuncta manere,
His solum claudat cum bona cuncta decus.
Dicere sed fas est hoc solum existere plenum,
Hoc Regem, hoc servum semper habere sibi:
Inq́ homine affixum vehementer semper inesse,
Atque hoc ut sumat quod decet hunc facere.
Atque hoc sicut opes concluso ducere corde,
Perdere & hoc vili vel studuisse modo.
Ut multi scribunt, & sacra volumina monstrant,
Est nihil hic frustrà quod facit ipse Deus.
Namq́ elementa quidem, & quidquid deducitur illis,
In finem mediјs jam cecidere suis.

Fertq́, ſibi requiem veluti quodcunque ſuperſtat,
Ut natura jubet nec magis, atque minus.
Ut ſe conſervet quidquid ſapit undiq; mirè,
Utq; hoc præſtet enim ſtat ſibi triſte nihil.
Eſt animal jam quiſquis homo, commune, ſupremum,
Bruti, & cæleſtis ſuſcipit ipſe gradum.
Eſt brutum membris, anima ut divinior ipſa,
Quo ſpoliatus erit vix ſibi quiſque bono.
Hoc erit vt ratio divinus ſenſibus acta,
Finem ſuſcipiet, ſicq; ſequetur opus.
Hoc finale bonum ſub ſenſu ſufficit omni,
At falſum in partem ſemper ubique jacet.
Quiſque operans bona ſumma capit, ſervatq́; ſuprema,
Et ſcit ſe prorſus poſſe patrare malum.
Iudicio at falſo forſan bona quaque probabit,
Ut votum ſaturet tunc ſibi ſæpè placet.
Quod nec erit ſi fortè bonum cadit undique verum,
Nam ratio nullis ſtat ſibi plena modis.
Si non fortè bonum eſt, hoc jam ſed opinio fingit,
Delitias ſi adfert non labor ipſe perit.
Tale bonum exiſtit, quod non eſt robore murus,
Sed referat greſſum quem ſibi quiſquis agit.
Sed virtute ſua nullo ſub pondere cordis,
Ad ſe ſæpè adfert, & quaſi fune trahit.
At de hoc dixerunt ſapientes undique multi,
Hujus qui eſt Dominus triſtitia haud ruere.
Qui ſophiam callet, ceu falſum hoc dejicit omne,
Atque inquit longas ſic nec habere manus.
Dixerunt quidam ſub rebus fortè ſupremis,
Sæpè harum rerum volvere mente ſacrum.
Hoc nunc eſſe bonum, ſed durè hic ſubſtitit error,
In virtute alij tot bona conſtituunt.

Cuncti

Cuncti vera ferunt, sed non quicunque vicissim,
Namq; bonum in partes státque, manétque duas.
Ut mens at verum perfecta concipit arte,
Tunc rationi ipsi subdita vota jacent.
Ex hoc nempe bono dissensit denique nemo,
Quod quisquis praestat pectore saepe probus.
Utq; satisfaciat votis ubi fortè necesse est,
Externis non est tunc miser ille bonis.
Sed nec prorsus ait se aptum sub viribus esse,
Parte alia sentit se satis esse operi.
Adversis dependet homo damnísque bonísque,
Inter aquam, & flammas nec riget, atque calet.
At Seneca intendit vires defendere & ejus,
Esse bonum externis dixit ubique bonis.
Haec qui habet, excelso semper caret undique secum,
Utq; habeat, medium ducere si ipse potest.
Sic hominem tentat constringere sensibus ipsis,
Ut nisi natura dicat habere nihil.
Si fortuna aufert ex istis quodlibet ipsi,
Excelsum firmo sentit inesse polo.
Si extremumq; bonum forsan conjungitur isti,
In mundo plenum fert homo corde bonum.
Hoc praeter nullumq; fuit, nullumq; superstat,
Inq; illo solum substitit ejus opus.
Inq; illo fortuna locat sua robora multa,
Natura & brutis omnibus aqua simul.
Inq; illo omissum proprium cadet undique donum,
Tam longè si aliis distat ubique bonis.
Huq; bonis verum, prorsus nihil impedit altum,
Externa internis mixta subesse sibi.
Fama & opes, & honos, bona sunt externa vicissim,
Conjunx, & proles, nescio si addo nimis.

Atque salus, quæ intus substant, atque alta venustas,
Quæ & natura potest tradere larga satis.
Cuncta nihil præstant nostra ut sententia firmat,
Extra nam vires sunt, habitantq; suas.
Istud sive bonum nullis homo sensibus arctat,
At si hoc forte tenet, non datur hinc aliis.
Perdere qui poterit, secura haud commoda servat,
Perfectóq; bono stant sibi tuta nimis.
Quis nam hoc esse bonum, aut aliud jam judicat istud,
Ni virtutis opus qui tenet inde sacrum?
Ast homo nam mollis suprema ut robora tollat,
Non credit robur tanta movere suum.
Non nisi delitiæ nequeunt quæ forsan haberi,
Majores quam quis ducere corde potest.
Aut nil naturæ substat sibi viribus altis,
Hæc sic hunc faciunt nosse bonum, memorem.
Ast Epicurus ait cuncta esse hæc gaudia solum,
Quod falsum est, mundus sed tamen id sequitur.
Non nisi delitiis magnis quis gaudet in orbe,
Cumq; homine uniri stat nota certa sibi.
In solo sensu nequeunt bona percipi & ista,
Quæ nisi sit sapiens hæc sibi nemo tenet.
Ménsq; bonum cernit quod promicat amplius omne,
Attamen hoc votis eligit ipsa sibi.
Est æquum ut jungat geminas homo deniquepartes,
Atque hinc præcipuam seligat ipse simul.
Atque hæc facta gerat votum ut quoque pareat ipsum
Iam rationi ipsi, mentis & officio.
Huic operi existit summa oblectatio semper,
Perfectum monstrans esse opus inde suum.
At sine delitiis habitus nihil extat ubique,
Nam monstrat corpus bella movere sibi.

Filius

Filius est tandem nullo sub jure benignus,
Qui invitus patri murmure prastat opus.
Obsequium si vota negant pugnantia menti,
Pax nullo perstat candida jure sita.
Dixiq; exilio virtutem semper abesse,
Si lucri causâ ductus homo peragit.
Aut ob delitias, habitum qua pectore complent,
Absque his hic nullo deniq; stat pretio.
At si delitia facti sunt causa propinqua,
Atque bonum est factum, tunc lucra sacra manent.
Non ubi sitq; bonum jam tandem cogitet unquam,
Qui bona facta gerit, gaudia sunt at ibi.
Cui bona facta serit virtus sua gaudia mittit,
Improbus at tandem gaudia nulla tenet.
Sæpè brevi mæror totis hunc sensibus urget,
Secreta ut servant publica nulla loca.
Notio namq; mali secum subsistit ubique,
Quem vermis dirus rodit ubiq; mali.
Si improbus existit sic ut sub crimine vivat,
Delitiæ cedunt in fera damna sua.
At Plato dixit enim bona non communia secum,
Esse haud delitias quod quoque quisque negat.
Atque Epicurus item veluti mente aspera iniquus,
Delitijs carnis dat bona inesse hominis.
Post hunc discipulus venit jam denique summus,
Qui hæc sibi falsa quidem viribus urget ibi.
Et quod defendit sacris rationibus auget,
Delitiasq; bonas separat à miseris.
Delitias & sacra bona ordo hic semovet unus,
Delitiæ in factis sunt ubicunq; bonæ:
Ni quæ bruta gerunt totis in sedibus orbis,
Tunc natura quidem nil proprium sequitur.

Quidquid habet mundus sequitur sibi denique corpus,
Et cœlum, & mundum bruta vigénsque genus,
Sic ratio leges homini statuítque, probátque,
Quas si pertransit bestia pigra subest.
Hic per se opponit nunquam quid linquere jure,
Posse quidem in nobis est bona seligere.
Quidquid homo præstat per gaudia ducitur alta,
Quisque operator enim cogitat hic simile.
Ob causam quod præstat agit, ducítque potenter,
Et nihil in vanum tunc quoque ducit opus.
Verum est facta quidem tum plurima ducere quemq;
Quæ in vita & fiunt, & quoque sponte sua.
Factor enim ducit semper pendentia vota,
Utq; elegit enim tunc sua vota refert.
At si ut delitijs semper dolor obstat acerbus,
Sic homo ab adverso staret ubique gradu.
Quidquid nempe fugit dolor est sua proxima causa,
Nam natura quidem talia damna refert.
Sunt amor, atque odium primi sub pectore motus,
His at delitiæ finis adéstque dolor.
Inque boni motum solum est via tota Cupido,
Inque fugam, causam dat sibi cuique dolor.
Non sapiens quisquis rerum discrimina solvit,
Consilium & proprio scit dare jure suo.
Si velut agnus adest simplex in quemque timorem,
Atque in delitias ut Leo corde furit.
Consilium qui sumit adest sapiénsque poténsque,
In bona quæ secum fert ubicunque sua.
Illa ferens, servansque sibi simul altera semper,
Stultósque in mundo quassibus inde premens.
Est sapiens poterit qui toto adjungere jure,
Regum grande jubar, divitiasque decus.

Sunt

Sunt corde at viles, sunt' turpes denique mente,
Qui nec quod verum est pectore nosse sciunt.
Sunt & fallaces sapientis nomine semper,
Esse boni ut possint; sunt citò corde mali.
Illi autem veniam meritò non denique sument,
A sapiente viro qui bona cuncta gerit.
Multi errant, vincit quos ignorantia turpis,
Ast alij ignarè crimina quæque patrant.
Causa illis substat defectus turpiter acris,
Atque dolent casum quem subiere gravem.
Hi sine culpa autem committunt crimina cæca,
At non ignarus, cui sua culpa subest.
Æquum est ne veniam nullo discrimine sumant,
Vel sine culpâ illi jam scelus inde movent.
Illi sunt stulti qui commoda dulcia perdunt,
Nílque aliud servant jam nisi forte modum.
Non at de his longum sermonem attexere tento,
Sed de alijs stultis qui quoque scire putant.
Qui sibi damna parant nimium & cum morte dolores,
Ut minimum adquirant quod vel adest dubium.
Et loca ut attingunt cernunt deserta vicissim,
Et mundum incusant damno ubicunque gravi.
Utque oculis cæcus nullo oblectamine gaudet,
Lumine nam tecto tunc sibi nulla videt.
Quo expresso ut videat pariter terrámque, polúmque,
Illa capit, mentis quæ sacra jura ferunt.
Utque videt verum pravo procedere voto,
Tunc mala ut ignarus judicat esse bona.
Luxuriosus enim affectu se in talia fundit,
Lætatúrque malis improbus inde suis.
Iam simili populo mundus scatet undique cæco,
Inque hos major pars incidit orbis adhuc.

Qui sunt qui ex istis nec stirpem pectore gestant,
Qui natura extat, qui colit atque Deum.
Turpis enim novit totoq; sub orbe reducit,
Affectu at nescit vel sua corda premi.
Per medium graditur casu atque extrema resumit,
Turpis at ignorat qui hæc ideò nec habet.
Sub laqueis vinctus vel toto corpore perstat,
Qui cuncta ignorat nil vel adire Deum.
Ex his quisquis homo facili sibi pectore credit,
Sæpè aliud secum sumere corda bonum.
Ex hoc nempe bono mirum est, stupor atque supremus,
Cur falsum hoc cernens quis sibi quærat adhuc.
Finis ubi & substant rerum primordia summa,
Sub ratione quidem longius ut pateat:
Pars hominum major nequit alto ardescere amore,
Nam non sic cernit semper honesta bona.
Quis proprio ast animo patitur, toleratq; potenter,
Intra se ut possint vel sua nosse bona?
Et virtute bonum sequitur sibi tale suprema,
Nam totum haud mortis temnere debet homo.
Scítque decus, sic posse bonum quodcunq; perire,
Hos qui hæc forsan amant negligo corde truci.
Ignarus, sapiens, stultus, vanúsque peritus,
Spem sæpè in quodam collocat usque bono.
At si & honesta bona excelso sub corde resumit,
Sæpè bonis falsis jam sua facta negat.
Ast ut qualis adest, finis sic inde paratur,
Ut locus, & tempus, sic status ipse simul.
Illi pervertent quæ pravis sensibus urget,
Et firmo nunquam pondere pectus erit.
Sunt in divitijs semper bona grandia avari,
Luxuriosi autem delitijs Veneris.

At quæ

At qui est robustus toto petit omine honores;
Intra se at semper res stat ibi varia.
Semper avarus enim lucrum condemnat iniquum;
Furari & tentat qui omnibus ipse viis.
At si hi lucra petunt, intra se quæstubus instant,
In lucris alter distat & ex alio.
Iam generosus homo quærit decus omne per orbem;
Et tandem adverso sed sibi quisque modo.
Hic optat dici largus, communiter ingens,
Atque alter Sophiæ jam sibi credit opes.
Cantu alter, virtute autem sed corporis alter;
Hoc est dissimilis jam undique causa rei.
Aut ob doctrinas hominum qui seligit ipsas,
Hæcq; inter melius quod sit ubique bonum.
Fata jubent finem prorsus mutare notatum,
Æger enim hunc sumit, dum manet ipsa salus.
Qui sitit, extinguat, dicit, sibi dummodo flammam;
Pauper at ut solum semper opes habeat.
Debilis & fœdus vult jam formosus haberi,
Ante actum pretium tot bona semper habent.
Atque bonum jam nemo potest pretio addere honestum;
Hic nisi qui forsan possidet illud ovans.
Atque virum doctum semper mirabor ubique,
Quid sit quod mentis se trahat à facibus.
Cur nescit stultum pejorem existere servo;
Delitias perdit consilio lacero.
Naturæ affectus non hunc vel commovet unquam;
Rumore existunt gaudia nata suo.
Et quia delitiæ rationis munera linquunt,
Dum quærit votum, tunc bona claudit inops.
At ratio excludit prorsus tot gaudia cæca,
Non caro at hæc optat, sed sine lite fugat.

Quod votis crescit jam forsitan amplius altis,
Vt quærant vitæ quod sine lite nocet.
Vt vilis dominum subiit sub jure quieto,
Quid semper se angens comprobat ipse magis?
Num mala facta patrans virtutis munera linquens,
Nec sperans falsum jam nisi mente decus?
Delitiæ at cordis non tanto horrore furescunt,
Principio hos nullus longius expulerit.
Vt quis nudus adest hunc nil sua gaudia linquunt,
Illorum species robora fertque sua.
Ob quæ jam voluit sumit sibi spiritus actus,
Parte infinitâ percupit omne nimis.
Terminus hos desert, hos linquit terminus idem,
Nec natura juvat jam eximios fieri.
Iam sapienti ergo quæ spes sub pectore substat,
Aut in divitiis aut decore in misero.
Non at habere inquam quæ vel contingit ut anguem
Nec se illis tradit, scit quia damna dare.
Nil ut divitiæ constringunt pectora cæca,
Nilque bonum quoddam jam quis avarus habet.
Non at amicitiam conflat, qui est corde superbus,
In cunctis errat (qui bona forte capit.)
Ergo hanc qui mentem jam secum dicet habere,
Qui bona certa fugat jam ob mala quæ veniunt.
Vt stulti populi quis sumat jure favorem,
In casus rerum se jacit inde graves.
Nec quin vincatur, nequaquam vincere tentat,
Servitioque addit se ante suum obsequium.
Gaudia dimittit cuncta ante hæc gaudia summa,
Quæ si at habet summo cuncta dolore tenet.
Qui nescit virtute bonum tantum esse locatum,
Perfectas tribuens undique delitias?

At-

Atque aliis nec vota quidem sua jure replere,
Nil miror toto linquere corde Deum.
Vt videt aßiduis nihil illum extollere donis,
Nec posse hunc votis indere supplicium.
Quo dono quodcunque animal videt undique plenum,
Et dominum pressum turpiter esurie.
Intra externa bona hæc tentat reperire locata,
In naturá etiam nec reperire potest.
Errorem in tantum jubet hunc descendere tandem,
Multa hæc dum censet se saturare nimis.
Et vix nemo fuit sic pulcher, fortis, & ingens,
Hac causa ut lætus viveret ipse sibi.
Vt quæ forte cupit, sic oblectatur ubique,
Non ut quanta quidem gaudia nempe ferant.
Si bona gestat honos est ut virtutibus hæret,
Per se nam nullo stat decus omne bono.
Vt mi hoc defertur vel qui hoc sub pectore præstat,
Sic est si inde valet, sin minus exitium est.
Vtque probo defertur honos, bona nobilis optat,
Nobilis estq; magis cum sibi substat honor.
Nobilibus decus omne auget votumq; jubarq;,
Quod si aufertur enim non ideò inde dolent.
Est bonus altus honor cum non Venus aspera substat,
Sed primo in motu tunc placet ipse probo.
Amplius haud surgit, patitur nec candida virtus,
Ne externo quisquis gaudeat inde bono.
Sed quid de stulto & perverso pectore dicam,
Si bona perquirens scit sibi multa senex?
Omnino insanus stimulos, non fræna reducit,
Nec falsam noscit conficere ipse viam,
Non stultum miror quoniam nil deniq; sentit,
Præter quæ membris sentit ubique suis.

Spernere prudentem toto decet orbe viciſſim,
Nam mentis fraudes ſuſcipit ipſe ſuæ.
Se vertens nec forte Deum lucratur, & orbem,
Quem ſapientem omnes noſcimus, atque bonum.
Non mala, nónque bonum multo tunc murmure profert,
Vnde probum tandem nec quoque fama decet.
Eſt ſtultus rectum luctu qui plangit oborto,
A pravis nullo nam manet in pretio.
Non eſt æquus enim, torpet ſtultusq́; rudisq́;,
Fortunæ tali qui inde favore viget.
Eſt planctu dignum virtutis pondera nunquam
Poſſe probum nullo tradere jure ſacræ.
At populus ſurdusq́; jacet, mutusq́; labaſcit,
Cùm ludis inhiat turpibus ipſe frui.
O plebs, hoc dico regi, civiq́;, duciq́;,
Et docto, atque equiti, vilibus, & laceris.
Hoc commune probans vulgi quod fertur in ore,
Et decus atque ut opes tangere cuncta bona.
Sunt autem quidam quorum ſententia profert
Eſſe bonum, ornatas ferre pudore genas.
Sicq́; alij ſtulti bona dicunt gaudia ſolum
Alterius ſenſum nilq́; boni referunt.
At dare jam veniam cenſet ſermonibus iſtis
Iam probus, hi laudent ſe quaſi ſæpe nimis.
Et ſi forte probus laudes deflectit in illos,
Lætentur, voces gutture & inde premant.
Gloria tota patet cum ſe quis noſcit apertè,
Virtute excelſum, laude caretq́; rudi.
Non loquor at de illis qui geſtant ſtemmata collo,
De doctis, finem qui ſibi jam dubitant.
Inquirat ſtultus populi inter compita cæci,
Delitias toto quas gerit orbe ſuas.

Quiſ-

Quisque suo simili semper lætatur ubique,
A nullo propriam poscit & ille viam.
Nempe viam si doctus adest, non flectet in orbe,
Sed non sic proprijs gressibus ibit ovans.
Si non est stultus, menti nec sufficit ipsi,
Quo lætus panem suscipit ipse die?
Nemo potens fastidit enim cum conspicit ipse,
Insanos mundum semper habere sibi.
Et quoniam illorum toto petit ore favorem,
Non genere est alto cui favor iste placet.
Atque est magnanimus totum qui despicit orbem,
Et magis obsequium qui dare nempe putat.
Atque hic opposito cunctos videt ordine ferri,
Innectit laqueum, laudat & inde Iovem.
Atque ubi stat virtus, verum sæpe assidet ipsum,
Ex his & ratio longius una fugit.
Hæc ubi forte astat, non adsunt illa remota,
Hæc nescit pretium qui negat inde suum.
Verus honor perstat, sedem, in qua degit & ornat,
Dedecus est illi qui hac caret hac vacuus.
Qui minus astat homo, est sicut sine fructibus arbor,
Sicut in horto arbor, sic homo in orbe viret.

ELEGIA V.

VIta brevis, longisq; subest ars cursibus ipsa,
Fallitur in cunctis rebus & usus adhuc.
In mundo mens nulla quidem sub sede quiescit,
Iudicio & verum longius omne subest.
At non naturæ solùm est defectus iniquus,
Sed nos ignari propria causa sumus.

Qui tanto numero toto funduntur in orbe,
Vt mundus cunctis adsit ut umbra nigrens.
Qui non plura sapit duplici discrimine torpet,
Se ignorat, tempus nec videt omne suum.
Stultitia expugnat naturæ viribus omnes,
Hac parte ast illam robore nemo quatit.
Partibus ast alijs hanc subdere possumus omnes
Nolumus, at cunctis est quia turpe nimis.
Doctrina est nostræ jam semper libera menti,
Vt segnes illi, nil sumus hic vigiles.
Improba patrantes, recti citò perdimus auram,
Quî fieri poterit jam & bona noscat homo?
Partibus at geminis tanta ignorantia perstat,
Vt qui plura sapit se stupet ipse magis.
Noscit nemo Deum quadam nisi denique forma,
Sensibilis quoniam non Deus ipse patet.
Nilque est noscibilis nobis substantia quædam,
Mens ratione illam concipit ipsa sibi.
Namque superficiem solum cognoscimus omnes,
Dum nullus medijs acriter extat obex.
Judicium sunt plura tamen quæ denique solvant,
Iudicium minuunt, judiciumque movent.
Nostrum scire quidem deservit denique parvo,
Atque hoc affectus prorsus ubique quatit.
At quis materiam poterit cognoscere puram?
Sed nisi forma potest obvia mente capi.
Diversas rerum species desumere mente,
Non est hoc hominis, mens sua tanta nequit.
Virtus compositi de formâ quæ apta resultat,
Quomodo, curque manet scire nec ullus avet.
Vna ex materiâ nunquam substantia surgit,
Diversa est, nilque hoc consulere inde licet.

Ex ære & stanno, cuprum nasci omne videtur,
Quod nunquam vincet robore & ipse chalybs.
Prorsus enim cunctis quæ sunt abscondita linquo.
Quæ non assequitur culpa at ubique hominis.
Ignorare quidem causa est si expendimus omnes,
Si id minimum ferimus nullus at error erit.
Hoc patimur nobis ut nil cognoscere fas sit,
Non animam, & corpus denique nosq; simul.
Ex hac mente tamen quisquis se tollit, & abdit,
Nilq; placet proprium vel grave nosse malum,
Esse Deum verum stat prima scientia cunctis,
Nosse & nos ipsos ipsa secunda patet.
Mens ut crescit enim, tunc ignorantia surgit,
Et cui plura sapit majus adest dubium,
Dum scio nulla quidem dubito nihil inde vicissim,
Nam semper stultis omnia ferme patent.
Nemo suâ jactetur adhuc semper æthera mente,
Est qui subjectum mentis adhuc dubitet.
Spiritus est, solos affectus noscimus omnes,
Quodq; est naturæ scire licet nimium.
Antiqui obscurè penitus sensêre vicissim,
Præsentes dictis stantq;, caduntq; virûm.
In genere at sub tanta loqui non sufficit ulli,
Exemplo at studeo jam mea dicta dari.
Anxius at mundi speculor facta ardua magni,
Blanditias nectens pellor & ipse ab eis.
Vt votum sensus à me jam denique pellam,
Et nihil hoc cogam, temperiéve premam.
Stultus homo efficitur, totumq; ignarus in ævum,
Frænare at sese vel quoque nemo potest.
Non solum toto turbatur jure voluntas,
Et menti sensus demitur ipse bona.

Nescio cur aliquis quod dejicit æstimat ipse,
Nilq; decet pretium tradere sæpe suum.
Sic defectu ipso nunc toto ducitur orbe,
Iure magis, contrà, culpaq; nulla subest.
Quod virtus dat forte bonum qui poßidet ingens,
Hic vel nosse potest, ducere mente & idem.
Inq; alijs cunctis pretium nihil undique substat,
Est ratio, causam tunc quia nullus habet.
Hoc fundamentum ducunt mendacia mira,
Et dubius sensus tunc sua mutat inops.
At multi medicum gressu subiêre citato,
Vt vivant, monstrant morbida membra simul.
Ast animam nullus studio videt impiger ipso,
Nec damnat secum quæ mala & hepar habet.
Quis mala facta rogat socium quæ fecit iniquè,
Cùm sibi tot semper conciliet nimium?
Quiq; habet at clavem, reserat nec claustra potenter,
Quis dabitur saltem qui huic aperire queat?
Non est qui se ipsum haud memoret, nec deferat omnem,
Mendacem patitur laudibus esse suis.
Nam se vota queunt sensu cognoscere toto,
Et falsum referunt quæ sibi vera patent,
In vero & falso breviter torpentq;, ruuntq;
Firmiter & credunt, stat quia nulla fides.
Nil manifesti autem mens summa intelligit ipsa,
Obscurare queunt hanc fera vota quidem.
Quodlibet at nimium votis inquiritur altis,
Quisve parum, aut nimium non sua vota vehit.
Affectus verò mentem corrumpit ubique,
Omnes his laqueis corpora stricta gerunt.
Vt cæli quis linquit iter damno obvius acri,
Illi confusè denique quod patuit.

Est aliud tritum varijs erroribus omne,
    Nil noscit regimen quod sibi contineat.
Nilq; Deum novit natura aut robora summa,
    Tota & mens istud scire laborat inops.
Nilq; sapit, secumq; simul luctatur iniquè,
    Ergo quis stultus mente sua remanet.
Scire at debet homo, proprio & sub fine manere,
    Et rebus nullum det latus ille alijs.
Quísve & scire potest, cùm sentit tempore, damnum,
    Venturo, præsens si negat omne sibi?
Iudicat ut risum, lachrymis tunc irrigat ora,
    Censet amare quidem quem fugit ipse & amor.
Atque ut nescit homo quid secum deferat intus,
    Se & sanum cernit mortis ut in foribus.
Ille & qui toto corpus gerit ordine structum,
    Vt vivat, cujus mors quatit atra fores.
Hoc opus efficiunt nobis amor, iraq; flammens,
    In nos nescimus quis mala flectat atrox.
Vt perfecta Dei res hic persisteret omnis,
    Atque homo tunc finem sumeret inde suum.
Æquum erat utq; illum posset cognoscere verè,
    Inq; illum rectâ curreret ipse viâ.
Ex hac qui insanus sub tanto corde superbit,
    Scire suo languet lis quia vera latet.
Hoc vulnus sapiens toto sub pectore noscit,
    Tantum ut nec linquat vel sibi corde fidem.
Vnumq; esse Deum mens edocet obvia cuique,
    Estq; opus in reliquis adsit ut ipsa fides.
Sunt quos vel pudeat nimium nescire vicissim,
    Quam potius proprijs viribus esse malos.
Non esse at vellent potius quam numine stulti,
    Et sæpe à Musis undique pectus abest.

Illas non solum nullo sub jure sequuntur,
Sed dubitant quid sint, unde oriantur item,
Vtq; animam, & corpus durus dolor opprimit ipsum,
Hoc nec quod faciunt jam sibi nosse queunt.
Vt qui sub pelago degit rate vectus ab ipsa,
Illi teter odor redditur altus odor.
Qui sine amore quidem mundi per compita tractant,
Quæ potius cunctis grata ubicunque manent.
Hi se illis demunt, quæ omni tractantur in orbe,
Atque illis damnum quæ sibi conficiunt.
Qui medium sequitur corpus sine corpore ducit,
Non est qui tali transeat inde via.
De me autem fateor mutari denique mentem,
Quà affectus ducit, volvitur illa simul.
At medicus summo qui tollit amara palato,
Non verò ægroto tollit amara tamen.
Quin veniat casus, sed solum mente volutus,
Mens sensu ut fuerit, volvitur acta suo.
Iamq; amor, ira & atrox verum de pectore tollunt,
Ex falso in falsum denique vera movent.
Et locus, & casus tota illi robora mutant,
Nil est quod facies non det in orbe duas.
Obq; suum damnum quidam pura astra precatur,
Vtq; est quam sequitur mors bona perstat ita.
In nobis motus varius reperitur ubique,
Semper communis motus & ex alio est.
At votum nostrum motor sibi concutit alter,
Non ille in cunctos qui benè sese agitat.
Cogitat inde & homo bona, & hæc loca propria semper,
Quæ per bruta ipsâ jam statuuntur ope.
Mens autem deinceps vitæ sibi commoda quærit,
Atque bonum ex tali detrahit illa loco.

Iudi-

Iudicium lapsus tunc mens sibi construit altum,
Si nec ibi est saltem nunc ubi inesse volet.
Et votum quoniam secum non altera quærit,
Mens curâ hæc magnâ litigat ipsa sibi.
Iamq; Iovem video pleno consistere risu,
Nos hostes cernens undique quosq; sibi.
Sunt adversa quidem semper quæ quærimus ipsi,
Hæc bona sunt quorum grandia bella manent.
Atque malum petimus, bona grandia & esse notamus,
Quærimus hæc magnis sumptibus inde simul.
Connubia atque decus fulgescens, quærimus aurum,
Adversumq; subest quomodo quisque volet.
Estq; bonum damnum, damnum bona reddit ubique,
Flatum, est qui dubitet quo ratis ejus eat.
Illi sum similis læto qui gutture cantat,
Atque premit sensu, tunc sua corda malo.
Artubus estq; stupor, languet quoque dira podagra,
Súntque alij morbi quos recitare nocet.
Cúmque hic jam vitæ nil cogitet ardua dona,
Tunc illi integrius redditur ipsa salus.
Post & nescit item qua decidit acta sagitta,
Absque medela illum quæ jubet inde mori,
Et quod opes nobis censemus tradere sacras,
Hoc nos supremum fundit in esuriem.
Est stultus multum qui mundi munere gaudet,
Nam non finis adest, si est quoque suspicio,
Degere sub votis, cunctis labor improbus extat,
Lætúmque aut tristem dona tenere facit.
Et qui plura sapit, quod vult vix denique novit,
Tunc ridet quando vel decet hunc gemere.
In mortem tendit censens se occurrere vitæ,
Vtque intrare licet jam ædibus egreditur.

Atque animam, & corpus propter bona parva refundit,
Inq́; suum damnum se quoque fundit atrox.
Quis scit quod statuit divino numine fatum
Quando, ubi, quo pacto finiet ipsa dies?
Et mortem fugiens adit hanc vel tramite recto,
Nescit si medium dat mala, datq́; bona.
Noctu progreditur nullo ducis omine certi,
Absque gubernaclo transit & ille mare.
Lecticâ & duci tentat collo actus ab ipso,
Atque illum illudit qui fugit orbis opus.
Hoc illi efficiunt, quos doctos nominat orbis,
Exemplúmque ab avis hoc habet inde nepos.
Qua sede est nobis tanta ignorantia rerum,
Fortuna incerta est, statq́; ibi firmà opera.
Acrisq́; injustis lites agitamus acerbas,
Firma spe incertum semper & hinc petimus.
Vt stultus cæcus currens dat tela per auram.
Nescit ubi, dubium si petit inde scopum.
Progrediénsque pedem se non videt indere firmum,
Atque latus frangit, nec sibi finis adest.
Qui finale bonum vult ducere, talis habetur
Se, & mundi aspicio cuncta jacere bona.
Vtque æger, qui dura subit sibi pocula & atra,
Vt vivat corpus semper amara bibit.
Quæ ad mortem virus præbent, referuntq́; venena,
Nilq́; aliud nouit, nílque habet hæc qui agitet.
Sic est qui in mundo vexat sua corda labore,
Vt teneat pectus quod nimium saturet.
Quod verè nequit, quoniam est sibi finis abactus,
Finibus in reliquis cuncta labore cadunt.
Mundi nempe bonum dat finem, haud possidet illum,
Qui illud suscipiunt vix saturantur adhuc.

Cuncta

Cuncta bona extra ipsum natura munere corpus,
Nullo si advertis, sunt sibi fine sita.
Estque aliquis finis qui apto venit undique sensu,
Ultimus absque malo donat ubique bonum.
In primis semper nos mens oblectat amœna,
Non sine damno autem, nam dolor est medius.
Horum quæ quis amat finis, non traditur ullus,
Finitam pœnam denique si nec agit.
Ast ubi forte malum damno reperitur iniquo,
Nempe bono vero non poterit tribui.
Finis facta quidem mors atq; interminat ipsa,
Inque hæc ast judex vix bonus ullus adest.
Quis vero hæc recto jam tandem judicat ore,
Quæ facit an pœnam, delitiásve ferant?
Factorum fines secum nectuntur ubique,
Occultè non est qui videt hæc oculus.
Quæ formosa patet secum fœda undique signat,
Si non se totam, monstrat at ipsa caput.
Humida ut hora notat jam mundi arentia signa,
Ex recto in pravum nunc quoque facta ruunt.

ELEGIA VI.

O Quàm stultus adest qui fati pertimet arma,
Inque illud quærit robur, & auxilium!
Et qui robur habet sub toto corpore magnum,
Nec noscit, censens forsan habere nihil.
Tu hic es, qui in mortem vires petit undique summas,
Cùm citò vel fortis sis moriturus adhuc.
Ipse suas poteris mortis contemnere vires,
Nilque mori metuens hanc sine lite lates.

In te est vel mollem, vel durum ostendere sensum,
Nam duplici causa dat mala dura nimis.
Horrens damna locis æternis quæ acriter urgent,
Et quia quis lætas perdidit orbis opes.
Ex his jam poteris sensus depellere cunctos,
Sensibus hic quoniam quattuor ipse cares.
In damnum te cinge armis virtutis ubique,
Nec dolor ullus erit, nec teret alta timor.
Namq; probo nunquam jam mors nocet aspera telis,
Imò hæc est medium quo subit ille polos.
Etsi pravus enim moriens malus evolat ipse,
Non hoc mors præstat, sed sibi turpe scelus.
Mortem nempe timet qui in gaudia se atra refundit,
Nam geminos mundos perdit, & astra poli.
Recto si amisso corpus dolor opprimit altus,
Hic nihil est, animæ si mala quis reputet.
At binos mundos cunctis Deus intulit altus,
Naturæ ut binæ sunt velut ipsi homini.
Pars quævis spem sæpe suam præfinit in illo,
Vitæ à quo sumpsit munera sacra suæ.
At corpus nostrum mors prorsus vertit, & urget,
Præsens dejiciens quod patet inde bonum.
Spiritus at mortis nunquam timet ardua tela,
Morte agitur, nescit quæ loca forte petet.
Horum diversi subsistunt undique sensus,
Omnibus etsi atrox mors citò nil placeat.
Hic timet, atque dolet, pariter dolet acriter alter,
Et proprio in mundo vult sibi quisque locum.
Discordi hoc corpus nimium sibi dissonat arte,
Atque his quæ nosco fixa manere sibi.
Non autem est verum quoniam mala facta perurgent,
Solus namque probus stat memor ipse sui.

Verâ pace poteſt factis probus omnia ferre,
Non malus, at finem, nam dat habere malum.
Atque hoc fine quidem perſtátque, bonúmq;, malúmque,
Státque bono lucrum, damna manéntque malo.
In communi autem vult hæc bona quiſquis ubique,
In ſpecie at quantum dirigit hoc ratio.
Affectu qui agitur noſcit, non hæc bona ſentit,
Improbus haud ſentit, nílque habet inde fidem,
Pars noſtri quævis petit hoc, unde ipſa reſurgit,
Terrenum at corpus jam hic ſtudet eſſe ſimul.
Spiritus at ejus nollet dimittere corpus,
Et ſua ſuccedunt jam ſibi morte bona.
Hæc duo ſi ſtricto perſiſtunt undique nodo,
Hoc ut cauſa hujus perferat omne malum.
Donec delitias ſecum mala denique ducant,
Et mala ſuſcipiant nomen ubique boni.
Immortale ut homo mortis timet undique telum,
Et mala ſub toto grandia ferre ſinu.
At ſi poſt mortem credit nihil eſſe viciſſim,
Majori in damno tunc ſimul ipſe manet.
Et ſi forte polus non ardeat ignibus altis,
Æquum homini extiterit forte putare ſibi.
Ex hoc nam præſens jam nunquam detrahit illum,
Nec victum votum denique corde fugit.
Vt ſit homo in mortem divino robore fortis,
Eſt illi virtus undique ſemper opus.
Vt rationi autem jam corpus denique paret,
Ex voto vinctum ducit ubique probum.
Delitiis igitur rectis probus ipſe fruetur
In membris, illas attigit aſt animâ.
Et plus æterno quam vel ſub jure caduco,
Hoc in mundo autem jus tulit alterius.

Qui in tantum accedit, mortem haud dubitabit iniquam,
Inque anima at corpus ducet amicitiam.
Vtque animæ jam forte bono caret undique quivis,
Sic corpus ſanum non dabit inde bonum.
Quódque extremum autem jacuit ratione ſub ipſa,
Et pravos motus temperat ipſa ſimul.
Fide Deo, prabéque ſimul tua munera egeno,
Vive fide, qua omnes cælica dona ferent.

EPIGRAMMA.

VIrgo Dei mater cuncti quam credimus ipſam,
Chriſtum altam prolem ventre tuliſſe, Dei.
Atque cruci affixus ſubijt qui prælia mortis,
Hoc tantam ut cupiunt fac & habere fidem.

ELEGIA VII.

NOn ſimulare queo quo deprimor ipſe dolorem,
Nam video mortem ducere tela mihi.
Exitúque viam reſerat, monſtrátque patentem,
Abſque ictu, mundo demere méque ſtudet.
Virtutem at primum mihi corporis abſtulit ipſa,
Nec capiunt ſenſus quæ potuêre ſibi.
Quæque intus ſubſtant, horrent, trepidántque timore,
Et mens ſtultitiæ jam timet ipſa vices.
Thuriacos malè vexat enim jam dira vetuſtas,
Et dubito, poßim quî dare mente novum.
O mors, quæ vitam cunctis viventibus aufers,
Humanæ menti ſemper es ipſa dolor,

Te

Te vix nempe timet, qui te vix cogitat idem,
Aut qui juncta pio fert sua corda Deo.
Inter utrumque jacet populus, mundique facultas;
Et fateor me hujus nominis esse simul.
Atque aliquando metu totis premor artubus ipse;
Quem mitto, at non est nobilitatis opus.
Iamq; ex stultitia, affectu quoque dividor ipso,
Inq; metum redeo qui mihi morbus adest.
Quis noscet quantum ferus undique & horridus adsit,
Quem natura addit robora sæpe secans?
Hoc idem curâ semper sibi sumit ubique,
Virtute & sensum dat ratione frui.
Et gaudet quantum possunt sacra gaudia ferre,
Vel paulum cuivis gaudia vita refert.
Atque bonum externum fletus, risusq; reducens,
Sive bono minimo tunc mala dira timent.
Grandia tu & propria amittis, tu amittere cogis;
Atque hominem everti cogis ubique probum.
Ergo cui pectus non presso corde tremebit,
Cùm te hominis videat demere jura proli?
Quis mortis poterit secum censere dolores,
Et cui solamen jam hæc mala ferre queunt?
Quotq; boni substant sub mortis robore deles,
Quæ & secum ducunt cogis & inde mori.
Vita hominis, pariterq; horum firmatur, & astat;
Viribus euertis tu bona magna tuis.
Qui visu sensus quæ substant conspicit alta,
Quo bona plura gerit, te spuit ipse feram.
Quod fortuna bonum sub dextra numine præbet;
Si tollis, debet nemo dolere quidem.
Præter teq; alij tollunt hoc denique semper,
Quodq; illos tollit non sibi culpa subest.

Nil dare tu sentis, subvertis quæ illaq; tradit,
  Te timet in qua etiam statq;, manetq; nihil.
Tecum mundus habet nil secum denique rectum,
  Circa haud te perstat seu putet illa nimis.
Tu dolor es, cunctos superas qui sæpe dolores,
  Esq; hamus veluti pastomis ipsa & equo.
Cuncta bona excelsi subvertis nominis ipsa,
  Quæsita & digno semper honore nimis.
Tu facis ut virtus secum videatur aperta,
  Delitijs mentem sæpe movens hominis.
Post hæc quis pretium poterit conferre supremum,
  Delitijs quæ illâ semper aguntur ibi?
Prosperitas cui ipsum nomen jam deinde redundat,
  Nos circa æternum devehit una polum.
Non intrare facit, sine qua haud intramus in illum,
  Atque homine everso tu quoque vertis eam.
Quo mens nostra magis luce est subtilior ipsa,
  Est dolor huic major, grandia damna sibi:
Qui mentem, & sensum secum deducit agrestem,
  Gaudia non sentit, nec mala corde vehit.
Ex Venere occurrit dolor hic, quem tradis acerbum,
  Nam tollis quidquid fert sibi noster amor.
At non divitias solum, formamq;, decusq;,
  Sed nunc omne bonum quod sibi sentit homo.
Sensibus iste dolor si tandem adjungitur ipsis,
  Evertit mentem cum quoque mente subest.
Atque opus istud erit multorum in corde refusum,
  Nam non damna fero, nos quibus ipsa quatis.
Ad numerum faciunt quæ montes saxa reducunt,
  Tot mala, sed forsan dicere lingua nequit.
Delitijs mixtam pœnam objicis omnibus atram,
  Qui hanc sentit, dubitat sic vel inesse trucem.

Hæc

Hæc est quæ ut socios secum disjungit amantes;
In quibus est mixto munere vita sita;
Delitiæ ut vita toto memorantur in orbe;
Astat delitijs hic dolor inde simul.
Diversos homini deducis sæpe dolores;
Hoc venit ut reperis nos ubicunque tibi.
Tale tuum atq; malum ut sunt gaudia quæ ipsa resumis;
Quare crudelis iram undique nomen habes.
Quique Deo fidit solum, pectusq; locavit;
Huic bona es, & cui etiam te invenit esse bonam;
Ut sedem quis adit, quam spes sibi prospera sumit;
Nilominus vitæ displicet ipse favor.
Atque hæc ut superat, nescit sub pectore risus;
Lætitiamq; suo corde referre gravem.
Præteriere quidem optarunt qui pondera mortis;
Gloria ut his fœlix esset in orbe alio.
Pluribus antiquis ratio quibus adfuit alta;
Quæ virtute suâ constituêre in opus.
Delitias carnis statuunt horrescere mortem;
Sunt natura quibus vel placet ipsa minus.
Compositi verò grata atque ingrata supersunt;
Excessum & ratio fundere nosq; jubet.
Quas si quis tollit nequaquam sufficit inde;
Iam sine morte illis damna suprema subit.
Delitias puras quisquis sub sensibus aptat;
Nilq; illis mixtus perstitit ipse dolor.
Quæ & mentis perstant immixto munere juris;
Ne excessum attingant undique sæpe jubent.
Majorem in sedem cùm quis sub robore scandit;
Tunc sensus subito gaudia summa petit.
Spiritus utque magis toto lætatur in orbe;
Tunc intra corpus jam insiluisse cupit.

Tunc bona cuncta quatit quantum & quis sumere possit,
In simili casu fit lepus ipse leo.
At te non metuit mentem qui haud dividit ipsam,
Affectus morti præstat ubique locum.
Sic sat erit summam toto deducere corde,
Qui se haud defendit, quamque timere nefas.
In te delitiæ delectant pectora cuncta,
Absque at delitijs vita refusa cadit.
Iamq; igitur virtus firmato robore perstat,
Luxuriæ adducti principio pereunt.
Ex quo ingens bellum fervente Marte nutritur,
Et multum præstat qui quoque victor abit.
Vt fortuna patet vario depicta colore,
Dextra ad tristitiam est, læta sinestra micat.
Tristitiam ut cernis toto sub corde perhorres,
In latere atque alio non dolor ullus adest.
Sic te qui clara sub mentis cogitat aura,
Illi quique dolor denique semper abest.
Qui reperire cupit te dulcem ut dulcia mella,
Huic fortè in damnum nulla medela deest.
Est tibi perpetuo commixtus dulcis amaror,
Semper perversis es quoque longa nimis.
Jam fuerant talem qui te haud sensere vicißim,
Et multi robur deposuêre tuum.
Atque ut te similem propius vidêre subactam,
Viribus obsequium constituêre tuis.
Hos ratio virtute sua cogitq; movetq;,
Firmam ut te faciant, vis quia cuncta satis.
Est qui permixto se præstat denique jure,
Debilis has vires undique sæpe negat.
Sed verum est doctum nullo terrere dolore.
Non labi cogis, devehis ast in humum.

Sed

Sed nostra hic virtus spem sub Iove suscipit altam,
Sufficit ut nimium mors fera tunc vigeat.
Delitijs multis, sed non ita ut ardua perstet,
Pœnam ferre jubens, temperiem sed agens.
Sic & delitiæ superant, pœnitusq; repellunt.
Ejus qui ad tempus gaudia summa gerit.
Spiritus unde timet fletu caro & angitur acri,
Elector quivis ut legit excutitur.
Spiritus at promptè mortem sibi suscipit atram,
Compositum astringi, sed nequit inde nimis.
Omnibus hoc præbet rerum miracula summa,
Vt virtus pectus sic sibi firmet ovans.
Vt sapor at fellis tunc illa ut mella resurgit,
Vt sibi vel proprijs viribus obstat homo.
Parte una effugere hic mortem contendit acerbam,
Parte alia hanc toto corde subire putat.
Hoc bellum robur tandem quodcunque repellit,
Et durat donec prælia victor agit.
At si vincit homo tunc mors pulsatur ab illo,
Et carnem occidit jam ut sit abacta sibi.
Est ius naturæ ut mortem quicunque tremiscat,
Inq; illam pariter candida stat ratio.
Quantum mors defert pœna cuicunque parantur,
Extrema & tabent fœtida facta simul.
Pars hominis morti quæ ipso dominatur in orbe,
Ob dictam causam jam fera damna refert.
Causa animæ quæ viva manet lætatur ubique,
Sive metum nectat, Martis & hanc pudeat.
Præviso & nullo jam rerum denique lucro
Virtutem clausam viribus urget amor.
Delitiæ atque dolor pugnant vehementius intus,
Atque illud cogunt cui magis astat homo.

At qui virtutem non suscepêre potentem,
Crimine quod præstant sæpe dolore necant.
Hi prolem alterius juri, manibusq; dederunt,
Captantes formam gentis & omne decus.
Ex tenui filo bona pendet sæpe voluntas,
Facti dum pretium non retulêre suum.
Pro minimo multum præstant quod tollitur inde
A stultis, & quos suscipit invidia.
Illud grande bonum per te quod sumitur ingens,
Et vis virtutis delitiæq; graves.
Est causa, ut subitò tandem cadat impiger ipse,
Dum moritur, perdit quidquid & orbis habet.
Hoc ægrè efficitur mortem quæ commoda delet,
Grandia tunc coget jam hanc sibi speret homo.
Hoc tandem ut quæstu summo suscepit in orbe,
Vt mortem accipiet nil sibi suscipiet.
Causa autem facti est finis non ultimus ipse,
Majorem finem sperat at ut moritur.
Hi quos invadit mors duro turbida telo,
Aut qui elegerunt hanc quoque fortè sibi,
Finem aliquem norunt, cernuntq;, bonumq;, malumq;,
Vt vitam assumunt jam bona ferre putant.
Verum est mors diro quem comprimit acta flagello,
Naturam hanc toto lædere jure piam.
Quæ sub corde hominis generoso personat ore,
Ne mortem ob tristem jura relinquat inops.
Atque hujus verus quivis est undique judex,
Nilq; est qui rectè judicet ista sibi.
Illo nempe metu quo mortem membra repellunt,
Et causis illam quæ sine fine domant.
Temporis illapsi splendentia scripta redundant,
Atque ideo taceo nunc mala quæ incutiunt.

Robo-

Robora quæ excellens tunc virtus applicat illis.
Non recito, nec quæ jam potui legere,
Ex Seneca, atq; aliïs vario at discrimine gestis,
Cor hominis mortis sæpe perire metu.
Quod sentit sub morte caro, sub jure necesse est,
Vt nos excusat sensus ubique animæ.
At qui delitias mundi & spem fortius optat,
Perferat hic moriens si dolet ipse nimis.
Cui obsequium dederam vario sub mente labore,
Auxilium præsto cui quoque præsto fidem.
Et qui talis adest, mirum est si denique cordis,
Huic non effusus truditur ipse sinus:
Cum videat mortem corpus subvertere vivum,
Nec contra hanc nullum robur inesse sibi.
Namque ut virtutis nequaquam munera cepit,
Membris sic mundus stultus ut obsequitur.
Est homo sub triplici notus jam denique causa,
Vt vivit, vitæ sic sibi nomen habet.
Si fœdè vivit, tunc bruti nomine substat,
Si sequitur mores, est quoque verus homo.
Si secum vitam solum traducit opimam,
Supra hominem substat, jam Angelus ipse manet.
Vt vivit, mortem sic forte timere videtur,
Perdere nam nescit, sicq; viam dubitat.
At multi amittunt, pavidi qui denique tardant,
Inq; Orco dubitant posse dolere truci.
Quis pœnas dicet sceleratos quæ undique torquent,
Ad mortem ut propius jam veniunt rapidam?
Dumq; bonum amittunt pretio quod constitit illis,
Illucq; ire timent gaudia ubi nulla vigent.
Sensus ut in mundo suscepit grandia secum,
Excessu adverso tunc dolor hunc quatiet.

Clauditur & claustrum diffusum semper in ævum,
Quo illi & clauduntur qui hoc subiere semel.
Et quantum poterunt compungent corda dolore,
Nec spes tunc pœnam quæ sibi tollat, erit.
Hoc loquor at de illis damnato crimine qui extant,
Plutonemq; timent sidera & alta petunt.
Qui bona, qui leges habuerunt ritibus altis,
Vt perdunt mundum, non alium metuunt.
Ast hi mortali viuunt sub jure potenti,
Atque alij vitijs tunc sua corda gerunt.
His mors est toto semper confusa dolore,
Atque bonum apparet jam his quoque deficere.
Antiqui docti discordi hoc pectore ducunt,
Diversi intra illos damna ubicunque notant,
Quis credet mortem graviori ducere sensu,
Aut qui virtuti jam sua jura refert?
Huic plura amittet quam tradere sufficit orbis,
Nempe carere metu, ut pectora tuta vehat.
Aut qui delitijs sensus vehementer abundat,
Atque alijs opibus, summo & honore scatet.
Mixto se obtundunt semper sub corda dolore,
Vnde retrocedit qui altius egreditur.
Hoc rogo ut hoc dubium quisquis mihi detrahat altum,
Horum cui saltem mors minus ipsa placet.
Vt quis se oblectet vitam sibi conscius aptat,
Et sine delitijs nemo laborat adhuc.
At quando his illos vita abstrahit acriter acta,
Sicq; dolent quantum gaudia ferre solent.
Ast ut delitijs sapiens majoribus astet,
Munere sub vitæ, munere subq; operis.
Majori pœnæ debet jam jure subesse,
Quam qui nil perdit gaudia fertq; minus.

Et

Et qui delitias fert sæpe dolore volutas,
Vita ut depereat dat sine fine preces.
Tot mala tanta simul mors aspera devehit orbi,
Atque animæ, & membris contulit illa ferox.
Vt me pœniteat solum hæc memorasse suprema,
Pauca quidem veluti mors mala multa gerit.
Cur mala nunc referam quæ mors sub robore ducit,
Illi qui moritur speq; subacta timet?
Hæc mala diverso secum sub jure furescunt,
Qui hæc metuit, gaudet sæpe aliis nimium.
Ast est præsidium contra sua damna vicißim,
Ne sit agresti animo, nec pietas minima.
Qui morum vixit sacris virtutibus actus,
Et tunc natura cepit in orbe bonum.
Hic pietatis opus, nam spem sibi curat iniquam,
Atque animal summo vixit ubique gradu.
Cuncta intra se aptat, læto & sic pectore vixit,
Atque minus sensit quæ mala agunt alii.
Vt mors accedit, mens toto corde repugnat,
Ne secum præstet tunc quoque jure dolor.
Hic ab amore quidem tandem sua facta patravit,
Non huic centeno res erit in pretio.
Vt bonus existat mentem quis promere debet,
Iudicet & finem sub Iove stare suum.
Huic mundo solum non deinceps mors patet ipsa,
Inq; Deo remanet si ratio premitur.
Ergo ut nil substat nisi ut hic homo gaudeat ipse,
In geminis mundis tunc licet esse Deum.
Ille nisi vero nequaquam existeret alter,
Non menti hunc addit ni Deus ipse potens.
Quantum vivit homo, virtus tantum decet illum,
Illum post mortem complet, agitq; Deus.

Iamq́; prius leges quam Iuppiter ipse dedisset,
Et scriptis homines denique se regerent:
Natura instituit multos disponere jure,
Radicesq́; boni de Ioue sumpsit homo.
Ex his illi unam conflarunt undique mentem,
Qua mundus semper corrigitur nimium.
Omnia facta hominum sæpe hæc agitatq́; vicissim,
Atque aliam prisci non tenuêre sibi.
Notitiam obscuram conceßit Iuppiter illis,
Huic mors hos pœna detrahit ipsa truci.
Estq́; triplex finis quo quilibet omnia præstat,
Vnusq́; intra hominem est, exteriusq́; alius.
Exteriúsq; intus semper dubitatur & alter,
Qui semper quadam sub ratione patent.
Velle decus, famámque gravem, bona grandia & alta,
Et quod natura est, fortuitóque venit.
Illum etiam finem, quem virtus suscipit una,
His inflammat homo tunc sua vota potens.
Inque Deo est alius, qui in se nos commovet ipsum,
Extra nos extat, non tamen omnis abest.
Quidquid firmatur quocunque hic robore summo,
Deficit ut robur tunc quoque forte deest.
Mundo at corrupto quo lætabatur abundè,
Per se ipsum, cujus notitiam nec habet.
Qui intra se, & per se patrat ardua facta potenter,
Vt mors dura venit, tunc bona perdit inops.
Multúmq; efficiet dum se defendere censet,
Est extra corpus vis quia parva suum.
Ejus solamen qui spem super æthera misit,
In se vel nullo suscipit ipse modo.
Intra se in mundo nullus saturatur utrinque,
Certum illi perstat majus utrinque jubar.

Incertus quoniam post mortem spiritus hæret,
Extra infinitum si negat inde fidem.
Æternum quisquis lucrari denique tentet,
Hic Deus est, veniat post necis ipse malum.
Æternum quisquis jam tandem credere censet,
A cælo nunquam longius ire potest.
Spiritus ut similis semper sibi suscipit ipsum,
Per se ut finitum turpia semper habet.
At qui animam æternam jam preno pectore credet,
Sæpe Deo fœlix obvius unus abit.
Longius haud extat si nil sit credulus ipse,
Principium in proprium qui inde redire negat.
At quia principium Deus est caput undique nostrum,
Est stultus renuit qui inde redire celer.
Qui mundum ut perdit, sentit fastidia nulla,
Hic totum fidei monstrat habere decus.
Et Deus & mundus pariter nos claudere possunt,
Omnia qui tentat jam sibi damna paret.
Est Deus omne bonum, mundus tamen arduus hostis,
Atque ideo qui ipsum non amat inde Deum.
Hic mundum sequitur figens vestigia velox,
Qui mundo servit, nil petat ipse Dei.
Mundus parvus homo jam tandem dicitur ipse,
Majórque est similis sub variis gradibus.
Hoc planè est semper recto sub jure probatum,
Nam nihil est vacuum, machina plena subest.
Sic homini subsistit opus, factúmq; supremum,
Quod pravum est, linquit si vel honesta bona.
Qui bona forte negat, sequitur mala turpia semper,
Estque imperscriptum vel sine fine suo.
Ex se nil substat, nec habet quo firmiter extet,
Nil mala, nílque bonum dat loca tuta sibi.

Esse nequit tandem mentem remanere vicißim,
Se ut segnem peragat viribus ipsa suis.
Serò erit ut sese non tendat prona voluntas,
Vt velit hac placitum planctibus aut doleat.
Ergo Deum causam primam quæramus ubique,
Contrà at ducemus vitia sub pretio.
Nullus enim facinus tanto sub robore struxit,
Vt mundum studeat subdere deinde sibi.
Vt facit ille quidem qui jam sua mala remittit,
Lucrari & cælum quod bona cuncta gerit.
Vtque hoc efficiat corpus terræ objicit ipsum,
Delitias à se tollit ubique suas.
Eligit auxilium, & vires quibus undique substat,
Spiritus ut membris prælia dira ferat.
At non tela petit, non scuta, altasq; sagittas,
Solum at virtutes sumit ut arma sibi.
Vt moritur mundus pugnantem pugnat acerbè,
Si expugnat, cælo dignus & inde patet.
Atque homo tantum extat toto sub corde malignus,
Dum mundum haud vexat qui sine morte manet.
Hic autem est finis, præsens est candida vita,
Vt vivant homines omnibus orbis adest.
Vita est ut virtus toto sumatur in orbe,
Et virtus similes utque Deo faciat.
Quod si homo vix nulla jam non sibi suscipit arte,
Quidquid vel fecit jam at sibi forte nihil.
Spes, & amorq; fides proprio nos robore ducunt,
Sed manet ipsa fides, spes volat ipsa tamen.
Iamq; ibi vix ratio patitur sub juribus illa,
Quodq; oculi præbent credere vixq; licet.
Speramusq; nimis quod jam patet undique præsens,
Et quem speramus forte Deo fruimur.

At

At per amorem autem quem ducebamus amores
Iam colimus, quæ extat gloria rara probis.
Hæc ast finis adest aliæ via ut ipsa supersunt,
Absque illa est stultus qui petit inde Deum.

ELEGIA VIII.

IAm nullum incuso, culpâ vel si horreat omni,
Si me culpo quidem damna mea hic patior.
Extra me causa est, quodq; hanc vehit undique pressam,
Intra me est autem maxima culpa mihi.
Ignoro ob mentem si forsan devenit ipsa.
Quod falsâ præsens sub ratione notem.
Aut quia vota illis quæ tandem optavimus ipsi,
Ne possimus agunt vincere stultitiam.
Et si mens nullo perpendat numine facta,
Natura estq; bonum quod Deus ipse dedit.
Ille autem elegit quidquid semel ipse creavit.
Sæpe boni in finem, nec sibi plura cupit.
Naturamq; suam stultus conturbat ubique,
Et pretium statuit jam est ubi nilq; boni.
Sese autem expolians alienum hic induit ipse,
Dat gratis, à se cuncta trahitq; simul.
Ast oculus stulti cuncta inspicit undique velox,
In se cùm subsint omnia stulta quidem.
Ad se externa autem contendit ducere semper,
Vt nequit insurgit sidera in alta Iovis.
In se nec causam tandem prospectat obortam,
Ne votum duplicet quod saturare nequit.
Sufficere atque putat totum & durabile in ævum,
Quod subit ima quidem quod volat alta tamen.

Inque homine est ratio languens, prorsúsque caduca,
In se nam tentat ducere cuncta potens.
Atque homo vel nescit non orbe quiescere toto,
Sic quod eum cogit vix tolerare potest.
Quod nequit at fieri qui urget sic stultus habetur,
Dum facile id credit posse tenere sibi.
Atque suum votum nequit hic constringere summum,
Ni in certo, & facili jam sua vota locat.
Et mens, & sensus passim falluntur ubique,
Et dubitant votis quod satis esse potest.
Est stultus molli clypeum qui nectere pelle
Tentat vel cunctis ictibus inde potens.
Quid facient qui optant in pulchris esse puellis
Iucundam Venerem sub bonitate sinus?
Fortunam incusant quod dura incommoda praestet,
Cum dubitant causam qua venit ipse dolor.
Non hi pauca sciunt, tentant qui maxime amare,
Scire atque unde venit, qui dolor inde furit.
At studio ut teneant jam commoda quaque requirunt,
Vnde amor & substet quem Iove deinde colunt.
Quod Venerem ignorent, naturámque ejus amœnam,
Quot quantúmque simul quaque puella meret.
Hoc curant qui forte fameni dat, détque favorem,
Atque fames durat, durat ut hora simul.
Gratia at illi astat qui non in crimine perstat,
In quantum ignorat crimen & hinc dubitat:
Vtque id cognoscit fletu sese incutit acri,
Vt caruit culpa, pœnitet ejus eum.
Saepius ut tandem causam cognoscit apertè,
Effugere id tentat quem fuga deinde gravat.
Illi namque placet tempus quod dátque levamen,
Et sperat qua pars denique victa ruet.

Nota

Nota nempe rei mens eſt contraria ſemper,
Si verum nullo ſuſtinet illa gradu.
Stultitia eſt ergo ſemper cuſtodia amoris,
Namque brevi vario ſæpe colore ſubeſt.
Non in amore locet jam quiſquis denique culpam,
Non in amato autem, ſolum in amante quidem,
Qui ſua vota infert tremulis in ſedibus acta,
Eſt ſtultus ventum qui cupit ut ſolidum.
Vltima ponit homo prima ſub ſede viciſſim,
Ni facti ad tempus non ſibi novit ea.
Omnia at ut votum communi pondere nectit,
Quódque nequit fieri linquere ſæpe ſtudet.
Iámque homo ſi eſt ſapiens errorem noſcit ubique
Quare quod quærit non propriè aſſequitur.
At ſapiens ſumit quæſiti commoda ſemper,
Occaſum ſolum ſtultus habétque ſibi.
Iámque prius quam quiſque habeat quod viribus optat,
Scire eſt quam pleno gaudia corde ferat.
Quod ſibi neſcit homo quin primum ſentiat ipſe
Eſſe ſuum, atque ejus quod ſibi ſæpe placet:
Quínque prius ſua vota premat. ſtringátque potenter,
Vtque illud nolit quod ratio jubeat.
Induti exuvias quiſquis malè ſumit ubique,
Quámque prius ſumat non facere id facile eſt.
Nunc facilè at credam quemcunque repellere votum,
Quam ſua ſub tali corda referre gradu.
At quis forte pedem firmat ſub ſede negata,
Quin forte in terram non citò mittat eum?
Ergo qui eſſe cupit ſecuro vulnere amoris,
Motus ſub forma jam ratione ſecet.
Qui hoc præſtare nequit, penitus ſe ſubtrahat omnem,
Nam propius fletus quam ſibi riſus adeſt.

Quilibet at primum sese in discrimina fundit,
Quam rerum ut capiat denique notitiam.
Cognitio quoniam non illi libera substat,
Dat Venerem, & vitium sede subesse sua.
Nescio cur primum mens tandem surgit, & astat,
Quam votum proprio langueat inde gradu.
Nil valet illa quidem si id debita jura relinquit,
Ut cæcum id graditur sin tenet inde viam.
Ille qui studio quæcunque humana sequuntur,
Atque hinc terrenis undique rebus hiant.
Ut plus hæc capient, illiq; aut illa labascent,
Qui fugit at mundum stat via recta sibi.
Tu Domine at veros ducis sub pectore sensus,
Nec mala te nunquam denique vota premunt.
Ipse doces multos qui mentis lumina norunt,
Qui & norunt cæca tunc quoque mente nihil.
At si cui affectus sedato pectore substat,
Huic equidem splendens integra stat ratio.

ELEGIA IX.

Jam nunc nemo tibi sine te jam sufficit unquam,
Tende in me dextram, crine vel ipse trahe.
In te siq; meam non tandem defero dextram,
Ad te me invitum coge, reducq; simul.
Obvius esse tibi jam totis appeto votis,
Nescio quod vellem cur facere hic nequeo.
Nescio quid pectus sic urgens impedit ipsum,
Cùm norim esse quidem libera vota mihi.
Surgere jam studeo, nec vis mihi sufficit ipsa,
Hoc culpa nostra sic grave cogit onus.

Iam

Iam prius extinguat quam mors mea robora vitæ,
Fac, Deus, ut me optes, nam tibi inesse volo.
Facq; tuus pectus nostrum cruor abluat altus,
Nam simile hic vulnus sustulit ille alijs.
Quod nimium tardes, rabidam mihi nuntiat iram,
Nec pietas in me stat quoque prona tua.
Mente equidem non pecco mea, patet undique & istud,
Ut votum, & culpæ pondus ubiq; mea.
Auxiliare, Deus, sed stultè deprecor ipsum,
Nam nec opem defers cui nisi fert sibi opem.
Ad te qui accedunt plenis vehis undiq; donis,
Quod monstrant cunctis brachia aperta tua.
Quid faciam auxilium mereor qui deniq; nullum?
Nam quantum possum me scio jam ruere.
Parcè mihi stulto si tecum proloquor ore,
Nam nata affectu sunt mea verba gravi.
Plutonem timeo in quem recto tramite curro,
Vertere terga opto, vertere sed nequeo.
Sed nemini finem cœlos meruisse micantes,
Ut quisquis cernit nil opus ejus erat.
Spiritus ipse tuus quâ vult spirátque, manétque,
Qui in carne ut vivat nescit at inde modum:
Quamvis jam Christi malè leges exequor altas,
Nil in te irascor, nec tua damno gravis.
Te scio opus jam sæpè bonum conflare potenter,
Cum morte, & vita das quoque sæpè bonum.
Æquale est quid proprio de pectore surgit,
Unde etiam est stultus qui secat ore tua.
Atq; amor ipse mali, atque boni ignorantia dira;
Est ratio, nullus te quia novit homo.
Te rogo ut immenso cor nostrum robore firmes,
Ut coeat votum denique jure tuo.

Et quia non dubito mundum nihil utile ferre,
Da ut penitus mundum deniq; despiciam.
Delitias quæ forte bonum oblectántq; vehúntque,
Fac nostro aut minimum jam citò corde feram.
Pársq; minor quoniam quæ in me contraria surgit,
Ne me expugnet atrox leniat ipsa manus.
Auxiliare Deus, sine te nam deprimor omnis,
Vis quoniam nostris artubus omnis abest.
In me habitus turpes nimium sic deniq; substant,
Sensibus ut virtus adsit amara meis.
Da, Deus ô, veniam naturam involve caducam,
Quæ culpa est tandem pessima sæpe mea.
Et si morte queo defectus temnere nostros,
Hæc pœna, atque dolor jam mihi dulcis erit.
Te metuo potius, quam te vel amoribus opto,
Coram te culpam jamq; meam fateor.
Spes mea jam toto turbata est pectore cæca,
Intra me & telo sentio bella truci.
Te justum inspicio, miseris & denique pronum,
Et sine jam meritis sunt tua vota meis.
Dasque negásque bonum, gratus quoque munera pravis
Quis sic est justus quin tremat ipse ut ego?
Si justus Iobus timuit Iovis arma potentis,
Quid faciam culpis qui nato sæpè meis.
Cogito ut Orci ignes, cui tempus durat in ævum,
Quod metuunt sensus tunc mihi fortè patet.
Ast anima excelsos quæ jam speculatur in orbes,
Contra illos vario murmure surgit atrox.
Non jam nempe mali pretium quis deniq; ducit,
Ergo qui est talem qui fecet inde viam?
Te precor, ô Domine, ut minuas mihi tempora vitæ,
Antè acres casus quàm mihi proveniant.

Corde dolor crescit misero dum pectore vivo,
Et mortem timeo tempus in omne feram.
Hícq; malum, inde malum est nullo sine fine furescens,
Ergo hic me subito suscipe corde probum,
Ad nihil at prodest tardare & segniter ire,
Nil cessat qui alio forsan iturus erit.
Hoc doleo quoniam ut vellem nequeo ipse dolere,
Damnum infinitum quod mihi jam dubito.
Talem non equidem recipit natura dolorem,
Nec quis ferre potest nilq; subire sinu.
Nunc igitur nostra est nullo excusatio jure,
Nam damnum ut substat pectore non stupeo.
Si cælúmque peto pretium non defero justum,
Atq; spei, atque metus tela superba fero.
Et si tu ira acri pateas mihi sæva furore,
Est quod defectus notitia miseræ.
Mitem sæpè modum expectat tua prompta voluntas,
Párque malum est, pretio quod caret inde bonum.
Da, Deus, hic veniam culpam si defero tristem,
Nam fateor culpis sæpè scatere meis.
Sub sensus oculis feci tua jussa suprema,
Iámq; oculis animæ lumina mitte tua.
Sæpe tuo votúmque meum sine lege repugnat,
Hostis sum ut propriam censeo amicitiam.
Fer, Deus, hic at opem, me tanto pondere cernis,
En pereo, observas si mea demerita.
Invideo quoniam vita hac producitur ipsa,
Et dubito finem posse tenere suum.
Vivo dolore quidem, nihil est quia firma voluntas,
Arbitrium & toto pectore deteritur.
Tu es finis verò in quem cessant denique fines,
Si in te non cessat nullibi finis erit.

Túque bonum es nimium quo stant bona cuncta vicissim
Nílque bonum est quod non éstque tibi simile.
Qui tibi forte placet, tolle hunc, Deus, astra per ipsa,
Dum tibi stant similes altius hósque vehis.
Dæmonio at similis sub magno jure superstat,
Hoc mundus capiat cui quoque stat similis.
Est aliquis finis jam forsitan orbe sub ipso,
Fœlicem haud faciens non bonus ille patet.
Principium est quo alius penitus finitur ubique,
Ut proprio quivis pectore nosse potest.
Illum qui statuunt sapientes undique magni,
In se diversa denique mente manent.
Non igitur vero certo fundatur, & astat,
Lætitiæ haud homini tunc quoque præbet opes.
Non Iudæorum lex adfuit optima secum,
Illâ nec cœlum suscipere hinc poterat.
Ast ut principium nostræ dedit undique summum,
Ex istis geminis dicitur una sacra.
Sic hominum finis terreno munere cinctus,
Non votis finem, nilq; refert requiem.
Qua sine non aliam quisquis sequiturq; tenetq;
Messiam Iohannes protulit hic digito.
Qui hic alium finem expectat nil cessat ubique,
Req; aliâ votum nilq; quiescit idem.
Hoc quisque efficiet sub nullo pondere mentis,
Præter te votum statq; manetq; nihil.
Flumina ut in pelagus currunt velocia magnum,
In te sic fines sæpè feruntur adhuc.
Ut te at amem, vim trade mihi, quia te undique nosco,
Atque metum vincat viribus altus amor.
Et si tantus amor non perstat pectore fixus,
Horreo ne peccem ductus ubique mihi.

Illum

Illum habitum amittam si crimina nulla patraro,
Qui mihi causa fuit ne tua forsan amem.
Hic pereat qui à te jam me removere studebat,
Et quia jam morior surgere me impediunt.
O Deus, hoc praesta ut vitae mihi longa sit aura,
Ad te ut perveniam jam quia tento nimis.
Atque ut me excusem quis jam mea corda docebit,
Vt nostri ratio constiterit sceleris?
Tu recto nostrum formasti numine corpus,
Hic recta inflexi quae mihi norma fuit.
Corrigere hanc studeo, sed opem mihi projice vivam,
Iam Deus, adfer opem, vis mea nulla subest.
In factis tu saepe probis primordia ducis,
Qui potero te ipso turpiter esse prior?
Ne precor ut membris tutam des ipse salutem,
Nec bona naturae, nec bona sortis agas.
Sed solum te ut amem summis Deus Optime votis,
Namq; scio causam majus inesse bonum.
Et pariter nullo persentio gaudia sensu,
Nam me aptum nullo cerno subesse modo.
Sed mentis studio stultus quoque judicat ipse
Delitias majus certius esse bonum.
Quando ego non metuam ferventem robore mortem,
Quando inflammer ego forsan amore tuo.
Quod fieri haud poterit quin vitae commoda spernam,
Atque illam semper despiciam penitus.
Cuncta ergo existent circum mea pectora semper,
Quae modo supra humeros conspicio posita.
Vngues qui haud metuit diras rapidasq; Leonis,
Hic vespae stimulum saepè minus metuet.
Te precor, ô Domine, ut sensus mihi denique demas,
Delitias nullo tempore ut accipiam.

Sed ſubito mortis ſubiiſſem guttura duræ,
Nec modo ſub dubio jam mihi vita foret.
Majoremq́ Orci pœnam quicunque reducit,
Qui non delitias judicat ipſe poli?
Namq́ malus ſenſus diverſum exemplar agebat,
Nam ſine ſenſu autem jam polus ipſe patet.
Me vi confirma ut vincam mea corda caduca,
In te culpa omni ſubditus invenior.
Quod ſi hoc non ſat erit, noſtris te conijce membris,
Aſt animam nunquam tange tibi ſimilem.
Fac ne forte fides cæco mea claudicet ore,
Nec ſpes aut quovis jam tremat acta modo.
Non amor hic deerit firmo ſi pondere perſtant,
Nilq́ audi, in corpus ſi precor ipſe meum.
Quando erit ut malas tenero ſub rore rigabo,
Sub latice his fletus dulcibus & lachrymis.
Ut bonitatis adeſt hic fons contritio ſumma,
Ut clavis clauſos iſta polos aperit.
Attrito ex corde hic ſemper funduntur amara,
Namq́ metu plus quam ſemper amore jacent.
Taléſque ut fuerint ſæpè his nimis effluo ſemper,
Semita namq́ harum ſtat via ſæpè aliis.

INTERROGAT AVSIAS Marchus Dominam Anacletam de Borgia Summi Pontificis neptem in hunc modum:

AVres & inter lumina
Certamen ingens incidit.
Hujus vocant te judicem,
Et mira de te proferunt.
Præstantius dicunt faces
Quàm audire te esse cernere.
Volunt sed id concedere.
Contrarium nam comprobant.
Tu, quæ es sed hic præclarior
Vel intus atque extrinsecus,
Fines at horum conspice,
Non proximum illis præmium.

RESPON-

RESPONDET IN hunc modum puella:

VT verba cepi jam tua,
O Marche, cui me ſubdidi,
Dictis brevis reſpondeo,
Vt illa tandem judico.
Mecum quod extat negligo:
Sed cogor hic nam dicere
Cui cernere hic majus putat.
Condemno jam ſententiam.
Adverſa ſed ſi hæc permanent
Vel veritatem comprimens
Mitto tibi votum meum,
Qui doctior cunctis micas.

QVÆSTIO AB FENOLLARIO AUSIÆ Marcho propoſita.

VEnire ut poſſim ætatis jam ſuavius æſtus,
Finem & percipiam quem penitus dubito.
In te confido, vel reſpondere paratum,
Huic dubio certam jam dare poſſe fidem.
Intra urbem cognoſco duos quos igne Cupido
Non ficti exhorrens uſſit amoris atrox:
Qui nunquam ſine lite patent, ſine Marteq; diro,
Ut cum fele canis ſic ſibi bella ſtruunt.
Ergo tu ingenij qui multo lumine polles,
Si placet affectus quid movet inde refers.
A te at jam tandem ſit certa ſolutio nobis,
Aut verſu, aut verbis quæ pede laxa ſonent.

RESPON-

RESPONDET AVSIAS MARCHVS.

Quò plus forsan amas, metuis vehementius ipse,
Ne tandem amittas quæ tibi tuta tenes.
Hinc sequitur totis te fortè timere diebus,
Alter ne Venerem cogat ubique tuam.
Sic mens plena metu, casu & labefacta sub acri,
A te suspicio dum quoq; talis abit.
Hoc bellum conflat dubitans mutabile tempus,
Alterius Veneris gaudia dum reputas.
Dum Venerem tractas qua vivit quilibet apte,
Naturæ donum conflat amicitiam:
Bellaq; tanta movet sævum ut vel reddat utrumque,
Ne transformetur quilibet ut metuit.
Inq; aliam Venerem toto dant tempore bellum,
Dum quidvis prono pectore forsan amat.
Quod si est perfectum zelo appetit omne carere,
Novit quo imperij munere quisquis amat.
Doctorum verò quæ docta volumina volvi,
Dicere id invenio & cuncta probare simul.
Absq; opere est equidem nullo experientia sensu,
Quam plures dubitant sæpè necesse sibi.

ALTERA RESPONSIO RODERICI DIEZI.

UT credo, verum sensi sub pectore amice,
Hujus nunc dubij cui petis ipse modum.
Atque manu ipse meâ scripsi tibi denique sensum,
Quem proprio in dubium corde tibi esse puto.
Quilibet amborum nimium cupit undique amari,
Diligi & alterius semper amore simul.
Atque metus magnus metuit quo quisque repulsam,
Ambobus cogit prælia tanta nimis.
Et tibi confiteor quæ vidi dicere cuncta,
Dum Veneris mecum jam juga sæua tuli.
Affectus cogit ne quisquis rideat unquam,
Non fas sit magnum quo fluit indicium.
Et dum spero quidem jucundi gaudia amoris,
Quemque alia video jam sibi parte premi.
Tale opus at subitò manifestius indicat ipsum,
Intra corda quidem quantus amor lateat.
Ne dubites notus tibi si ipse Terentius extat,
Ne minus exponas quàm tibi scripta patent.
Quod scribis dubij nunc istâ solutio substat,
Si advertis quidquid jam tibi mente capis.
Iras nam dixit, sic nam jam scripsit, amarum,
Integri, & æterni muneris esse bonum.
Perfecti tandem divinum munus amoris,
Sic verò exposuit, sicq; notavit item.
Tu verò prudens, & toto pectore honestus,
Hujus quod dixi mens mea ut ipsa tulit.

Hanc

Hanc poteris veram sensus tibi sumere mentem,
Zelum esse hic Veneris qui fera bella movet.

Vincentij Marinerij Valentini
ELEGIA ALETHINA.

Naturam rerum cæca ignorantia turbat,
Turba hominũ ignara est, hæc scatet una opibus.
Non proprio stat tuta loco palma inclyta mentis,
Sed vario semper diruta jure ruit.
Ingenij nil fulget opus, lucrum omnia fœdat,
Turpis honor magnis, dona negata probis.
Vocibus insolitis tristis jam deflet Apollo,
Nam nil non secum flebile Musa canit.
Non vitreis jam currit aquis Parnasseus amnis,
Phœbi miscetur nam lacus ipse luto.
Gurgite jam fœtent Musarum flumina putri,
Ingluvie extinguit turpiter unda sitim.
Surgunt repentes per prata virentia Vates,
Et nihil ad laudem quod queat esse, viret.
Hic status est vitæ, modus hic nunc omnia vertit,
Inverso tellus nunc movet antra polo.
Vincitur imbelli nimium generosus Achilles,
Nam Laertiadæ nunc valet arte dolus.
Non Veronæ autem divinus cantat alumnus,
Præmia nam falsi carminis author habet.
Error habet culmen, subit error iniquus & aulam,
Nam verè sentit candida Musa nihil.

Nomina sub titulis substant mulcentibus empta,
Et nil non magnum fert sibi jam pretium.
Virtus sola latet nebulosis aurea tectis,
Vix solis nitidam concipit ipsa facem.
Stultitiæ sunt semper opes, quæ stulta requirunt,
Ignaro, propria est vis, decus, aura, quies.
Hoc mundi est donum, non donum est deniq; mundum
Nam variis squallet sordibus eximiis.
Stultitia est jam scire quidem, est nescire voluptas,
Mentis delitiis obruitur ruditas.
Est, est una quidem rebus spes nempe relicta,
Spe vitæ Musas sæpe carere sua.
Sic currit tempus dum toto claudicat ævo,
Nam quo stet firmum non habet inde pedem,
Firmatur toto studiosis dedecus orbe,
Nam tituli aspiciunt non nisi stultitiam.
Sunt fures decoris proprio qui forte decore,
Indigni, rapiunt quæ nequeunt facere.
Iustitiæ stat nulla fides, nullusq; triumphus,
Nunc auri fulgor vilior ære perit.
Dignus honore cadit, volat atque indignus honore,
Quem petit & casus sæpè volatus adit.
Est miserum rerum, nullóque sub ordine tempus,
Ingenii nullo vis bona Sole calet.
Frigent virtutes, glaciéque rigente perhorrent,
Dedecus induitur, stat sibi nudus honor.
Purpura fœdatos indignè contegit artus,
Vix vili est virtus vellere tecta sinus.
Pura seges pingues crassos facit undique vultus,
Et tenuis mentis deprimit ora fames.
Membráque nectareus nimium liquor ungit eburna,
Et lachrymæ miseræ nunc proba corda rigant.

Princi-

Principibus stultis ditescit stulta caterva,
Nam Phœbo Princeps denique nullus adest.
Curret honor quia sola nimis fallacia currit,
Nam verè ad cursum robora nulla patent.
Hoc jacet, hoc friget, nivibusq; furentibus, ælget,
Et spreta toto tempore languet ope.
Est fœlix, faustusq; simul quem Phœbus ut hostem
Respicit, & nullo quem tenet ipse loco.
Huic bona fœlici veniunt currentia gressu,
In quo nam offendant non lapis ullus adest.
Hunc & prosperitas risu capit undique læto,
Hujúsque hinc hilari pectora veste tegit.
Terra suos decorat, decorant simul astra suósque,
Astra probos tantum, terra sed ima malos.
Quos sibi Musa colit cuncti probitate coruscant,
Improbitas vitium stultitia retinet.
Mutatur sors ipsa tamen, quia sorte sub ipsa,
Stultitia est probitas, improbitas sophia.
Territa virtutis semper natura pererrat,
Nam caco mentis jura stupore cadunt.
Nil rectum fortuna vehit, vehit improba secum,
Obliqua improbitas currit ubique via.
Fama fugit, claudóque gradu se proterit ipsam,
Nam nequit hic veros vera reflare tuba.
Angulus obstringit miseros miser undique doctos,
Stultos divitijs lata platea tenet.
Fulvum onerat nimium torpentia membra metallum,
Víxque probos etiam stips levis una levat.
Exiguo jam magna patent, magnóque pusilla,
Damna probo substant, prospera cuncta malo.
Adverso virtus semper tenet omnia jure,
Huícque pedem magnum calceus arctat iners.

Cui rubor ore nitet, Baccho pectusq; tumescit,
Fortunæ hunc vulgus judicat esse genus.
Quem pallor marcore premit, Musæq; labore,
Hunc vel flava quidem vix alit una Ceres.
Vulgus enim faciem spectat, faciémq; stupescit,
Et serum solum vellera clara probat.
Quem talare tegit promisso stamine tegmen,
Hunc Ditis stirpem sic putat esse sacram.
Quem verò laceris gerit alta injuria pennis,
Hunc Iri sobolem censet ubique senis.
Nudus enim nudum sese traducit honore,
Nam decus, & nomen maxima vestis habet.
Cum campus sine fronde aret, caret undique fructu,
Cum sine veste viri, cum sine jure decus.
Vestis sola tegit defectus sortis iniquæ,
Et nitido mentis murice sordet inops.
Cernitur at corpus, non spiritus ipse videtur,
Quæ cerni possunt hæc quoque vulgus amat.
Non animæ spectantur opes, quas lumina terræ
Nulla videre queunt, quæ vel ubique latent.
Quæ non cernuntur nequeunt quoque forsan amari,
Hinc sophiæ numen vix petit ullus amor.
Crasso oculo crassus semper color undique substat,
Virtutis nullus splendet in orbe color.
Atque ubi sub textis splendent aulæa repictis,
Illuc se vertunt lumina cuncta virûm.
Est paries ubi nudus item, gypsóq; retectus,
Vix illuc oculi vel sibi lumen agunt.
Excitat ardescens ignis vigilantia membra,
Virtutem solam vel sopor ipse videt.
Est hujus facies solis notissima cæcis,
Qui sola hanc possunt cernere mente sibi.

Virtutem

Virtutem mens sola videt, mens sola requirit,
Hæc una est mentis faxq;, favorq; simul.
Hanc quia non cernit vulgus, non diligit unquam,
Vulgus habet solum quod sibi vulgus amat.
Hinc est stultitiæ semper supremus amator,
Stultitiam solum namque videre potest.
Non oculis vulgi sapientia maxima substat;
Vt Solem nunquam noctua cæca videt.
Non rerum species vulgo stat judice fœlix,
Nam fœda est illi cui hæc patet ipsa nimis.
Confusum sic terra nemus sibi maxima nutrit,
In quo permixtis sunt loca cuncta feris.
Hoc etenim multa Solem sub fronde repellit,
Nam sophiæ flammas umbra tenere nequit.
Densatur telluris onus sub stipite multo,
Cui loca vipereis sunt habitata rubis.
Barbaries alto consurgit vertice bellax,
Omnia neglectâ jam sibi luce terit.
Hæc una audaci totum subit æthera collo,
Hæc una audaces jam facit una viros.
Nil sine barbarie fœlixq;, audaxq; superstat,
Hæc una est nutrix fœlicitatis opum.
Non Helicon aulæa tenet bombycina secum,
Sed solum Sophiæ frondibus hic tegitur.
It pedes omnis honos virtutum, Sophiæq; potentis,
Quæ summo mentis numine sola volat,
Aula nequit spectare decus mirabile Phœbi,
Quæ solum spectat fabula quidquid habet.
Ignorata jacet, sordensq; & squallida Musa,
Ignorat populus nam bona jura rudis.
Quotq; adamas ornat niveo fulgore coruscus,
Corpore splendentes quotq; Smaragdus agit.

Tot Phœbus nescit, nam Phœbi vera propago
Cortice non rerum pondere, sed tegitur.
Vt ratis acta freto fulcit sua pondere vela,
Sic mens se Sophiæ firmat ubique loco.
Aret terra siti quæ Solibus una patescit,
Vmbroso Sophiæ mens sibi monte madet.
Vtq; avis æthereum pennis volat acta per axem,
Sic mens Musarum flatibus una volat.
At Musæ paucos sacro spiramine tollunt,
Non altè surget culmine mentis avis,
Non percurrit iter cæli gens corpore crassa,
Vt non summa pecus gloria vile subit.
Serpenti gressu capitur sæpe undique virtus,
Nam vehitur fœdum curribus omne scelus.
Turpis honor rerum solum sibi turpia ducit,
Non efflat Sophiam criminis aura sacram.
Non Cato justitiæ leges defendit eburnæ,
Sed diro Phalaris semper adhinnit equo.
Non quoque Cæsareis surgit contentio votis,
Fert conjuratam gens fera fasce facem,
Nullus Apollo micat, rerum favor occupat arcem,
Itq; humili Sophiæ pes per iniqua gradu.
Stat pretio venale decus, meritumq; fugatur,
Nam meritis justus vivere nescit honor.
Fama vehit stultos semper per culmina rerum,
Opprimit & pallens nunc proba corda fames.
Curia disclusо depellit limine Phœbum,
Et patulis Bromium suscipit hæc foribus.
Non canit altisonis numeris, nilq; insonat Andes,
Sed melos obscuris vocibus Oscus agit,
Non Romana nitet culto Tarpeia Senatu.
Sed diris surgunt rustica jura Getis.

Non strepitant læti latices jam fontis in amne,
Cœnoso ast aret turpiter amne sitis.
Non rutilis radijs oritur modò Phœbus Eois,
Sed premit igniferas Hesperus ipse faces.
Vincitur incultis Faunis Oeagrius Orpheus,
Deperit & raucâ persona voce lyra.
Multifera calamus tenuem quatit aëra voce,
Fistula nec doctum sentit acuta labrum.
Legitimâ soboles modo non vxore refulget,
Phœbus sed tristi torpet adulterio.
Tempora cuncta premunt proprio vitiata sub ævo,
Cuncta abeunt verè nunc quoque jura retro.
Hæret laus vili semper submissa sub antro,
Nam vix laus reperit quem merito ore petat.
Effuso stat Musa choro, saxosaq; Pindus,
Antra rigat, cursu cogitur unda suo.
Nil veri fert cæca suis progreßibus ætas,
Clauditur ad Sophiam qualibet auris iners.
Spargitur obtuso semper vis barbara telo,
Quo peragit mortis vincula tetra trucis.
Fœlix Musa latet solum sub nomine fœlix,
Fœlices solum quos dare sola potest.

FINIS.